




Non est mortale
quod opto.

Hos quos relliquit mihi Bibliotheca parentis
Dono tibi, Patria Bibliotheca, libros
His fruere utiliter, Juuenis studiose libell.
Creuerit inde meum munus, honosq patris

Samuel Wolffius Junior
Ao 1610 Nouembr
17 Elbingae



IVS CIVILE

MANVSCRIPTORVM LIBRORVM OPE, SVMMA DILIGENTIA ET INTEGERRIMA FIDE INFINITIS LOCIS EMENDATVM, ET PERPETVIS NOTIS ILLVSTRATVM;

L. RVSSARDO I. C. ANTECESSORE in celeberrima Biturigum Schola auctore:


Consiliotamen & auctoritate

FRAN. DVARENI I. C. QVI SVMMARIA IN Pandectas præscripsit, Nouellasque constitutiones ad optimum Grecum exemplar collatas, antiquę integritati restituit.

CETERA *vtraque præfatio te docebit.*

G. 5

H. X.





ANTVERPIAE.
Ex officina Christophori Plantini,
cIↃ IↃ LXVII.
CVM PRIVILEGIO.



SVMMA PRIVILEGIORVM

REGIS Priuilegiis cautum eſt ne quis *Ius ciuile manuſcriptorum librorum ope emendatum, & perpetuis notis illuſtratum L. Ruſſardo auctore &c.* citra Chriſtophori Plantini voluntatem, à die impreſsionis abſolutæ, in ſuis ditionibus imprimat, aut alibi impreſſum importet, venaléue habeat, intra octo annos. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum, & duorum florenorum pro vno quoque exemplari pœna fiſco regio exoluenda mulctabitur: vt latius in Regiis diplomatis expreſſum eſt, datis Bruxellæ 12. Nouemb. Anno. M. D. LXV.

In conſilio priuato Signat. *Meſdach.*

In conſilio Brab. Signat. *L. de witte.*



AMPLISSIMO VIRO MICHAELI HOSPITALIO, FRANCIAE CANCELLARIO, LVDOVICVS RVSSARDVS I. C. S.

MEMINI me, vir amplissime, ante biennium tibi promisisse, & scriptis professum esse, fore vt Pandectæ Iuris ciuilis à me recognitæ, & notis illustratæ in tuo nomine apparerent: cuius rei multas graues, & idoneas causas habebam: quòd in tua schola essent scriptæ, ac proinde iure quodam tuo, quasi fructus quidam fundi tui, tibi deberentur: quòd plurimis tuis in me meritis hanc gratiæ referendæ voluntatem testatam relinquere par esset: quòd denique sine vllis tuis in me meritis præstantissimam tuam virtutem, & plurimarum maximarumq́ue rerum doctrinam hoc munere dignas esse censerem. Fidem igitur meam tam iustis de causis tibi obstrictam libro: ídque eò libentius, quòd me nouo quoque beneficio nuper ornasti: & præclaræ illæ tuæ virtutes exemplo parum cognitæ, te ad summum honoris fastigium extulerunt: in quo quia summa reipub. nostræ tibi commissa est, ac maximè iuris constituendi, defendendiq́ue, hunc iuris thesaurum iure optimo tibi consecrari oportuit. Abs te autem etiam atque etiam peto, vt quando iam hoc tribuisti humanitati tuæ, vt me susciperes, tribuas idem constantiæ, vt susceptum tuearis, ac foueas: ita tamen si me tuo præsidio ac studio dignum, id est, meum ingenium in optimis artibus, ac præsertim iuris ciuilis disciplina exercentem, meámque voluntatem ad vnam virtutem dirigentem, & audies, & re ipsa cognosces. Vale. Auarici Biturigum, Calend. Iun.

LVDOVICVS RVSSARDVS I. C.

LECTORI S.



NE HANC iuris ciuilis editionem auctoritate, & consilio Duareni Iurisconsultorum memoriæ suæ facilè principis à me frustra susceptam, & diuturnam tuã eius expectationem inanem putes, paucis te monendum putaui, quo consilio instituta, quibus vigiliis confecta, & quid in ea sit præstitum: vt intelligas quantum ex ea studiis tuis accedere possit. Pandectarum Florentinarum contextum excudi curauimus, ne apice quidem vno (quantum fieri potuit) detracto vel adiecto. quanquam enim mendis non careant, omnium tamen sine controuersia sunt emendatissimæ, aut si quas habeant, vel facilè emendare licet, vel redolent antiquitatem, vel alij aliter emendandę videbuntur. Itaque ne iis quidem manum admouendam putauimus: ne in eo quod quisque præstare potest, operam superuacuam ponerem: iucundam vtilemq́ue antiquitatis memoriam tollerem: & liberam cuique, pro suo ingenio, iudicandi, & castigandi potestatem auferrem. Sed consilium repræsentandi bona fide ipsius exemplaris Florentini intelliges ex epistola huic subiecta: qua TAVRELLVS suam tota hac de re sententiam abunde exposuit, & firmis perspicuisq́ue rationibus confirmatam bonis candidisq; rerum æstimatoribus facilè probauit. Præter hanc editionem Florentini contextus hæc pręstitimus, Primũ contulimus cum aliis libris excusis, & manuscriptis: ex quibus varias lectiones margini adiecimus, earum nonnullæ sunt meliores Florentinis: nõnullę verò deteriores: quas ne omittendas quidẽ existimauimus, vt intelligas quantum exemplar Florentinũ cæteris præstet, de illis quoq; interdum iudicauimus, interdum liberum iudiciũ tibi reliquimus. In illo diligentiã nostrã boni consules: in hoc candorem nostrum agnosces. Deinde ex clarissimis I. consultis Budæo, Alciato, Connano, Augustino, Barone, Duareno, Cuiacio, Donello, Hotomano, & aliis plurimas notas adiunximus, quibus plerique loci mendosi corriguntur, obscuri illustrantur, & in speciem contrarij conciliantur. Denique ex inscriptionum similitudine infinita legum capita coniungenda esse monuimus: quod tametsi paucis fecerimus, & ita ferè, CONIVNGE L. ETC. EX TIT. ETC. multas tamen magnasq́ue vtilitates habet, omnis enim penè difficultas & obscuritas iuris ciuilis ex eo nata est: quod nullus iuriscõsultorum liber integer nobis supersit, nulla penè vnius oratio perpetua: sed fragmenta tantùm hinc & inde, & ex huius

atque

atque illius auctoris libro non satis aptè plerũque coagmentata. Itaque vehementer adiuuantur nostra studia ab inscriptionibus: quarũ ope locos eorundẽ Iurisconsultorum à compositoribus dissipatos, & longissimè à se disiunctos rursus coniungere licet: ac veluti perpetuam orationem contexere. Quoties te igitur monui coniungendum esse aliquod caput cum altero, aut sumptũ esse ex aliquo tit. confer diligenter: deprehendes ex hac collatione antinomias infinitas facilè dissolui, exempla regulæ alicui conuenientia accommodari, breuitate plerunque obscura illustrari, sensum aliquem, qui adhuc latuerat, erui, vitiosa emendari, denique scrupulos quamplurimos Accursio ceterisque interpretibus molestos eximi. Adhuc certè in tit. de reg. iur. & de verb. signific. hoc valde obscurum & difficile visum est: quòd nondum constat, quò plurimæ verborum significationes pertineant, & vnde petenda sint exempla regulis generalibus idonea. Itaque, si vnquam illud, VEL DIC, ab Accursio vsurpatum est, in his titulis est factum. Nunc autem indicatis locis quò verborum significationes pertineant, & ex quibus regulæ Iuris sumptæ sunt, nihil necesse est cum Accursio hæsitare: sed definita certaque statuere possumus: vt nullius interpretis editum adhuc in hos tit. commentarium ad eos intelligendos æque vtilem ac nostras notas studiosos experturos esse confidam. Huic nostro labori accedunt summaria à Duareno conscripta. Cùm enim vir ille summus huius laboris suscipiendi nobis auctor, intelligeret ea desyderari in Norica, & Florentina editione, fecit non inuitus, vt librum suum nobis communicaret, in quo hæc sibi conscripserat: quæ cùm aliquando vel nimis concisa, vel nimis pauca mihi visa essent, in hunc modum mecum disseruit: pleraque eorum, quæ vulgò sunt excusa regulas esse generales sumptas ex hypothesi aliqua speciali: ac proinde, aut falsa, aut inepta esse: pleraque autem esse prolixiora legibus ipsis, quibus aptantur, quod nemo, qui inspicere vellet, non intelligeret plerasque item species eiusmodi esse, vt nec deberent, nec commodè possent cum omnibus circunstantiis paucis constringi: & complures titulos loco summarii esse. itaque satis fore ea, quæ excusa hîc sunt. Et ea non tam summaria volebat appellari, quæ longam sententiam, eamque integram breuiter comprehendunt, quàm argumenta & indices, quibus studiosis, quasi summo digito, indicaretur, quid esset de quo ageretur. Pandectas subsequitur Codex eadem diligentia restitutus, & maiori: plura enim eius exemplaria nacti sumus: nempe quindecim, eaque non contemnendæ vetustatis: quorum ope multa deprauata mihi emendasse videor.

Iuuit me quoque vehementer Codex Theodosianus: cuius collationem vtilissimam esse nemo negabit, qui cogitabit eum esse Iustinianei veluti fontem, & ex fonte, quàm riuo haurire multò iucundius esse. Ac sanè ex eo multa vulnera sanaui, subscriptiones & inscriptiones non paucas restitui: & cōpositores pro potestate sibi à Iustiniano permissa pleraq; immutasse notaui. In summariis idem prestare volui, quod à Duareno in Pandectis præstitum animaduerteram: assecutus sim nécne, tuum erit iudicium. Eadem certè voluntas in dispari fortasse euentu mihi fuit. Nolim hîc tacere à quibus exemplaria Codicis acceperim, vt certior nostrarum emendationum fides tibi constet: ac gratiam hanc referam his, quibus hoc nomine studiosi omnes mecum plurimum debent. Suppeditauit vnū exemplar Io. Lucius Catharinę reginæ procurator, vir eruditus & sui ordinis ornamentum. Accepi duo à Gulielmo Aboto viro iuris & bonarum disciplinarum peritissimo. quem V. C. pater, Senator Parisiensis, nuper vita functus, cum incredibili bonorum omnium desiderio, magistratus sui successorem designauit. Rex verò non tam patris testimonium, quàm hominis integritatem & eruditionem amplexus, designatum comprobauit.

Accepi tria à Ioanne Grenetio consiliario regio apud Carnutēses meos: in quo homine studium preclarissimarū quarunque rerum, propensam ad studia hæc promouenda voluntatem, & eruditionem non vulgarem verè, & citra assentationem laudare possum. Eum quidem & virtutum & singularium suorum in me officiorum merito tantopere diligo, vt neminem magis: sed qui illum norit, hoc singulari meæ in illum amicitiæ datum non criminabitur. Reliqua exemplaria nactus sum beneficio Adriani Puluæi aduocati Parisiensis, præter bene fundatam iuris peritiam, artium quoque omnium cognitione præstantissimi: amicorumque aliorum, quorum nomen & laudem in suum tempus reseruabo. Nouellas ab Holoandro versas habes. Ita enim visum est Duareno, qui eam versionem cum editione Scrimgeriana diligenter contulit, etiam tum cùm febre quartana grauiter vexabatur. Quidquid in his annotatum est, id eius hominis industriæ debes, qui salutis suæ rationem non habuit, vt publicæ vtilitati consuleret. Decessit enim nondum imposita operi summa manu, & Scrimgerianæ editionis aliquot edicta & nouellas nondum conuersas, intactas reliquit. Quæ omnia vt editio hæc absoluta esset, ab aliis conuersa, addenda curauimus. Ita vt in Scrimgeriana editione nihil sit, quod hæc Latinè redditum non habeat. Postremus liber Institutionum superest, in quo nequid omnino desyderares,

rares, idem præstitimus quod in Pandectis & Codice. Contulimus Noricam editionem (ea enim ipsa est, quam hîc habes excusam) cum septem libris manuscriptis: varias lectiones tibi notauimus: breuibus notis obscura illustrauimus: citatas constitutiones, & locos ex Digestis descriptos indicauimus. Idem præstiterat ante nos Cuiacius Biturigum scholæ antecessor eruditissimus: à quo longè grauiora præstari posse & obseruationum libri, & ceteri eius commentarij locupletissimi sunt testes: qui omnibus tacētibus hominis eruditionem, & acumen satis indicant. Idem quoque mecum Antonius Cōtius eiusdem scholæ doctissimus & clarissimus antecessor. Id autem eò libentius moneo, quòd illi in suis libris (quos plurimos & vetustissimos habent) easdem ferè lectiones notauerint, quas ego in meis reperi: vt iam dubitandum non sit, quin & rectæ & germanæ sint, quæ tot librorum auctoritate confirmantur. Quæ, cùm ita sint, spero fore, vt hanc nostram editionem omnium diligentissimam, perfectissimam, & studiis tuis accommodatissimam deprehendas: & intelligas multis nominibus debere studiosos illustrissimæ Principi Margaretæ Sabaudiæ, & Biturigū Duci: è cuius schola hic labor tibi prodiit, & quæ eos professores alat in eadem, qui iustam seriamque operam in restituendo & explicando Iure ciuili ponant. Singularem enim Donelli eloquentiam ac eruditionem nemo non admiratur, eiusq; acumen in dissoluendis difficillimis iuris nodis & viua vox quotidie, & scripta doctissima testātur. Nactus est Cuiacius eos libros manuscriptos, vt si edere velit, nemo non fateri cogatur, ea ab illo præstita esse, quæ vix cuiquam sperare licuit. Habet enim Nouellas Iuliani manuscriptas: eiusque beneficio ac nostro (contulimus enim nostrum exemplar peruetustum) intra paucos menses in manus omnium venturæ sunt. Habet Codicem Theodosianum multò integriorem, quàm adhuc sit editus, integerrimum autem, & nulla ex parte mutilum, breui est habiturus, & totum Βασιλικόν. Quibus quantum Iuris ciuilis disciplinam adiuuari & ornari posse putas? Quid dicam de his, quæ in varias iuris partes scripsit? Illud certè audacter scribam, si Cuiacius suas in huius disciplinæ libros interpretationes edere velit, ac maximè in tres postremos libros Codicis, Donellusque, Contius ac Bugnerius idem sibi faciendum statuerunt: ne quid de nostris vigiliis dicam, quas non ingratas fore spero, neminem futurum qui non vehementer laudet Principem illustrissimam, & hoc nomine sei mirum in modum obstrictum non prædicet, quod tales viros Academiæ suæ præfecerit, qui viua voce iuuentutem humanæ societatis tuendæ rationem

 doceant,

doceant, ſcriptis ſuis exteros poſteroſque iuuent, & vindicatam à barbarie nobiliſsimam artem ſplendori ſuo & dignitati reſtituant. Eſt quoq; quòd hoc nomine ſtudioſi gratias maximas agant ampliſsimo viro Hoſpitalio, eruditionis & virtutum ſuarum plurimarum maximarumque beneficio ad Cancellarij in Francia dignitatem per omnes honorum gradus prouecto: qui Principem ad virtutem, & honeſtiſsima queq; ſua ſponte propenſam, conſilio ſuo propenſiorem ſemper reddidit: ad hãc ſcholam tuendam incitauit, & eius profeſſorum delectũ agere cura ſua non indignum exiſtimauit, vt eam Principis illuſtriſsimæ liberalitate foueri, & conſilio ſapientiaq; Hoſpitalij ſuſtentari merito dicamus: qui ſapientiſsimè, vt cetera omnia, hoc ſecum reputauit, ex recta iuuentutis inſtitutione, rectam quoque & laudabilem reip. conſtituendæ rationem magna ex parte pendere. Agnoſce igitur lector, diuina Ducis noſtræ & Hoſpitalij in te beneficia, & hoc nomine illis omnia felicia fauſtaque precare: ita eorum profeſſores ad ea quæ in tuum, & publicum omnium vſum laudabiliter inſtituerunt, perpolienda facile impuleris. Equidem multis magniſque laboribus, & ſumptibus Typographi noſtri, viri diligentiſsmi, & publico omnium ſtudio dignißimi, quòd vt publicam vtilitatem promoneat, priuata omnia ſua liberaliſsimè effundat, hanc iuris ciuilis editionem tibi toto triennio adornaui: quorum tamen dignum operæpretium tuliſſe me arbitrabor, ſi non ſolùm diligentiam noſtram & tui iuuandi ſtudium boni conſulas: ſed etiam ſi quæ de ſumma Principe omni genere virtutis ornatiſsima, & viro quauis laude ſuperiori prædicari ſolent, ea de Duce noſtra & Hoſpitalio ſenties, ac prædicabis. Vale Auarici Biturigum, pridie Id. Iun.

EXEM-

EXEMPLAR PRAEFATIONIS D. TORRELLI I. C. CLARISSIMI, in quo notas tantùm immutauimus, & nostras inseruimus.

Cvm vetustissimo Florentinarum Pandectarum codice nullum omnino alium integritate ac fide comparandum esse, iam omnibus est persuasissimum: propter eáque potissimā ei fidem iure ac meritò habitam in quæstionibus disputationibúsque finiendis, quotiens controuersia aliqua superioribus temporibus inter legum professores orta fuerit. Eius ordinis hominibus valde nos gratificatum iri putantes, consilium dudum cepimus libri illius ex vmbra in lucem proferendi. Quæ res cùm denique euētum nunc acceperit, haud scimus quàm feliciter, optamus quidem certè, operæpretium fore putauimus, omnem rationem atque ordinem quem in eo libro vobis peruulgando secuti sumus, explicare. Primum igitur omnium sciendum, in nullo nos quod quicquam momenti haberet, ne latum quidē vnguē ab eius fide discessisse: vt quoad fieri posset, eiusdem vera species repræsentaretur. atque inde factum est, vt interdum quædam, pauca profectò, incerta, tum errata quodam modo in grammaticis, externi librarij inscitia siue neglegentia ea fuerit, aut simpliciter, aut certis notis aduertenda vobis proponeremus, potius quàm ea vel mutaremus nostro iudicio, vel omitteremus: vt ita vobis res integra relinqueretur. Ad hæc orthographiam vocum perpetua constantique ratione scriptarum omnino obseruauimus: siquidem non modò non veremur illam doctis viris sordere, quin etiam iucundā fore confidimus. accedit, quòd non ita facilè à tam antiqua, tamque accurata obseruatione recedendum esse censuimus: præsertim cùm in multis respondeat ea, quam vetustis literis conscriptam videmus in Medicea bibliotheca, indeque olim editam, in primis quinque iis Cornelij Taciti libris, quos scripsit ab excessu Diui Augusti: tum quæ ex antiquis diuersis marmoribus ac tabulis nobis fuit sæpius oblata. quo magis mirati sumus Gregorium Haloandrum virum doctissimum, déque Digestis alioqui benemeritum, prægnas prægnatis, & vrgueo, taliaque quamplurima consultò reiecisse: contrà verò nonnulla tanquam ex Pandectis accepta retulisse, quæ aliter in eis habeantur. Quæ variè in eo volumine scripta sunt, siquidē sine vitio, pariter variè reddidimus: vnde Compræhendere & Comprehēdere, Extare & Exstare, Plebiscitum & Plebisscitum inuenietis. Si quādo autem, vt nobis videbatur, vitiosè, non admisimus. propterea non Interprætationem & Prætium & Præcarium, sed Interpretationem & Pretium & Precarium dumtaxat apposuimus. Quod ad reliquum libri ordinem attinet, singulas in columnas noueritis, & absque vlla vel clausularum vel vocum distinctione, sine aliquo præter quàm capitum interuallo, sine punctis, aut quam rarissimis, & his plurimum in capitum seu legum fine, exscriptum esse. quapropter quilibet suo ipsius arbitrio his aliter atque in hoc

nostro inueniet, vti possit. Nos quidem vestris omniū commodis consulentes, & vt ne res omnino insueta, & confusionē quandā in se cōtinens oculis vestris obiiceretur, ea posuimus. multitudinē tamen punctorū vitauimus, & his quatuor tantùm contenti fuimus: , : . ? quæ ipsa rarius quàm communis fert consuetudo, sunt inserta. Rari fuimus & in accentibus, quorum æquè nullus est vsus in eo volumine. Quemadmodum nec vlla scripturæ compendia recepta sunt, ne in numero quidem librorum significando, aut rarißimò alibi quàm in titulo de legibus senatusque consultis: & præterquàm quòd sæpe vsus est is librarius in versuum fine titulo eo, seu linea, quæ loco n aut m superimponitur: & bis terve summum diphthongis coniunctis. Vnde satis appareat librum illum non ita multum post Iustiniani super huiusmodi scripturæ cōpendiis iussa exaratum: ideoq; ea scriptorē penè obseruasse. hæc nos iussa non neglexìmus. Et ne in Græcis, quæ hic frequentius copiosiúsq; quàm in ceteris antea editis inuenietis, accentus, item nexus, compendiosæque litterarum comprehensiones, quibus in ea lingua hodie impressores vtūtur, essent impedimento, quo minus ea explicitè traderentur: Græca ferè omnia maiusculis litteris expreßimus. Maiusculis præterea vsi sumus in titulorum & legum, principaliumque clausularum initiis, tum nominibus Iurisconsultorum librorumque ex quibus leges ipsæ seu capita referuntur: tum in Dei ac Imperatoris & Diui, propriisque aut gentium nominibus: tum in antiquis legibus, senatus consultis, edictis, actionum, exceptionum, formulis referendis: item iis quæ materialiter, quod aiunt, & demonstrandi docendique causa ponuntur. Præter hæc si quas vnas vel plures maiusculas minoribus litteris admixtas extra cōsuetum scribendi morem inuenietis, vel si quas ipsis maiusculis insertas minores, scietis non temere, sed dedita opera positas: quo significaretur vel vnam litteram poni pro duabus, vt celeRimo, CorneII, adIcere, pro adiicere, Cornelij, celerrimo: vel alteram pro altera, FaVius, popOlus, pro Fabius, populus: præFuit pro præbuit, Fi pro, vi, quod esse videtur simile Digamma Aeolico antiquis grammaticis dicto: VerVtiēses pro Berytiēses: Qui pro cui, dIcisio, pro decisio, BOBIS pro vobis, scriBsit, quiT, inquiD, pro scripsit, quid, inquit: vel vnā syllabam pro pluribus, vt sENTia pro sententia, necESSET, foreCEPERINT, pro necesse esset, fore receperint. quæ cum infinitis similibus ne vos fallant, diligenter potius animaduertetis, quàm nobis quicquā detrahatis. illud enim in primis egimus, vt libri veritatē antiquitatisq; vestigia vobis exprimeremus: idque ipsum per hæc indicia potissimū, vt vos hac de re insolita admoneremini, simul & ipsi commissi erroris calumniā suspicionemq; effugeremus. Illud planè nō inficiabimur, opinari nos in quibusdā Græci illius scriptoris natiuā prolationem, quandoque etiam neglegentiam aut imperitiam potius reputandam, quàm antiquum scribendi morem. qui tamen ipse in plurimis rectè per eum seruatus est perpetuo quodam certóque ordine. Notas præterea nonnullas adhibuimus, diuersa vobis significaturi. aliqua enim in contextum Pandectarum non inserta, verùm postea addita per antiquum librarium, tali signo notauimus, * * & hoc quidem plurimum, si & absque iis rectus sensus constabat. nam quæ defectu certo supplendo addita rebamur, ea non

curaui-

curauimus demonstrare. Quæ vero superflua visa sunt, his notis conclusimus. { } Quæ parentheseis sunt comprehensa, non habentur Pandectis: nos autem perfecto rectoque sensu reddendo ea tali nota apposita adhibuimus. ( ) Parenthesin aliàs omnino reiecimus, quòd numquam in saxis aut manu scriptis codicibus, eo quo in præsens vsu recepta sit, inueniatur. Locos suspectos atque incertos, vel à regulis Latini sermonis alienos hoc signo demonstrauimus. [ ] Duas diuersas lectiones ita recepimus, si ambæ congruæ sunt visæ. tum quæ primo loco scripta erat, in contextum inserendam curauimus: alteram interiori margini adponendam cum huiusmodi signo †. Præterea vt vestræ, quantum in nobis esset, commoditati seruiremus, addidimus septem partium distinctiones suis locis inscriptas: paragraphorum, legum, paginarum numeros: librorumque ac titulorum in superiore paginarum margine indicium. quarum rerum nulla in exemplari est obseruatio. Optamus itaque vobis hæc omnia grata fore. certò quidem scimus neminem antehac tanta cura in rem istam incubuisse, neminem tali fide retulisse. Politiani libros, quos vir ille doctissimus sua manu ex horum ipsorum euolutione reconcinnauerat, totos contulimus. Haloandrini, & Heruagiani, & quos Hugo à Porta proximo biennio edidit, inter omnes versantur. Vale.

Accessit his (ne quid te lateat Lector) vt quod his notis ‖ ‖ inclusum reperies hoc in toto iuris corpore, illud ipsum nunc primùm additum esse vltrà quàm in Pandectis Florentinis, aut aliis hactenus legebatur, recognoscas.



V I ſubſequuntur tituli, græci verſus, epiſtulæ, iuriſprudentium libri, eo quidem ſtant ordine, quo traditi ſunt per librarium Pandectarū ſcriptorem: magis tamen videbatur is ordo nobis probandus, ſi primo loco eſſet epiſtula quæ incipit Deo auctore: proximo, cuius initium Tanta circa nos: tertio epiſtula græca ſubiunctis libris iuriſprudētium: quarto epiſtula cui initium Omnem totius: poſtremo tituli & græci verſus. mouebamur, quòd tum ab antiquo ſcriptore ſignificatur ſecundo & quarto loco reponendas eas epiſtulas quas diximus, cum earum principiis adſcripſerit B & Δ: tum ex ipſarum lectione ſeries huiuſmodi declarari videtur. tituli verò ſi ſtatim initio voluminis collocentur, quo nunc ſunt ordine, videntur omiſsi qui primi omnium tituli eos ſubſequuntur de Conceptione déque Confirmatione digeſtorum. verùm quia parui ſunt hæc pretij, mutare non curauimus, admonuiſſe contenti.

TITVLI TOTIVS OMNIVM DIGESTORVM SEV PANDECTARVM IVRIS ENVCLEATI

ex omni iure veteri collecti auctoritate domini noſtri ſacratiſsimi

IVSTINIANI AVGVSTI.

FELICITER INCIPIT LIBER PRIMVS.

α De iuſtitia & iure.

β De origine iuris, & omnium magiſtratuum, & ſucceſsione prudentium.

γ De legibus, ſenatúſque conſultis, & longa conſuetudine.

δ De conſtitutionibus principum.

ε De ſtatu hominum.

ς De his qui ſui vel alieni iuris ſunt.

ζ De adoptionibus, & emācipationibus, & aliis modis quibus poteſtas ſoluitur.

η De diuiſione rerum, & qualitate.

θ De ſenatoribus.

ι De officio conſulis.

ια De officio præfecti prætorio.

ιβ De officio præfecti vrbis.

ιγ De officio quæſtoris.

ιδ De officio prætorum.

ιε De

Explicitus est liber primus.

Incipit liber secundus.

Explicitus est liber secundus.

Incipit liber tertius.

Explicit liber tertius.

Incipit liber quartus.

ϛ De

ϛ De quibus causis maiores vigintiquinque annis in integrũ restituantur.
ζ De alienatione iudicij mutandi causa facta.
η De receptis qui arbitrium receperint, vt sententiam dicant.
θ Nautæ, caupones, stabularij vt recepta restituant.

Explicit liber quartus feliciter.

Incipit liber quintus.

α De Iudiciis, vbi quisque agere vel conueniri debeat.
β De inofficioso testamento.
γ De hereditatis petitione.
δ Si pars hereditatis petatur.
ε De possessoria hereditatis petitione.
ϛ De fideicommissaria hereditatis petitione.

Explicit ex ordine digestorum liber quintus: de Iudiciis liber primus.

Incipit ex ordine sextus: de Iudiciis secundus.

α De rei vindicatione.
β De Publiciana in rem actione.
γ Si ager vectigalis id est emphyteuticarius petatur.

Explicit ex ordine liber sextus: de Iudiciis liber secundus.

Incipit ex ordine liber septimus: de Iudiciis liber tertius.

α De vsufructu, & quemadmodum (quis) vtatur fruatur.
β De vsufructu adcrescendo.
γ Quando dies legati vsusfructus cedat.
δ Quibus modis vsusfructus vel vsus amittitur.
ε De vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur, vel minuuntur.
ϛ Si vsusfructus petetur, vel ad alium pertinere negetur.
ζ De operis seruorum.
η De vsu & habitatione.
θ Vsufructuarius quemadmodum caueat.

Explicit ex ordine digestorum liber septimus: de Iudiciis liber tertius.

Incipit ex ordine liber octauus: de Iudiciis liber quartus.

α De seruitutibus.
β De seruitutibus prædiorum vrbanorum.
γ De seruitutibus prædiorum rusticorum.
δ Communia prædiorum tam vrbanorum quàm rusticorum.
ε Si seruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.
ϛ Quemadmodum seruitutes amittantur.

Expli-

Explicit ex ordine digestorum liber octauus: de Iudiciis liber quartus.

Incipit ex ordine liber nonus: de Iudiciis liber quintus.

α Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
β Ad legem Aquiliam.
γ De his qui effuderint vel deiecerint.
δ De noxalibus actionibus.

Explicit ex ordine digestorum liber nonus: de Iudiciis liber quintus.

Incipit ex ordine liber decimus: de Iudiciis liber sextus.

α Finium regundorum.
β Familiæ herciscundæ.
γ Communi diuidundo.
δ Ad exhibendum.

Explicit ex ordine digestorum liber decimus: de Iudiciis liber sextus.

Incipit ex ordine liber vndecimus: de Iudiciis liber septimus.

α De interrogationibus in iure faciendis, & de interrogatoriis actionibus.
β De quibus rebus ad eundem iudicem eatur.
γ De seruo corrupto.
δ De fugitiuis.
ε De aleatoribus.
ς Si mensor falsum modum dixerit.
ζ De religiosis, & sumptibus funerum, & vt funus ducere liceat.
η De mortuo inferendo, & sepulchro inædificando.

Explicitus est ex ordine digestorum liber vndecimus: de Iudiciis liber septimus feliciter.

Incipit de rebus creditis si certum petetur liber primus: ex ordine digestorum seu pandectarum duodecimus.

α De rebus creditis si certum petetur, & de condictione.
β De iureiurando siue volũtario siue necessario siue iudiciali.
γ De in litem iurando.
δ De condictione causa data, causa non secuta.
ε De condictione ob turpem vel iniustam causam.
ς De condictione indebiti.
ζ De condictione sine causa.

Explicit ex ordine digestorum liber duodecimus: de Rebus liber primus.

Incipit ex ordine tertiusdecimus: de Rebus secundus feliciter.

α De condictione furtiua.

β De con-

numittatur, vel contra.

Incipit ex ordine digestorum liber nonus decimus: de Rebus octauus.

α De actionibus empti * & * venditi.
β Locati conducti.
γ De æstimatoria actione.
δ De rerum permutatione.
ε De præscriptis verbis, & in factum actionibus.

*Explicit ex ordine digestorum liber nonusdecimus feliciter, * libri singulares **

Incipit ex ordine digestorum liber vicensimus: singularium primus.

α De pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.
β In quibus causis tacitè contrahitur pignus vel hypotheca.
γ Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non possunt.
δ Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur: & de his qui in priorum creditorum locum succedunt.
ε De distractione pignorum vel hypothecarum.
ϛ Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur vel non.

ExplEcitus est ex ordine liber vicensimus: singularium liber primus.

Incipit ex ordine liber vicensimus primus: singularium secundus.

α De ædilicio edicto, & redhibitione, & quanti minoris.
β De euictionibus, & duplæ stipulatione.
γ De exceptione rei venditæ, & traditæ.

Explicit ex ordine liber vicensimus primus: singularium secundus.

Incipit ex ordine digestorum liber vicensimus secundus: singularium tertius.

α De vsuris, & omnibus accessionibus, & mora.
β De nautico fænore.
γ De probationibus & præsumptionibus.
δ De fide instrumentorum.
ε De testibus.
ϛ De iuris & facti ignorantia.

Incipit ex ordine liber vicensimus tertius: singularium liber quartus.

α De sponsalibus.
β De ritu nuptiarum.
γ De iure dotium.
δ De pactis dotalibus.
ε De fundo dotali.

Explicit ex ordine liber vicensimus tertius.

Incipit ex ordine liber vicensimus quartus:

singularium liber quintus.

α De donationibus inter virum & vxorem.

β De diuortIs & repudiis.

γ Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

Explicitus est liber ex ordine vicensimus quartus:

singularium liber quintus.

Incipit ex ordine liber vicensimus quintus:

singularium liber sextus.

α De impensis in res dotales factis.

β De rerum amotarum actione.

γ De agnoscendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis vel libertis.

δ De inspiciendo ventre, custodiendóque partu.

ε Si ventris nomine muliere in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur.

ϛ Si mulier ventris nomine in possessionem calumniæ causa fuisse dicatur.

ζ De concubinis.

Explicitus est liber ex ordine vicensimus quintus: singularium sextus.

Incipit ex ordine liber vicensimus sextus:

singularium liber septimus.

α De tutelis.

β De testamentaria tutela.

γ De confirmando tutore vel curatore.

δ De legitimis tutoribus.

ε De tutoribus & curatoribus datis † à qui ius dandi habēt, *& qui*, & *in* quibus causis specialiter dari possunt. † ab his qui

ϛ Qui petant tutores vel curatores, & vbi petantur.

ζ De administratione & periculo tutorū & curatorum qui gesserunt, vel non: & de agentibus vel conueniendis vno vel pluribus.

η De auctoritate & consensu tutorum & curatorum.

θ Quando ex facto tutoris vel curatoris *minores* agere vel conueniri possunt.

ι De suspectis tutoribus & curatoribus.

Explicitus est ex ordine liber vicensimus sextus:

singulis liber septimus.

Incipit ex ordine liber vicensimus septimus:

† *singulis liber octauus:* † singularium

α De excusationibus.

β Vbi pupillus educari vel morari debet, & de alimentis ei præstandis.

De

Incipit liber quartus de legatis & fideicommissis: ex ordine liber trigensimus tertius.

Incipit ex ordine digestorum liber trigensimus quartus.

Incipit ex ordine liber trigensimus quintus.

Incipit ex ordine liber trigensimus sextus.

Explicit de legatis & fideicommissis liber septimus: ex ordine digestorum liber trigensimus sextus.

*Incipit *de* bonorum possessionibus liber primus: ex ordine liber trigensimus septimus.*

De lega-

a De obsequiis à liberis & libertis parentibus & patronis præstandis.

b De damno infecto, & de suggrundis, vel protectionibus.

nenti-

nentibus imponuntur.

δ De manumissis testamento.

ε De fideicommissariis libertatibus.

ϛ De ademptione libertatis.

ζ De statuliberis.

η Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt.

θ Qui & à quibus manumissi liberi non fiunt[a]. Ad legem Aeliam Sentiam.

a fiunt, & ad legem

ι De iure aureorum anulorum.

ια De natalibus restituendis.

ιβ De liberali causa.

ιγ Quibus ad libertatem proclamare non liceat.

ιδ Si[b] ingenuus esse dicatur.

b Si libertus ingenuus esse &c.

ιε Ne*de*statu defunctorum post quinquennium quæratur.

ιϛ De collusione detegenda.

Explicit liber ex ordine digestorum quadragensimus.

Incipit ex ordine liber quadragensimus primus.

α De adquirendo rerum dominio.

β De adquirenda vel amittenda possessione.

γ De vsurpationibus[c] seu vsucapionibus.

c *Deest vsurpationibus, sed malè. Distraxerant ineptè nōnulli ab hoc tit. l. pro soluto, & sequentes: & commenti fuerant nouam rubricam, pro soluto.*

δ Pro emptore.

ε Pro herede & pro possessore.

ϛ Pro donato.

ζ Pro derelicto.

η Pro legato.

θ Pro dote.

ι Pro suo.

{ια Communia de accessionibus possessionum.}

Explicit liber ex ordine digestorum quadragensimus primus.

Incipit ex ordine liber quadragensimus secundus.

α De re iudicata, & de effectu sententiarum, & de interlocutionibus.

β De confessis.

γ De cessione bonorum.

δ Quibus ex causis in possessionem eatur.

ε De rebus auctoritate iudicis possidendis seu vendundis.

d *Nonnulli malè distraxerant hunc titulum in duos, & notauerant rubricam* de priuilegiis creditorum *ad l. cùm bona, hoc tit.*

ϛ De separationibus.

ζ De curatore bonis dando.

η Quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur.

Explicit liber ex ordine digestorum quadragensimus secundus.

Incipit ex ordine liber quadragensimus tertius.

α De interdictis[e].

e De interdictis seu extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.

β Quorum bonorum.

γ Quod legatorum.

δ Ne vis fiat ei qui in possessionem missus erit.

De

γ De ſtipulatione ſeruorum.

Explicitus eſt liber ex ordine digeſtorum quadrageſimus quintus.

Incipit ex ordine liber quadrageſimus ſextus.

α De fideiuſſoribus & mandatoribus.
β De noBationibus * & delegationibus. *
γ De ſolutionibus & liberationibus.
δ De acceptilatione.
ε De ſtipulationibus prætoriis.
ϛ Rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore.
ζ Iudicatum ſolui.
η Ratam rem haberi, & de rati habitione.

Explicitus eſt liber ex ordine digeſtorum quadrageſimus ſextus.

Incipit ex ordine liber quadrageſimus ſeptimus.

α De priuatis delictis.
β De furtis.
γ De tigno iuncto.
δ Si qui teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit, poſt mortē domini ante aditā hereditatē ſubripuiſſe aut corrupiſſe dicetur.
ε Furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios.
ϛ Si familia furtum feciſſe dicetur.
ζ Arborum furtim cæſarum.
η Vi bonorum raptorum.
θ De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata.
ι De iniuriis & famoſis libellis.
ια De extraordinariis criminibus.
ιβ De ſepulchro violato.
ιγ De concuſſione.
ιδ De aVigeis.
ιε De præuaricatione [a].
ιϛ De receptatoribus.
ιζ De furibus Valneariis.
ιη De effractoribus & expilatoribus.
ιθ De expilatæ hereditatis.
κ De ſtellionatus.
κα (De) termino moto.
κβ De collegiis illicitis & corporibus.
κγ De popularibus actionibus.

[a] De præuaricatoribus.

Explicitus eſt liber ex ordine digeſtorum quadrageſimus ſeptimus.

Incipit ex ordine liber quadrageſimus octauus.

α De iudiciis publicis.
β De accuſationibus * & inſcriptionibus *.
γ De cuſtodia & exhibitione reorum.
δ Ad legem Iuliam de adulterIs coërcendis.
ε Ad legem Iuliam maieſtatis.
ϛ Ad legem Iuliam de vi publica.

ζ Ad le-

Explicitus eſt liber ex ordine digeſtorum quadragenſimus octauus.

Incipit ex ordine liber quadragenſimus nonus.

Explicitus liber ex ordine digeſtorum quadragenſimus nonus.

Incipit ex ordine liber quinquagenſimus.

EXPLICITVS EST EX ORDINE DIGESTORVM LIBER QVINQVAGENSIMVS FELICITER.

βιβλον ιουστινιανος αναξ τεχνησατο τηνδε
ην ρα τριβονιανος μεγαλως καμε παμβασιληι
οια τις ηρακληι παναιολον ασπιδα τευξας
ης επι μαρμαιρουσιν αγαλματα παντα θεμιςων
ανθρωποι δ' ασιης τε δ' ορυκτητου τε λιβυσσης
ευρωπης τε πιθονται ολου σημαντορι κοσμου.

DE

DE CONCEPTIONE DIGESTORVM.

IMPERATOR CAESAR FLAVIVS IVSTINIANVS pius felix inclutus victor ac triumfator ſemper Auguſtus Triboniano quæſtori ſuo Salutem

Mandat Iuſtinianus Triboniano, vt ex veterum auctorum libris Pandectas componat.



EO AVCTORE noſtrum gubernante Imperium, quod nobis à celæſti maieſtate traditum eſt, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & ſtatum reipublicæ ſuſtentamus: & ita noſtros animos ad Dei omnipotentis eregimus [a] adiutorium, vt neque armis confidamus, neque noſtris militibus, neque bellorum ducibus vel noſtro ingenio, ſed omnem ſpem ad ſolam referamus ſummæ prouidentiam trinitatis: vnde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum [b] diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt. Cum itaque nihil tam ſtudioſum in omnibus rebus inBenitur, quàm legum auctoritas, quæ & diuinas & humanas res bene diſponit, & omnem iniquitatem expellit: repperimus autem omnem legum tramittem, qui ab vrbe ‖ Roma ‖ condita & Romuleis deſcendit temporibus, ita eſſe confuſum, vt * in * infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: primum [c] nobis fuit ſtudium ſacratiſsimis retro principibus initum ſumere, & eorum conſtitutiones emendare, & viæ dilucidæ tradere: quatenus in vnum codicem congregatæ, & omni ſuperuaQüa ſimilitudine & iniquiſsima diſcordia abſolutæ, vniuerſis hominibus promptum ſuæ ſinceritatis [d] præbeant
1 præſidium. Hocque opere conſummato, in vno volumine noſtro nomine præfulgente coadunato, cum ex paucis & tenuioribus releuati ad ſummam & pleniſsimam iuris emendationem peruenire properaremus, & omnem Romanam ſanctionem & colligere & emendare, & tot auctorum diſperſa volumina vno codice indita oſtendere, quod nemo neq; ſperare neq; optare auſus eſt, res quidem nobis difficillima, immo magis impoſsibilis videbatur. ſed manibus ad cælum † erecti, æterno auxilio inuocato eam quoque curam noſtris repoſuimus animis, Deo freti, qui & res penitus deſperatas donare, & conſummare ſuæ virtutis magnitudine poteſt. & ad tuæ ſinceritatis optimum reſpeximus miniſterium: tibique primo & hoc opus commiſimus, ingenI tui documen-

[a] erigimus
[b] rerum
[c] prius
[d] ſerenitatis
† erectis.

documẽtis ex nostri codicis ordinatione acceptis, & iussimus
a probares
quos probaueris [a] tam ex facundissimis antecessoribus, quàm
ex viris disertissimis togatis fori amplissimæ sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in nostrum palatium introductis, nobisque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus: ita tamen, vt tui vigilantissimi
animi gubernatione res omnis celebretur. Iubemus igitur 2
vobis antiquorum prudentium, quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumq; legum sacratissimi principes præbuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes & legere &
b omnibus
elimare: vt ex his omnis [b] materia colligatur, nulla, secundum quod possibile est, neque similitudine neque discordia dere-
c sed quod ex his vnum pro omnibus sufficiat.
licta: sed ex his hoc [c] colligi quod vnum pro omnibus sufficiat. Quia autem & alij libros ad ius pertinentes scripserunt, quo-
d à nullis
rum scripturæ [d] nullis auctoribus receptæ nec vsitatæ sunt: neque nos eorum volumina nostram inquietare dignamur
e summi numinis
sanctionem. Cumque hæc materia summa nostri [e] numi- 3
nis liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere, & quasi proprium & sanctissimum templum iustitiæ consecrare: & in libros quinquaginta & certos titulos totum *ius* digerere, tam secundum nostri constitutionem codicis, quàm edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodius esse patuerit, vt nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquum per millesimum & quadringẽtesi-
f per mille, & quadringentos penè annos
mum [f] pænè annum confusum, & à nobis purgatum, quasi quodam muro vallatum, nihil extra se habeat: omnibus auctoribus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua seruanda: quia non omnes in omnia, sed certi
per certa vel meliores vel deteriores inueniuntur. Sed neq; 4
ex multitudine auctorum quod melius & æquius est, iudica-
g multos
tote: cum possit [forsitan] & deterioris sententia & multas [g]
& maiores in aliqua parte superare. Et ideo ea quæ antea in notis Aemilij Papiniani ex Vlpiano & Paulo, necnon Mar-
h Hoc apparet ex ti. de respons. prud. in C. Theodosiano.
ciano adscripta sunt, quæ antea nullam vim optinebant [h] propter honorem splendidissimi Papiniani, non statim respuere: sed si quid ex his ad repletionem summi ingenij Papiniani laborum, vel interpretationem necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere legis vicem optinẽs non moremini: vt omnes qui relati fuerint in hunc codicem prudentissimi viri, habeant auctoritatem, tamquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta, & nostro diuino fuerant ore profusa. omnia enim meritò nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas. nam qui * non * suptiliter
factum emendat, laudabilior est eo qui primus inuenit. Sed 5
&

& hoc [a] studiosum Bobis esse volumus, vt si quid in veteribus non bene positum libris inueniatis, vel aliquod superfluum, vel minus perfectum: *superuacua longitudine semota & quod imperfectum* est, repleatis: & omne opus moderatum & quàm pulcherrimum ostendatis. hoc etiam nihilo minus obseruando, vt si aliquid in veteribus legibus vel constitutionibus, quas antiqui in suis libris imposuerunt, non rectè scriptum inueniatis: & hoc reformetis, & ordini moderato tradatis. vt hoc videatur esse verum & optimum, & quasi ab initio scriptum, quod à Bobis electum, & ibi positum fuerit. & nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturam arguere audeat. cum enim lege antiqua, quæ regia nuncupabatur, omne ius omnisque potestas populi Romani in INperatoriam translata sunt potestatem: nos verò sanctionem omnem nō diuidimus in alias & alias conditorum partes, sed totam nostram esse volumus: quid possit antiquitas nostris legibus abrogare? Et in tantum volumus eadem omnia, cum reposita sunt [b], optinere: vt etsi aliter fuerant apud veteres conscripta, in contrarium autem in † positione [c] inueniantur: nullum crimen scripturæ imputetur: sed nostræ electioni hoc adscribatur.
6 Nulla itaque in omnibus prædicti codicis membris antinomia, sic enim à vetustate græco Bocabulo nuncupatur, aliquem sibi vindicet locū: sed sit vna concordia, vna consequentia, aduersario [d] nemine constituto. Sed & similitudinem, secundum quod dictum est, ab huiusmodi consummatione volOmus exulare: & ea quæ sacratissimis constitutionihus, quas in codicem nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex vetere iure non concedimus: cum Diualium constitutionum sanctio sufficit ad eorum auctoritatem: nisi fortè ‖vel propter diuisionem,‖vel propteRepletionem, vel propter pleniorem indaginem hoc contigerit. & hoc tamen perrarò, ne ex continuatione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum.
7 Sed & si quæ leges in veteribus libris positę iam in desuetudinē abierunt, nullo modo voVis easdem ponere permittimus: cum hæc tantummodo optinere volumus, quæ vel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel longa consuetudo huius almæ vrbis comprobauit, secundum Saluij Iuliani scripturam, quæ indicat debere omnes ciuitates consuetudinem Romæ sequi, quæ caput est orbis terrarum [e], non ipsam alias ciuitates. Romam autem intellegēdum est non solùm veterem, sed etiam regiam nostram, quæ Deo propitio cum melioribus condita est auguriis.
8 Ideo iubemus duobus istis codicibus omnia gubernari: vno constitutionum, altero iuris enucleati, & in futurum codicem compositi [f]: vel si quid aliud à nobis fuerit promulgatum

a sed in hoc studiū

b vim obtinere: *rectior est Florent.*

† compositionē

c in compositione nostra inueniantur, sed nostræ electioni hoc adscribatur. *rectior est Florent.*

d aduersario nullo

e *Plinius lib. 3. ca. 5.*

f componendi:

mulgatum institutionum vicem optiensn, vt rudis animus studiosi simplicibus enutritus, faciius ad altioris prudentiæ redigatur scientiam. Nostram autem consummationem, 9
quæ vobis Deo adnuente componetur, digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus. nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare, & verbositate sua supradicti codicis compendium confundere: quemadmodum in antiquioribus [a] factum est, cùm per contrarias interpretantium sententias totum ius pene conturbatum est. sed sufficiat per indices tantummodo & titulorum suptilitatem, * quæ παρατιτλα nuncupantur,*quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo.

a in antiquioribus temporibus

Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio: iubemus nō per † siNplorum [b] captiones & compendiosa ænigmata, quę multas per se & per suum vitium antinomias induxerunt, eiusdem codicis textum conscribi: etiam si numerus librorum significatur, aut aliquid quicquam. nec etenim per specialia sigla [c] numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. 10
Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia vnà cum aliis facundissimis viris studeat, & tam suptili, quàm celeRimo fini tradere: vt codex consummatus, & in quinquaginta libros digestus, nobis offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis † prudentiæ argumentum, nostrique Imperij vestrique ministerI gloriam. Data octauodecimo calendis Ianuariis, Lampadio & Oreste viris clarissimis consulibus. FELICITER. 11

† singulorum
b signorum

c signa. *Sunt autem notæ quibus librarij libros, & notarij dictata scribebant: de quibus vide Probum & Diaconum.*

† prouidentiæ

IMPERATOR CAESAR, FLAVIVS, IVSTINIAnus, *Alamannicus, Gotthicus, FranGicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator semper Augustus* Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Isidoro, & Anatolio, & Thalleleo, & Cratino *viris illustribus antecessoribus* [d], & *Salaminio viro disertissimo antecessori Salutem.*

Hac epistola ad doctores missa, ratio iuris docendi præscribitur.

OMNEM [e] reipublicæ nostræ sanctionem iam esse purgatam & compositam tam in quattuor libris institutionum seu elementorum, quàm in quinquaginta digestorum seu pandectarum, nec non in duodecim Imperialium cōstitutionum, quis amplius quàm [f] vos cognoscit? Et omnia quidem quæ oportuerat & ab initio mandare, & post omnium consummationem, factum [g] libenter admittentes, definire, iam per nostras orationes [h] tam græca lingua quàm Romanorum, quas æternas fieri optamus, explicita *sunt*. Sed

d *Iuris professores sunt. Quod ex. §. quæ omnia, & §. sed cùm prospeximus. Constit. 3. infrà, colligere est: quia, opinor, antecederent & quasi præirēt discipulis: tametsi incertus Alciatus hac in re fluctuet. li. Dispunct. 3. cap. 12.*
e *De ordine huius constitutionis Augu. lib. emend. 2. cap. 1. & lib. 3. cap. 3.*
f *Haloan.* quàm nos. *Rectior est Florent.*
g factam
h *Intelligit constitutionem, Tanta, & sequentem. Itaque huic præponi debēt, vt hæc tertio ponatur loco.*

Sed cùm vos * & omnes postea * professores legitimæ scien-
tiæ constitutos etiam hoc oportuerat scire, quid & in quibus
temporibus tradi necessarium studiosis credimus, vt ex hoc
optimi atque eruditissimi efficiantur: ideo præsentem diui-
nam orationem ad vos præcipuè faciendam existimamus,
quatenus tam prudentia vestra, quàm ceteri antecessores qui
eandem artem in omne æuum exercere maluerint, nostris re-
gulis obseruatis, inclutam viam eruditionis legitimæ possint
ambulare. Itaque dubio procul quidem est, necesse esse in-
stitutiones in omnibus studiis primum sibi vindicare lo-
cum, vtpote prima vestigia † Qüius scientiæ mediocriter
tradentes. ex libris autem quinquaginta nostrorum digesto-
rum sex & triginta tantummodo sufficere *tam* ad vestram
expositionem quàm ad iuuentutis eruditionem iudicamus.
sed ordinem eorum, & tramites per quos ambulandum est,
manifestare, tempestiuum nobis esse videtur: & vos in me-
moriam quidem eorum quæ antea tradebatis, redigere: o-
stendere autem nouellæ nostræ compositionis tam vtilita-
tem quàm tempora, vt nihil huiusmodi artis relinquatur in-
1 cognitum. Et antea quidem, quemadmodum & vestra
scit prudentia, ex tanta legum multitudine, quæ in librorum
quidem duo milia, versuum autem tricies [a] centena extende-
batur: nihil aliud nisi sex tanDummodo libros, & ipsos con-
fusos, & iura vtilia in se perrarò habentes, à voce magistra [b]
studiosi accipiebant, ceteris iam desuetis, iam omnibus in-
uiis. In his autem sex libris Gaij nostri institutiones, & li-
bri singulares quattuor, primus de illa vetere re vxoria, se-
cundus de tutelis, & tertius nec non quartus de testamentis &
legatis connumerabantur: quos nec totos per † sequentias
accipiebant, sed multas partes eorum quasi superuacuas pre-
teriVant. Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur
non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim, &
quasi per saturam [c] collectum, vtile cùm inutilibus mix-
tum, maxima parte inutilibus deputata. In secundo autem
anno præpostera ordinatione habita, *prima* pars legum eis
tradebatur, quibusdam certis titulis ab ea exceptis: cum erat
enorme post institutiones aliquod legere, quàm quod in legi-
bus & primũ positum est, & istam nuncupationẽ [d] merue-
rit. Post eorũ verò lectionem, neq; illam continuam, sed par-
ticularem, & ex magna parte inutilẽ constitutam, tituli alij eis
tradebantur tam ex illa parte legum quæ de iudiciis nuncu-
patur, & ipsis* non* continuam, sed rarã vtilium recitationem
præbentibus, quasi cetero toto volumine inutili constituto:
quàm ex illa quæ de rebus appellatur, septẽ [e] libris semotis, &
in his multis partibus legentibus inuiis, vtpote non idoneis,
nequ e

† Quiusque

a De his versibus vide Francis. Duarenũ li. 2. disputat. c. 6. cui adde locum Hieronymi ex præfatione in translationem Esaiæ. Hanc sententiam valde confirmant Biblia vetustissima: versibus enim huiusmodi descripta sunt, & ferè in calce cuiusq; libri Bibliorum adiectum est quot versibus constet.

b magistri

† consequentias

c Satyram. Significat hoc opus ex multis, diuersisque rebus fuisse cõflatum: quod indicat vocabulũ, satyra, quæ est cibi genus ex variis rebus conditũ. Festus, quem vide. Sic Charisius dixit de aduerbio (nã) omnia in se capit, quasi collata per satyram.

d & nuncupationẽ meruerit πρῶτον.

e octo

neque aptiſsimis ad eruditionem conſtitutis. In tertio autem
anno quod ex vtroq; volumine, id eſt de rebus vel de iudiciis,
in ſecundo anno non erat traditum, accipiebant ſecundum
viciſsitudinem vtriuſq; voluminis: & ad ſublimiſsimum Pa-
pinianum eiuſque reſponſa iter *eis* aperiebatur. Et ex præ-
dicta reſponſorum conſummatione, quæ decimo & nono li-
bro concludebatur, octo tantummodo libros accipiebant: nec
eorum totum corpus eis tradebatur, ſed pauca ex multis, †ea
† & breuiſsima ex ampliſsimis: vt adhuc ſitiẽtes ab eis recederent.
His igitur ſolis à profeſſoribus traditis, Pauliana reſponſa
per ſemetipſos recitabant: neq; hæc in ſolidum, ſed per iNper-
fectum, & iam quodammodo malè conſuetum inconſequen-
† Is tiæ curſum. Et † hinc erat in quartum annum omnis antiquę
prudentiæ finis: vt (ſi) quis ea quæ recitabant, enumerare mal-
let, cõputatione habita inueniet ex tam immẽſa legum mul-
† eos vacuè titudine vix verſuum ſexaginta milia † eoSuæ notionis per-
legere: omnibus aliis deuiis & incognitis conſtitutis. & tunc
tantummodo ex aliqua minima parte recitandis, quotiẽs vel
iudiciorum vſus hoc fieri coëgerit, vel ipſi magiſtri legum
aliquid ex his perlegere feſtinabatis, vt ſit vobis aliquid am-
plius diſcipulorum peritia. Et hæc quidem fuerant antiquæ
eruditionis monumenta, ſecundum quod & veſtro teſtimo-
nio confirmatur. Nos verò tantam penuriam legum inue- 2
nientes, & hoc miſerrimum iudicantes, legitimos thenſau-
ros[a] volentibus aperimus, quibus per veſtram prudentiam
quodammodo erogatis, ditiſsimi legum oratores efficiantur
diſcipuli, Et primo quidem anno noſtras hauriant inſtitutio-
nes, ex omni penè veterum inſtitutionũ corpore elimatas, &
ab omnibus turbidis fontibus in vnum liquidum ſtagnum
conriuatas tam per Tribonianum virum magnificum magi-
ſtrum & exquæſtore ſacri palatij noſtri & exconſule, quàm
duos è vobis, id eſt Theophilum & Dorotheum facundiſsi-
mos anteceſſores. In reliquam verò anni partem ſecundum
optimam conſequẽtiam primam legum partem eis tradi ſan-
cimus, quæ græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, qua nihil eſt
anterius: quia quod primum eſt, aliud ante ſe habere non po-
teſt. & hæc eis exordium & finem eruditionis primi anni eſſe
decernimus. *Cuius* auditores non volumus vetere tam fri-
uolo quàm ridiculo cognomine Dupondios[b] appellari, ſed
Iuſtinianos nouos nuncupari, & hoc in omne futurũ æuum
optinere cenſemus: vt hi qui rudes adhuc legitimæ ſcientiæ
adſpirent, & ſcita prioris anni accipere maluerint, noſtrum
nomen mereant: quia ilico tradendum eis eſt primum volu-
men, quod nobis emanauit auctoribus: antea enim dignum
antiqua confuſione legum cognomen habebant. cum autem
leges

a *Hæc ſcriptura vſitata fuit tempore Iuſtiniani, vt apparet ex eo loco Donati in Eunuch. Theſaurũ Latini veteres ſecundum Græcos ſine .n. litera proferebant.*

b *Alc. lib. 4. de verb. ſignif.*

leges iam clarè & dilucitè animis eorum tradendæ erant,
3 neceſſe erat eos & cognomine mutato fulgere. In ſecundo
autem anno, per quem ex edicto eis nomen antea poſitum,
& à nobis probatur, vel de iudiciis libros ſeptem, vel de re-
bus octo accipere eos ſancimus, ſecundum quod temporis
viciſsitudo indulſerit, quam intactam obſeruari præcipimus.
ſed eoſdem libros de iudiciis, vel de rebus totos, & per ſuam
conſequentiam accipiant, nullo penitus ex his derelicto:
quia omnia noua pulchritudine ſunt decorata, nullo inuti-
le [a], nullo deſueto in his penitus inueniendo. Alterutri au- a inutili
tem eorundem volumini, id eſt de iudiciis vel de rebus, ad-
iungi in ſecundi anni audientiam volumus quattuor libros
ſingulares, quos ex omni compoſitione quattuordecim li-
brorum excerpſimus. ex collectione quidẽ tripertiti volumi-
nis, quod pro dotibus compoſuimus, vno libro excerpto: ex
duobus autem de tutelis & curationibus, vno: † vt ex gemi- † &
no volumine de teſtamentis vno: & ex ſeptem libris de lega-
tis & fideicommiſsis, & quæ circa ea ſunt, ſimili modo vno
tantùm libro. hos igitur quattuor libros, qui in primordiis
ſingularum memoratarum compoſitionum poſiti ſunt, tan-
tummodo à vobis eis tradi ſancimus, ceteris decem oportuno
tempore conſeruandis: quia neque poſsibile eſt, neque anni
ſecundi tempus ſufficit ad iſtorum quattuordecim librorum
4 magiſtra voce eis tradendorum recitationem. Tertij inſu-
per anni doctrina talem ordinem ſortiatur, vt ſiue libros de
iudiciis, ſiue de rebus ſecundum vices legere eis ſors tulerit:
concurrat eis tripertita legum ſingularium diſpoſitio, & in
primis liber ſingularis ad hypothecariam formulam, quem
oportuno loco, in quo de hypothecis loquimur, poſuimus: vt
cum æmula ſit pigneraticiis actionibus quæ in libris de rebus
poſitæ ſunt, non abhorreat eorum vicinitatem: cum circa eaſ-
dem res ambabus pænè idem ſtudium eſt. Et poſt eundem li-
brum ſingularem alius liber ſimiliter eis aperiatur, quem [b] ad b quem de vſuris, item alius quem ad
edictum ædilium, & de redhibitoria actione, & de euictioni- edictum ædilium,
bus, nec nõ duplæ ſtipulatione compoſuimus. cum enim quæ
pro emptionibus & venditionibus legibus cauta ſunt, in li-
bris de rebus præfulgent: hæ autem omnes quas diximus de-
finitiones in vltima parte prioris [c] edicti fuerant poſitæ: ne- c prætorii
ceſſariò eas in anteriorem locum tranſtulimus, ne à venditio-
nibus, quarum quaſi miniſtræ ſunt, [d] vicinitate vlterius deua- d miniſtræ ſunt, & vicinæ,
gentur. Et hos tres libros cum [e] acutiſsimi Papiniani lectio- e pro
ne tradendos poſuimus, quorum [f] volumina in tertio anno f cuius
ſtudioſi recitabant, non ex omni eorum corpore, ſed ſparſim
pauca ex multis & in hac parte accipientes. Vobis autem pul-
cherrimus Papinianus non ſolùm ex reſponſis quæ in decem

& nouem libros composita fuerant, sed etiam ex libris septem & triginta quæstionum, & gemino volumine definitionum, nec non de adulterIs, & pænè omni eius expositione in omni nostrorum digestorum ordinatione præfulgens propriis partibus præclarus [a] sui recitationem præbebit. Ne autem tertij anni auditores, quos Papinianistas vocant, nomen & festiuitatem eius amittere videantur: ipse iterum in tertiū annum per bellissimam machinationem introductus est. librū enim hypothecariæ ex primordiis plenum eiusdem maximi Papiniani fecimus lectione, vt & nomen ex eo habeant, & Papinianistæ vocentur, & *eius reminiscentes & lætificentur & * festum diem, quē cum primū leges eius accipiebant, celebrare solebant, peragant: & maneat viri sublimissimi præfectorij Papiniani & per hoc in æternum memoria, hocque termino tertij anni doctrina concludatur. Sed quia solitum est anni 5
quarti studiosos græco & consueto quodam vocabulo λυτας [b] appellari: habeant quidem si maluerint hoc cognomen. pro responsis autem prudētissimi Pauli, quę antea ex libris viginti[c] tribus vix in decem & octo recitabant, per iam expositam confusionem eos legentes: decē libros singulares qui ex quattuordecim, quos antea enumerauimus, supersunt, studeāt lectitare: multo maioris & amplioris prudētiæ ex eis thensaurum consecuturi, quàm quem ex Paulianis habebant responsis. Et ita omnis ordo librorum singularium à nobis compositus, & in decem & septem libros partitus eorū animis iNponetur: quem in duabus digestorum partibus posuimus, id est quarta & quinta, secundum septem partium distributionem. & quod iam primis verbis orationis nostrę posuimus, verum inueniatur: vt ex triginta sex librorū recitatione fiant iuuenes perfecti, & ad omne opus legitimū instructi, & nostro tempore nō indigni. duabus aliis partibus, id est sexta & septima nostrorum digestorum quę in quattuordecim libros compositæ sunt, eisdem[d] positis, vt possint postea eos[e] & legere, & in iudiciis ostendere. Quibus si bene sese imbuerint, & in quinti anni, quo prolutæ nuncupantur, metas, cōstitutionum codicem tam legere quàm suptiliter intellegere studeant: nihil eis legitimæ scientiæ deerit, sed omnē ab initio vsq; ad finem suis animis aNplectantur, & quod pænè in alia nulla euenit arte, cum etsi vilissimæ sint, omnes tamen infinitæ sunt, hæc sola scientia habeat finem mirabilem, in præsenti tempore à nobis sortita[f]. Discipuli igitur, omnibus eis legitimis arcanis reseratis, nihil habeant absconditum: sed omnibus perlectis, quæ 6
nobis per Triboniani viri excelsi ministerium, ceterorumque composita sunt, & oratores maximi, & iustitiæ satellites inueniantur, & iudiciorum optimi tam athletę quàm gubernatores

a præclaris sui *alias*, præclaram sui

b *Quo nomine eos intelligit qui iam tantum profecerant, vt iuris nodos soluere possent: malè ergo Accursius legit* hircos, *& peius interpretatur,* videns.

c triginta tribus

d ita dispositis,

e eas

f à nobis ortum.

7 tores in omni loco æuoq; felices. Hæc autem tria Bolumina à nobis composita tradi eis tam in regiis vrbibus, quàm in Berytiensium pulcherrima ciuitate, quam & legum nutricem bene quis appellat, tantummodo volumus, quod iam & à retro principibus constitutum est, & non in aliis locis quæ *à* maioribus tale non meruerint priuilegium. quia audiuimus etiam in Alexandrina splendidissima ciuitate, & in Cæsariẽsium, & in aliis, quosdam imperitos homines deuagare[a], & doctrinam discipulis adulterinam tradere. quos sub hac interminatione ab hoc conamine repellimus, vt si ausi fuerint in posterum ||in|| hoc perpetrare, & extra vrbes regias, & Berytiensium metropolim hoc facere: denarum librarum auri pœna plectentur, & reiciantur ab ea ciuitate, in qua non leges

8 docent, sed in leges committunt. Illud autẽ, quod iam tum ab initio hoc opus mandantes in nostra oratione, & post completum in alia nostri numinis cõstitutione scripsimus, & nũc vtiliter ponimus: vt nemo audeat eorũ qui libros conscribunt, sigla in his ponere, & per compendium ipsi legum interpretationi vel compositioni maximum adferre discrimen. sciturus omnibus librariis qui hoc in posterum commiserint, quòd post criminalem[b] pœnam æstimationem libri in duplum domino eius, si nescienti dederint, inferre compellentur. cum & ipse qui talem librum comparauerit, nihilo eum habebit, nemine iudice ex tali libro fieri recitationem concedente, sed

9 pro non {pro} scripto eum haberi disponente. Illud verò satis necessarium constitutum cum summa interminatione edicimus, vt nemo audeat neque in hac splendidissima ciuitate, neque in Berytiensium pulcherrimo oppido ex his qui legitima peragunt studia, indignos & pessimos, immo magis seruiles, & quorum effectus iniuria est, ludos exercere, & alia crimina vel in ipsos professores, vel in socios suos, & maximè in eos qui rudes ad recitationem legum perueniũt, perpetrare. quid† enim ludos appellet eos, ex quibus crimina oriuntur? hoc etenim fieri nullo patimur modo: sed optimo ordini in nostris tẽporibus & hãc partem tradimus, & toto[c] postero trãsmittimus sæculo: cũ oportet prius animas, & po-

10 stea linguas[d] fieri eruditos. Et hæc omnia in hac quidẽ florentissima ciuitate vir excelsus prefectus huius almæ vrbis tã obseruare quàm vindicare, prout delicti tam iuuenum quàm scriptorum qualitas exegerit, curæ habebit. In Berytiensiũm autem ciuitate tam vir clarissimus præsens Pœnicæ[e] maritimæ, quàm beatissimus eiusdem ciuitatis Episcopus, & legum professores. Incipite igitur legum doctrinam eis Dei gubernatione tradere, & viam aperire quam nos inuenimus: quatenus fiant optimi iustitiæ & reipublicæ ministri, & vos

a deuagari

b terminalem *cui respondet Græca vox* τελευταῖον.

† quis

c toti. *Ita plerunq; locuti sunt veteres: vt & Terẽtius, mihi sole ridiculo fuit.*

d *Græca est phrasis. Cuiusmodi est illud Verg. Os humerosque Deo similis. Itaq; emendandum non est animis & linguis, ex sententia Haloandri.*

e Phœnicæ

maximum decus in omne sæculum sequatur, quia vestris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem & apud Homerum patrem omnis virtutis Claucus & Diomedes inter se faciunt, dissimilia permutantes:

χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων.[a]

Quæ omnia optinere sancimus in omne æuum, ab omnibus tam professoribus quàm legum auditoribus, & librariis & ipsis & iudicibus obseruanda. Data septimodecimo kalendas Ianuarias Constantinopoli domino nostro Iustiniano perpetuo Augusto ter consule.

a Iliа.6. vnde petenda est interpretatio huius loci: non ab Accursio, qui hic delirat.

DE CONFIRMATIONE DIGESTORVM.

In nomine Domini Dei nostri Iesu Christi Imperator Cæsar Flauius Iustinianus Alamannicus Gotthicus FranGicus Germanicus Anticus Alanicus Vandalicus Africanus Pius Felix Inclutus Victor ac triumphator semper Augustus ad Senatum & omnes populos.

Totius operis diuisio ac dispositio hic continetur cum quibusdam aliis.



ANTA circa nos diuinæ humanitatis est prouidentia, vt semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. post Vella enim Parthica æterna pace sopita, postque Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, immo magis omnem LibVam Romano imperio iterum sociatam: & leges antiquas iam senio prægrauatas per nostram vigilantiam præbuit in † nauam pulchritudinem, & moderatum peruenire compendium. quod nemo ante nostrum imperium vmquam sperauit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimauit. erat enim mirabile Romanam sanctionem ab vrbe condita vsque ad nostri imperij tempora, quę pænè in mille & quadringentos annos [b] concurrunt, intestinis prœliis vacillantem, hocque & in Imperiales constitutiones extendentem, in vnam reducere consonantiam: vt nihil neque contrarium neque idem neque simile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro rebus singulis positæ vsquam appareant. namque hoc cælestis quidem prouidentiæ peculiare fuit: humanæ verò inuecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus præsidium, & summo numine inuocato Deum auctorem & totius operis præsulem fieri optauimus: & omne studium Triboniano viro excelso, magistro officiorum, & [c] exquæstore sacri nostri palatij & exconsule credidimus, eique omne ministerium huiuscemodi ordinationis imposuimus, vt ipse vnà cum aliis {viris} illustribus & prudentissimis viris nostrū desiderium adim-

† nouam

b Vereor ne μνημονικὸν ἁμάρτημα sit. Nam Iustinianus solus imperare cœpit, circa 1279. annum ab Vrbe condita, vt ex diligentissimis Chronographis apparet.

c Exquæstor dicitur qui quæstura functus est, quem veteres Romani Quæstorium dicebant. Omnes enim magistratus, aut officia, quæ similem habent adiectionem, eo munere functos significant, vt exantistes in Cod. Theodos. tit. quorum appellat. non recip. Exrex apud Ammi. Marcell. exarchiatri. l. medicos. C. de professorib. & medic. vt mirum sit Alciatum, qui hæc legerat, hallucinatum hac in re esse li. 4. dispunct. ca. 3. Anto. August. lib. 3. cap. 3.

adimpleret. noſtra quoque maieſtas ſemper inueſtigando & perſcrutando ea quæ ab his componebantur, quidquid dubium & incertum inBeniebatur, hoc nOmine cæleſti erecta
1 emendabat, & in competentem formam redigebat. Omnia igitur confecta ſunt, domino & Deo noſtro Iheſu Chriſto poſsibilitatē tam nobis quàm noſtris in hoc ſatellitibus præſtante. Et principales quidem conſtitutiones duodecim libris digeſtas, iam ante in codicem noſtro nomine præfulgentem contulimus. poſtea verò maximum opus adgredientes, ipſa vetuſtatis ſtudioſiſsima opera iam pænè confuſa & diſſoluta, eidem viro excelſo permiſimus tam colligere quàm certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, à præfato viro excelſo ſuggeſtum & [a] duo pænè milia librorum eſſe conſcripta, & plus quàm trecentiens decem milia versVm à veteribus eſfuſa, quæ neceſſe *eſſet* omnia & legere & perſcrutarE, & ex his ſi quid optimum fuiſſet, eligere. Quod cæleſti fulgore & ſummæ trinitatis fauore confectum eſt ſecundum noſtra mandata, quæ ab initio ad memoratum virum excelſum fecimus: & in quinquaginta libros omne quod vtiliſsimum erat, collectum eſt: & omnes amViguitates dIciſæ, nullo ſeditioſo relicto. nomenque libris iNpoſuimus digeſtorum ſeu pandectarum: † qui omnes diſputationes & dIciſiones in ſe habent legitimas, & quod vndiq; fuit collectum, hoc in ſinus receperunt, in centum quinquaginta pænè milia verſuum totum opus conſummantes. & in ſeptem partes eos digeſsimus non perperam, neque ſine ratione: ſed in numerorum naturam & artem reſpicientes, & conſentaneam
2 eis diuiſionem partium conficientes. Igitur prima quidem pars totius contextus, quę Greco vocabulo πρῶτα nuncupatur, in quattuor libros ſepoſita eſt. Secundus autem articulus ſeptem libros habet, qui de iudiciis appellātur. In tertia verò congregatione omnia quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris † eis deputatis. Quartus autem locus, qui & totius compoſitionis quaſi quoddam inuenitur [b] vmbilicum, octo libros ſuſcepit: in quibus omnia quæ ad hypothecam pertinent, repoſita ſunt, vt non pigneraticia [c] actione in libris de rebus poſita multum diſtarent. Alio libro eodem inſerto volumine, qui ædilicium edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ ſtipulationem, quæ de euictionibus propoſita eſt, continet: quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum conſentanea ſunt: & prædictæ actiones quaſi pediſequæ illarum ab initio proceſſerunt, in vetuſtioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multo diſtantia deuagantes: per noſtram autem prouidentiam his congregatæ: cum oportuerat ea quæ de eodem pænè loquun-

a eſt
† quia
† ei
b quidam vmbilicus,
c à pignoratitia

tur, in confinio ponere. Alius itaque liber post duo primos nobis excogitatus est de vsuris, & traiecticiis pecuniis, & de instrumentis, & testibus, & probationibus, * nec non præsumptionibus. * & memorati tres singulares libri iuxta compositionem de rebus positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus vel nuptiis vel dotibus legibus dicta sunt, reposuimus, tribus librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus geminos libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis reposuimus, omnia vndique tam vtilissima quàm pulcherrima iura continentem. Quintus autem exoritur 3
nobis digestorum articulus, in quem de testamentis * & * codicillis tam priuatorum quàm militum, omne quidquid antiquis dictum, inueniat quis depositum, qui de testamentis appellatur. De legatis autem & fideicommissis quinque librorum numerus adgregatus est. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quàm {vt} legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicommissis autem senatusconsulti Trebelliani: singulis libris vtrique eorum applicatis, tota pars quinta in nouem libros coadunata est. Solum autem senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimauimus: captiosas etenim & ipsis veteribus odiosas Pegasiani senatusconsulti ambages, & vtriusque senatusconsulti [a] ad se tam superuacuas quàm scrupulosas diuersitates respuentes, totum ius super his positum Trebelliano senatusconsulto adiudicauimus. Sed in his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne causa, quæ in rebus non prosperè gestis, & tristis [b] temporibus Romanis increbruit calamitatibus, Vello coalescēs ciuili, nostris maneat temporibus, quę fauor cælestis & pacis vigore firmauit, & * super * omnes gentes in Vellicis [c] * victori * periculis † superposuit: ne luctuosum monumentū læta sæcula inumbrare concedatur. Sexta deinde pars digestorum exoritur, 4
in quibus omnes bonorū possessiones positæ sunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos respiciunt. vt & ius omne, quod de gradibus & adfinitatibus descendit, legitimacq; hereditates, & omnis ab intestato successio, & Tertullianum, & Orphitianum senatusconsultum, ex quibus mater & filij inuicem sibi heredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionu Multitudinem in compendiosum & manifestissimum ordinem concludentes. Post hæc ea quæ de operis noui nuntiationibus, damnique infecti, & pro ædificiis dirutis, & eorum [d] insidiis, & quæ de aqua pluuia arGenda veteribus auctoribus placita sunt: nec non de publicanis, & donationibus tam inter viuos quàm mortis causa conficiēdis cauta legibus inuenimus, in librum singularē deduximus. De manu-

a inter se

b tristibus

c in bellicis victoriis: *fortè legendum est in* bellicis victoriæ periculis.

† posuit:

d *In præfatione Græca est* καὶ τῶν ἐν τούτοις τὶ κακουργούντων: *quo fit vt suspicer insidias ædificiorum poni pro insidiosis et fraudulentis machinationibus aduersus ædificia.*

manumissionibus autē & de liberali causa, alius liber respondit: quemadmodū & de adquisitione tā dominij quàm possessionis, & titulis qui eā inducunt, multę & variæ lectiones vni sunt insertæ volumini. alio libro deputato his qui iudicati, vel in iure confessi sunt, & de bonorū detentionibus* & venditionibus*, & vt ne quid in fraudē creditorū fiat. Postq; hæc omnia interdicta glomerata sunt: & deinceps exceptiones, & de temporum prolixitatibus: & de obligationibus & actionibus liber iterum singularis extenditur: vt præfata sexta pars
5 totius digestorum voluminis octo libris definiatur. Septimus autem & nouissimus articulus digestorum sex libris formatus est, quos de stipulationibus *seu verborum obligationibus*, & fideiussoribus & mandatoribus, necnō nouationibus, & solutionibus, & acceptilationibus, & de prætoriis stipulationibus, omne quod ius inuenitur gemino volumine inscriptū est, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo terribiles libri positi sunt pro delictis priuatis, & extraordinariis necnō publicis criminibus, qui omnem continent seueritatem pœnarumq; atrocitatem. Quibus permixta sunt & ea quę de audacibus hominibus cauta sunt, qui se celare conantur, & contumaces existunt: & de pœnis quæ condēnatis infliguntur, vel conceduntur, necnon de eorū substantiis. Liber autē singularis pro appellationibns nobis excogitatus est contra sententias tam ciuiles quàm criminales causas finiētes. Cetera autē omnia quæ ad municipales, vel de decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis, & pollicitationibus, & diuersis cognitionibus, * & censibus,* vel significatione verborū veteribus inuenta sunt, quaeq; regulariter definita, in sese recepit quinquagēsimus, totius cō-
6 summationis perfectus[a]. Quæ omnia confecta sunt per virum excelsum, necnon prudentissimū magistrum, ex questore & exconsule Tribonianū, qui similiter eloquētiæ, & legitime sciētiæ artibus decoratus, & in ipsis rerum experimētis emicuit, nihilq; maius nec carius nostris vnquā iussionibus duxit. necnō per alios viros magnificos & studiosissimos perfecta sunt, id est Constantinum virum illustrem, comitē sacrarum largitionum, & magistrū scrinij libellorum sacrarumque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendabit: nec non Theophilum virum illustrem, magistrum iurisque peritum in hac splendidissima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: & Dorotheum * virum *, illustrem & facundissimum quæstorium, quem in Verutiensium splendidissima ciuitate leges discipulis tradentem propter eius Vptimam opinionem & gloriam ad nos deduximus, participemque huius operis

a perfectio.

fecimus. sed & Anatolium virum illustrem magistrum, qui & ipse apud Verutiéses iuris interpres cõstitutus ad hoc opus allectus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedens, cum & pater eius Leontius, & auus Eudoxius *qui post Patricium inclytæ recordationis quæstorium & antecessorem, & Leontium virum gloriosissimum præfectorem, consularem, atque Patricium filium eius *, optimam sui memoriam in legibus reliquerunt. necnon Cratinum virum illustrem, & comitem sacrarum largitionum, & optimum antecessorem huius almæ vrbis constitutum. qui omnes ad prædictum opus electi sunt vnà cum Stephano, Mena, Prosdocio, Eutolmio, * Timotheo, * Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Constantino, Iohanne, viris prudentissimis, qui patroni quidem sunt causarum apud maximam sedem præfecturæ quæ orientalibus prætoriis præsidet. Omne autem suæ virtutis testimonium vndique accipientes, & à nobis ad tanti operis consummationem ellcti sunt, & cum omnes in vnum conuenerunt gubernatione Tribuniani viri excelsi, vt tantum opus nobis auctoribus possint conficere, Deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus consummatum est.

Tanta autem *à* nobis antiquitati habita est reuerentia, 7
vt nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo: sed vnusquisque eorum qui auctor legis fuit, nostris digestis inscriptus est: hoc tantummodo à nobis effecto, vt si quid in legibus eorum vel superuacuũ vel iNperfectum vel minus idoneum visum est: vel adiectionẽ, vel deminutionem necessariã accipiat, & rectissimis tradatur regulis, & in multis similibus vel contrarIs quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est. vnaq; omnibus auctoritate indulta, vt quidquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat, & ex nostra voluntate compositum: nemine audente comparare ea quæ antiquitas habebat, & quę nostra auctoritas introduxit. quia multa & maxima sunt, quæ propter vtilitatẽ rerum transformata sunt. adeo vt etsi principalis constitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus, sed & hoc corrigendum esse putauimus, & in melius restaurandum. nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum & necessarium fuerat, hoc nostris emendationibus seruauimus. & propter hanc causam & si quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutissimam peruenit quietem, nullò titubante relicto. Sed cũ prospeximus quòd ad portandam tan- 8
tæ sapientię molem non sunt idonei homines rudes, & qui in primis legum vestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam mediocrem emendationem præparandã esse censuimus, vt sub ea colorati, & quasi primitiis omnium

iNbuti,

iNbuti, poſsint ad penetralia eorum intrare, & formam legũ
pulcherrimam non cõniuentibus oculis accipere. Et ideo Tri-
boniano viro excelſo, qui ad totius operis gubernationem ele-
ctus eſt, necnon Theophilo & Dorotheo viris illuſtribus &
facundiſsimis anteceſſoribus accerſitis, mandauimus quate-
nus libris, quos veteres compoſuerunt, qui prima legũ argu-
menta continebant, & inſtitutiones vocabantur, ſeparatim
collectis, quidquid ex his vtile & aptiſsimum & vndique ſit
elimatum, & rebus quæ in præſenti æuo in vſu vertuntur, cõ-
ſentaneum inuenitur, hoc & capere ſtudeant, & quattuor li-
bris reponere, & totius eruditionis prima fundamenta atque
elementa ponere: quibus iuBenes ſuffulti poſsint grauiora &
perfectiora legum ſcita ſuſtentare. Admonuimus autem eos,
vt memores etiam noſtrarum fiant conſtitutionum, quas pro
emendatione iuris promulgauimus. & in confectione inſti-
tutionum etiam eadem emendatione ponere non morentur:
vt ſit manifeſtum & quid antea Bacillabat, & quid poſtea in
ſtabilitatem redactum eſt. Quod opus ab his perfectum, vt
nobis oblatum & relectum eſt, & prono ſuſcepimus animo,
& noſtris ſenſibus non indignum eſſe iudicaBimus, & præ-
dictos libros conſtitutionum vicem habere iuſsimus: quod &
in oratione noſtra, quam eiſdem libris præpoſuimus, aper-
9 tius declaratur. Omni igitur Romani iuris diſpoſitione
compoſita, & in tribus voluminibus, id eſt inſtitutionum, &
digeſtorum ſeu Pandectarum, nec non conſtitutionum, per-
fecta, & in tribus annis conſummata, quę vt primùm ſeparari
cœpit, neque in totum decennium compleri ſperabatur: om-
nipotenti Deo & hanc operam ad hominum ſuſtentationem
piis obtulimus animis, vberéſque gratias maximæ Deitati
reddidimus, quæ nobis præſtitit & bella fIliciter agere, & ho
neſta pace perpotiri, & non tantùm noſtro, ſed etiã omni æuo
tam inſtanti quàm poſteriori leges optimas ponere. Omni-
bus itaque hominibus eandem ſanctionem manifeſtam face-
re, neceſſarium*eſſe* perſpeximus: vt ſit eis cognitum, quanta
confuſione & infinitate abſoluti, in quam moderationem &
legitimam veritatem peruenerunt: legéſque in poſterum ha-
beant tam directas quàm coNpẽdioſas, omnibúſq; in prom-
tu poſitas, & ad poſsidendi libros earum facilitatem idoneas:
vt nõ mole diuitiarũ expenſa poſsint homines ſuperuaQũæ
legum multitudinis adipiſci volumina, ſed viliſsima pe-
cunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus quàm
tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda.

Si quid autem in tanta legum compoſitione quæ ab immẽ-
10 ſo librorum numero collecta eſt, ſimile forſitan rarò inuenia-
tur, nemo hoc vituperandum exiſtimet: ſed primùm quidem

iNbecilitati humanę, quę naturaliter ineſt, hoc inſcribat: quia
omnium habere memoriam, & penitus iNullo peccare, diui
nitatis magis quàm mortalitatis eſt: quod & à maioribus di-
ctum eſt. deinde ſciat quòd ſimilitudo in quibuſdam & his
breuiſsimis adſumpta non inutilis eſt: & nec citra noſtrum
propoſitum hoc ſubſecutum. aut enim ita lex neceſſaria erat,
vt diuerſis titulis propter rerum cognationem applicari eam
oporteat: aut cū fuerat aliis diuerſis permixta, impoſsibile erat
eam per partes detrahi, ne totum confundatur. & in his
partibus in quibus perfectiſsimæ viſiones [a] expoſitæ vete-
rum fuerant, quod particulatim in eas fuerat ſparſum, hoc
diuidere ac ſeparare, penitus erat inciuile: ne tā ſenſus quàm
aures legentium ex hoc perturbentur. Similique modo ſi
quid principalibus conſtitutionibus cautum eſt, hoc in dige-
ſtorum volumine poni nullo conceſsimus modo: quaſi con-
ſtitutionum recitatione ſufficiente: niſi & hoc rarò ex hiſdem
cauſis quibus ſimilitudo adſumpta eſt. Contrarium autem 11
aliquid in hoc codice poſitum nullum ſibi locum vEndica-
Bit, nec inuenitur, ſi quis ſuptili animo diuerſitatis rationes
excutiet. ſed eſt aliquid nouum inuentum, vel occultè poſi-
tum, quod diſſonantiæ querellam diſſoluit, & aliam naturā
inducit diſcordiæ fines effugientem. Sed & ſi quid forſitan 12
prætermiſſum eſt, quod in tantis milibus quaſi in profundo
poſitum latitabat, & cum idoneum fuerat poni: obſcuritate
inuolutum neceſſariò derelictum eſt: quis hoc adprehende-
re [b] recto animo poſsit? primò quidem propter ingenij mor-
talis exiguitatem: deinde propter ipſius rei vitium, quod mul-
tis inutilibus permixtum nullam ſui ad eruendum præbuit
copiam: † dein quòd multo vtilius eſt pauca idonea effu-
gere, quàm multis inutilibus homines prægraBare.

a Ideſt, commentationes, ſpeculationes. Græca enim præfatio habet θεωρίαι. quod verbum ſuperioribus omnibus reſpondet. Itaque emendandum non eſt iuſsiones, aut diuiſiones, aut deciſsiones, vt nec l. ſed etſi lege. §. adeò de petition. hæredit. ff. l. quamuis. §. ſi mulier. ad S. C. Velle. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. mādati. Auguſt. lib. 2. ca. 2.

b reprehendere

† deinde

Mirabile autem aliquid ex his libris emerſit, quòd multi- 13
tudo antiqua præſente breuitate paucior inBenitur. homines
etenim qui antea lites agebant, licet multæ leges fuerant po-
ſitæ, tamen ex paucis lites perferebant, vel propter inopiam
librorum quos coNparare eis iNpoſsibile erat, vel propter
ipſam inſcientiam. & voluntate iudicum magis quàm legiti-
ma auctoritate lites dirimebantur. In præſenti autem con-
ſummatione noſtrorum digeſtorum è tantis leges collectæ
ſunt voluminibus, quorum & nomina antiquiores homines
non dicimus neſciebant, ſed nec vnquam audiebant, quæ
omnia collecta ſunt ſubſtantia ampliſsima congregata: vt
egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentiſsima
autem breuitas noſtra efficiatur. Antiquæ autem ſapientiæ
librorum copiam maximè Tribonianus vir excellentiſsimus
præbuit, in quibus multi fuerant & ipſis eruditiſsimis homi-
nibus

nibus incogniti, quibus omnibus perlectis, quidquid ex his
pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam nostram com-
positionem peruenit. Sed huius operis conditores non solùm
ea volumina perlegerunt, ex quibus leges positæ sunt: sed etiã
alia multa, quæ, nihil vel vtile vel nouũ eis inuenientes, quod
exceptum [a] nostris digestis applicarẽt, optimo animo respue- a excerptum
14 runt. Sed quia diuinæ quidem res perfectissimæ sunt, hu-
mani verò iuris condicio semper in infinitum decurrit, & nihil
est in ea quod stare perpetuò possit, multas etenim formas
edere natura nouas deproperat, non desperamus quædam po-
stea emergi negotia, quę adhuc legum laqueis non sunt inno-
uata [b]. si quid igitur tale contigerit, Augustum imploretur re- b innodata
medium: quia ideo Imperialem fortunã rebus humanis Deus
pręposuit, vt possit omnia quę nouiter cõtingunt, & emẽda-
re, & cõponere, & modis & regulis cõpetentibus tradere. &
hoc non primùm à nobis dictum est, sed ab antiqua descendit
prosapia: cum & ipse Iulianus legum & edicti perpetui subti-
lissimus cõditor, in suis libris hoc retulit: vt si quid imperfectũ
inueniatur, ab Imperiali sanctione hoc repleatur. & non ipsę
solus, sed & Diuus Hadrianus in compositione edicti, & se-
natuscõsulto quod eã secutum est, hoc apertissimè definiuit,
vt si quid in edicto positũ non inuenitur, hoc ad eius regulas
eiúsq; coniecturas & imitationes possit noua instruere aucto
15 ritas. Hæc igitur omnia sciẽtes patres conscripti, & omnes
orbis terrarũ homines, gratias quidẽ amplissimas agite sum-
mæ Diuinitati, quę vestris tẽporibus tã saluberrimũ opus ser-
uauit. quo enim antiquitas digna diuino nõ est visa iudicio,
hoc vestris tẽporibus indultum est. Hasce itaq; leges & ado-
rate & obseruate omnibus antiquioribus quiescentibus. ne-
móque vestrum audeat vel cõparare eas prioribus, vel si quid
dissonans in vtroque est, requirere. quia omne quod hic posi-
tum est, hoc vnicum & solum obseruari censemus. Nec in iu-
dicio, nec in alio certamine, vbi leges necessariæ sunt, ex aliis
libris, nisi ab iisdẽ institutionibus, nostrisq; digestis, & consti-
tutionibus à nobis cõpositis vel promulgatis, aliquid vel reci-
tare vel ostẽdere conetur: nisi temerator velit falsitatis crimine
subiectus, vnà cũ iudice qui †eorũ audientiã †patiatur, pœnis † eis
16 grauissimis laborare. Ne autẽ incognitũ vobis fiat, ex qui- † accommodauit,
bus veterũ libris hęc cõsummatio ordinata est, iussimus & hoc
in primordiis digestorũ nostrorũ inscribi: vt manifestissimũ
sit, ex quib⁹ legislatoribus, quibúsq; libris eorũ, & quod mili
bus hoc iustitię Romanę tẽplũ ędificatũ est. Legislatores autẽ
vel cõmentatores eos elegimus, qui digni tãto †operant, & † opere fuerant,
quos & anteriores piissimi principes admittere nõ sunt indi-
gnati: omnibus vno dignitatis apice inpertito, nec sibi cuidã [c] c quoquam
al

aliquam prærogatiuam vindicante . cumenim constitutio-
num vicem & has leges optinere censuimus, quasi ex nobis
promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam esse in-
tellegatur, cum vna dignitas, vna potestas omnibus est indul-
ta? Hocautem, quod & ab initio nobis visum est, cum hoc 17
opus fieri Deo adnuente mandabamus, tempestiBum nobis
videtur & in præsenti sancire: vt nemo neque eorum qui in
præsenti iuris peritiam habent, neque(qui)postea fierent, au-
deat commentarios hisdem legibus adnectere: nisi tantùm si
velit eas in græcam vocem transformare sub eodem ordine,
eáque consequentia, sub qua & [a] voce Romanæ positæ sunt:
hocquod Græci κατὰ πόδας dicunt. & si qui forsitan per titu-
lorum suptilitatem adnotare maluerint, & ea quæ paratitla
nuncupantur, componere. alias autem legum interpretatio-
nes, immo magis peruersiones, eos iactare non concedimus:
ne Berbositas eorum aliquid legibus nostris adferat ex con-
fusione dedecus. quod & in antiquis edicti perpetui commen-
tatoribus factum est, qui opus moderatè confectum huc at-
que illuc in diuersas sententias producentes, [contrahentes,]
in infinitum detraxerunt, vt pænè omnem Romaná sanctio-
nem esse confusam [b]. Quos si passi non sumus, quemadmo-
dum posteritatis admittatur vana discordia? Si quid autē ta-
le facere ausi fuerint, ipsi quidem falsitatis rei constituantur,
volumina autem eorum omnimodo corrumpentur. Si quid
verò, vt supra dictum est, ambiguum fuerit visum: hoc ad Im-
periale culmen per iudices referatur, & ex auctoritate Augu-
sta manifestetur, cui soli concessum est leges & condere & in-
terpretari. Eandem autem pœnam falsitatis constituimus &
aduersus eos qui in posterum leges nostras per siglorum ob-
scuritates ausi fuerint conscribere. omnia enim, id est & no-
mina prudentium, & titulos, & librorum numeros, per con-
sequentias litterarum volumus, non per sigla manifestari: ita
vt qui talem librum sibi parauerit, in quo sigla posita sunt in
qualemcumque locum libri vel voluminis, sciat inutilis se es-
se codicis dominum. neque enim licentiam aperimus ex tali
codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacumq; sua par-
te siglorum habet malitias. Ipse autem librarius qui eas in-
scribere ausus fuerit, non solùm criminali pœna, secundum
quod dictum est, plectetur: sed etiam libri æstimationem in
duplum domino reddat, si & ipse dominus ignorans talem
librum vel comparauerit, vel confici curauerit. quod & antea
à nobis dispositum est & in latina constitutione & in græca
quam ad legum professores dimisimus. Leges autem no- 18
stras, quæ [c] in his codicibus, id est institutionum seu elemen-
torum, & digestorum vel pandectarum posuimus, suū opti-
nere

a Foritè legendū est, & voce sub qua.

b Superuacuum est verbum, cerneres, additum ab Haloādro: hoc enim figura Græca est dictum, qua & illud quoque l. vnic. de offic. Quæstor. hodieq; obtinuit vt indifferenter Quæstores creari. August. lib. 2. c. 1.

c quas

nere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus consulatu præsentis duodecimæ indictionis, tertio calendas Ianuarias, in omne æuum valituras, & vnà cum nostris constitutionibus pollentes, & suum vigorem in iudiciis ostendentes in omnibus causis, siue quæ postea emerserint, siue quæ in iudiciis adhuc pendent, nec eas iudicialis vel amicalis forma cõpescuit. quæ enim iam vel iudiciali sententia finita sunt, vel amicali pacto sopita, hæc resuscitari nullo volumus modo. Bene autem properauimus in tertium nostrum consulatum & has leges edere: quia maximi Dei & domini nostri Ihesu Christi auxilium felicissimum eum nostræ reipublicæ donauit: cum in hunc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mũdi nobis adcreBit. Post Europam enim & Asiam & tota LibVa nostro imperio adiuncta est, & tanto operE [a] legum caput impositum est: omnia cælestia dona nostro tertio consulatu Indulta. Omnes itaque iudices nostri pro sua iurisdictione easdem leges † suspiciant, & tam in suis iudiciis, quam in hac regia vrbe habeant, & proponant, & præcipuè vir excelsus huius almæ vrbis præfectus. curæ autẽ erit tribus excelsis præfectis prætoriis, tam orientalibus quàm IllVricis necnon LibVcis, per suas auctoritates omnibus qui suæ iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. Data septimodecimo calendis Ianuariis Iustiniano domino nostro ter consule.

a operi

† suscipiant.

FELICITER.

EN

ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΚΑΙ ΘΥ ΗΜΩΝ ΙΗΥ ΧΥ



ΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ, ΦΛ. ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ, ΑΛΑΜΑΝΝΙΚΟΣ, ΓΟΤΘΙΚΟΣ, ΦΡΑΓΚΙΚΟΣ, ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ, ΑΝΤΙΚΟΣ, ΑΛΑΝΙΚΟΣ, ΒΑΝΔΑΛΙΚΟΣ, ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ, ΕΥΣΕΒΗΣ, ΕΥΤΥΧΗΣ, ΕΝΔΟΞΟΣ, ΝΙΚΗΤΗΣ, ΤΡΟΠΑΙΟΥΧΟΣ, ΑΕΙΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ ΤΗ ΜΕΓΑΛΗ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΤΩ ΔΗΜΩ, ΚΑΙ ΠΑΣΑΙΣ ΤΑΙΣ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΗΜΩΝ ΠΟΛΕΣΙΝ.



ΕΔΩΚΕΝ ΗΜΙΝ Ὁ ΘΕΟΣ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΠΕΡΣΑΣ ΕΙΡΗΝΗΝ ΜΕΤΑ ΤΟ ΚΑΤΑ ΒΑΝΔΙΛΩΝ ΤΡΟΠΑΙΟΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΟΛΗΝ ΛΙΒΥΗΣ ΚΤΗΣΙΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΗΣ ΟΝΟΜΑΣΤΟΤΑΤΗΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΟΣ ΕΠΑΝΑΛΗΨΙΝ ΚΑΙ ΤΟ ΤΗΣ ΕΠΑΝΑΝΕΩΣΕΩΣ ΕΙΣ ΠΕΡΑΣ ΑΓΑΓΕΙΝ ΤΩΝ ΠΡΟ ΗΜΩΝ ΒΕΒΑΣΙΛΕΥΚΟΤΩΝ ΕΠΕΙ ΟΥΔΕ ΕΙΣ ΝΟΥΝ ΒΑΛΛΕΣΘΑΙ ΗΛΠΙΣΕΝ ΑΝ, ΟΥΤΕ ΔΥΝΑΤΟΝ ΟΛΩΣ. ΑΥΤΟ ΑΝ ΕΚΟΜΙΣΘΗ.

ΟΥΚ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΜΟΝΟΝ, ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΕΝ ΤΑΙΣ ΒΑΣΙΛΙΚΑΙΣ ΔΙΑΤΑΞΕΣΙ ΠΡΟΣ ΑΠΑΣΑΝ ΑΪΕΙΝ ΣΥΜΦΩΝΙΑΝ ΤΕ ΚΑΙ ΔΙΑΦΩΝΙΑΝ, ΚΑΙ ΤΟ ΜΕΝ ΜΑΧΟΜΕΝΟΝ ΑΥΤΗΣ ΕΞΕΛΕΙΝ: ΤΟ ΔΕ ΤΑΥΤΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΟΜΟΙΟΝ ΕΞΩΘΗΣΑΙ. ΜΙΑΝ ΔΕ ΑΥΤΗ ΚΑΛΛΟΥΣ ΕΙΔΕΑΝ ΠΑΡΑΣΧΕΙΝ, ΩΣΤΕ ΕΝΑ ΤΟΝ ΚΕΙΜΕΝΟΝ ΕΦΕΚΑΣΤΩ ΚΑΘΕΣΤΑΝΑΙ ΠΡΑΓΜΑΤΙ ΝΟΜΟΝ ΤΗΣ ΑΝΩΘΕΝ ΡΟΠΗΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΚΕΙΘΕΝ ΦΙΛΑΝ-

ΛΑΝ-

ΛΑΝΘΡΩΠΕΙΑΣ ΙΔΙΟΝ ΗΝ, ΑΛΛ' ΟΥΚ ΑΝ-
ΘΡΩΠΙΝΗΣ ΤΙΝΟΣ ΔΙΑΝΟΙΑΣ Η ΕΓΧΕΙΡΗ-
ΣΕΩΣ Η ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΟΛΩΣ. ΗΜΕΙΣ ΟΥΝ
ΤΟΥΤΟ ΔΗ ΤΟ ΣΥΝΗΘΙΣΜΕΝΟΝ ΗΜΙΝ, ΤΑΣ
ΧΕΙΡΑΣ ΕΙΣ ΘΕΟΝ ΑΝΑΤΕΙΝΑΝΤΕΣ, ΚΑΙ
ΑΙΤΗΣΑΝΤΕΣ ΗΜΙΝ ΑΥΤΟΝ ΣΥΛΛΑΒΕΙΝ, Ε-
ΝΕΧΕΙΡΗΣΑΜΕΝ ΤΕ ΚΑΙ ΤΟ ΠΑΝ ΕΞΕΙΡΓΑ-
ΣΑΜΕΘΑ: ΤΡΙΒΩΝΙΑΝΩ ΤΩ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΩ
ΜΑΓΙΣΤΡΩ, ΚΑΙ ΑΠΟ ΚΥΑΙΣΤΟΡΩΝ ΤΟΥ
ΘΕΙΟΥ ΗΜΩΝ ΠΑΛΑΤΙΟΥ, ΚΑΙ ΥΠΑΤΩΝ ΠΡΟΣ
ΤΗΝ ΟΛΗΝ ΥΠΟΥΡΓΙΑΝ ΧΡΗΣΑΜΕΝΟΙ, ΚΑΙ
ΤΙΣΙΝ ΑΛΛΟΙΣ ΕΝΔΟΞΟΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΣΟ-
ΦΟΙΣ ΑΝΔΡΑΣΙΝ: ΕΡΩΤΩΝΤΕΣ ΜΕΝ ΑΕΙ
ΤΟ ΓΙΓΝΟΜΕΝΟΝ: ΤΟ ΔΕ ΑΜΦΙΣΒΙΤΗ-
ΣΙΜΟΝ ΜΑΝΘΑΝΟΝΤΕΣ: ΠΑΣΙΝ ΔΕ ΕΚ ΤΗΣ
ΕΝΔΙΔΟΜΕΝΗΣ ΗΜΙΝ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟ-
ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ
ΧΡΙΣΤΟΥ ΓΝΩΣΕΩΣ ΤΕ ΚΑΙ ΘΑΛΨΕΩΣ ΕΠΙ-
ΤΙΘΕΝΤΕΣ ΠΕΡΑΣ ΠΡΟΣΗΚΟΝ. ΤΑΣ ΜΕΝ
ΟΥΝ ΕΥΣΕΒΕΙΣ ΔΙΑΤΑΞΕΙΣ ΗΔΗ ΠΡΟΤΕ-
ΡΟΝ ΔΩΔΕΚΑ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΠΕΡΙΣΤΕΙΛΑΝΤΕΣ
ΤΟ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΕΠΩΝΥ-
ΜΟΝ ΣΥΝΤΕΘΕΙΚΑΜΕΝ ΒΙΒΛΙΟΝ: ΝΥΝ ΔΕ
ΤΑΣ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΝΟΜΟ-
ΘΕΤΗΣΑΝΤΩΝ, ΣΥΝΑΓΑΓΟΝΤΕΣ ΓΝΩΜΑΣ
ΕΚ ΤΟΥ ΠΛΗΘΟΥΣ ΑΠΟ ΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ, ΑΠΕΡ
ΗΝ ΜΕΝ ΑΜΦΙ ΤΑ ΔΙΣΧΙΛΙΑ: ΑΡΙΘΜΟΝ
ΔΕ ΕΙΧΟΝ ΣΤΙΧΩΝ ΜΥΡΙΑΔΩΝ ΤΡΙΑΚΟ-
ΣΙΩΝ, ΕΠΙ ΕΜΜΕΤΡΟΝ ΤΕ ΑΜΑ ΚΑΙ ΕΥΣΥΝΟ-
ΠΤΟΝ ΣΥΝΗΓΑΓΟΜΕΝ ΑΘΡΟΙΣΜΑ. ΠΕΝΤΗ-
ΚΟΝΤΑ ΟΥΝ ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΠΕΠΟΙΗΜΕΘΑ ΒΙ-
ΒΛΙΑ ΤΑ ΝΥΝ, ΑΝΩΘΕΝ ΣΥΝΑΓΑΓΟΝΤΕΣ
ΤΟ ΧΡΗΣΙΜΟΝ, ΚΑΙ ΑΠΑΣΑΣ ΤΑΣ ΖΗΤΗΣΕΙΣ
ΤΕΜΟΝΤΕΣ ΚΑΙ ΜΗΔΕΝ ΚΑΤΑΛΙΠΟΝΤΕΣ
ΕΤΙ ΣΤΑΣΙΑΖΟΜΕΝΟΝ. ΟΠΕΡ ΒΙΒΛΙΟΝ
digesta, ΕΙΤΕ ΠΑΝΔΕΚΤΗΝ ΠΡΟΣΗΓΟΡΕΥΣΑ-
ΜΕΝ. ΕΚΤΕ ΤΟΥΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΕΧΕΙΝ ΔΙΑΙ-
ΡΕΣΕΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΔΙΑΤΥΠΩΣΕΙΣ: ΕΚΤΕ
ΤΟΥΤΟ ΠΑΝ ΕΙΣ ΕΝ ΑΘΡΟΙΣΘΕΝ ΥΠΟΔΕΞΑΣ-
ΘΑΙ, ΤΑΥΤΗΝ ΑΥΤΩ ΘΕΜΕΝΟΙ ΤΗΝ ΠΡΟΣΗ-
ΓΟΡΙΑΝ: ΟΥ ΠΕΡΑΙΤΕΡΩΤΕ ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΔΕ-
ΚΑ ΜΥΡΙΑΔΩΝ ΣΤΙΧΩΝ ΑΡΙΘΜΟΝ ΑΥΤΩ ΔΟΝ-
ΤΕΣ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΕΠΤΑ ΤΟΥΤΟ ΔΙΑΘΕΜΕΝΟΙ
ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΟΥ ΠΑΡΕΡΓΩΣ,
ΑΛΛΑ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΡΙΘΜΩΝ ΦΥΣΕΩΣ ΤΕ

ΚΑΙ

ΚΑΙ ΑΡΜΟΝΙΑΣ ΣΤΟΧΑΣΑΜΕΝΟΙ: ΤΑΥΤΑ ΓΑΡ
ΚΑΛΟΥΜΕΝΑ ΠΑΡΑ ΠΑΣΙ ΠΡΩΤΑ ΕΝ ΤΕΣΣΑΡ-
ΣΙ ΑΠΕΘΕΜΕΘΑ ΒΙΒΛΙΟΙΣ. ΕΦΕΞΗΣ ΤΕ ΤΑ
de iudiciis ΕΝ ΕΤΕΡΟΙΣ ΕΠΤΑ. ΚΑΙ ΤΑ de rebus,
ΟΥΚ ΕΝ ΠΛΕΙΟΣΙ ΤΩΝ ΟΚΤΩ: ΤΟ ΔΕ ΕΦΕ-
ΞΗΣ ΤΟΥ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΟΣ ΜΕΡΟΣ, ΟΠΕΡ
ΔΗ ΤΕΤΑΡΤΟΝ ΤΕ ΑΜΑ ΚΑΙ ΜΕΣΟΝ ΕΣΤΙ ΤΟΥ
ΠΑΝΤΟΣ, ΟΚΤΩ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΕΝΑΠΕ-
ΘΕΜΕΘΑ: ΕΝ ΟΙΣ ΕΣΤΙ ΜΕΝ Η ΥΠΟΘΗΚΑΡΙΑ,
ΟΥ ΠΟΡΡΩ ΠΟΥ ΤΗΣ pigneraticias ΑΦΕΣΤΩΣΑ:
ΕΣΤΙ ΔΕ ΚΑΙ ædilicion ΗΔΙΚΤΟΝ, ΚΑΙ Η ΠΕ-
ΡΙ ΤΩΝ ΕΚΝΙΚΗΣΕΩΝ ΕΠΕΡΩΤΗΣΙΣ, ΑΠΕΡ
ΑΜΦΩ ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΗΜΑΤΑ ΜΕΝ ΚΑΘΕΣΤΩ-
ΤΑΤΩΝ ΠΡΑΞΕΩΝ: ΠΟΡΡΩ ΔΕ ΠΟΥ ΤΗΣ ΝΟ-
ΜΟΘΕΣΙΑΣ ΑΠΩΚΙΣΜΕΝΑ, ΣΥΝΗΓΑΓΟΜΕΝ
ΕΓΓΥΘΕΝ ΔΙΑ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΑΛΛΗΛΑ ΣΥΓΓΕ-
ΝΕΙΑΝ. ΙΝΑ ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΔΙΑΛΕΓΟ-
ΜΕΝΑ ΜΗ ΠΟΡΡΩ ΔΙΕΣΤΗΚΟΙΕΝ ΑΛΛΗΛΩΝ.
ΕΙΤΑ ΕΠΗΓΑΓΟΜΕΝ ΤΟΥΤΟΙΣ ΤΑ ΤΕ ΠΕΡΙ
ΤΟΚΩΝ ΕΓΓΕΙΩΝ, ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΙΩΝ: ΚΑΙ ΤΑ
ΠΕΡΙ ΣΥΜΒΟΛΑΙΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΑΡΟΔΟΥ ΜΑΡ-
ΤΥΡΩΝ, ΚΑΙ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΡΟΛΗ-
ΨΕΩΝ, ΕΙΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝ: ΤΡΙΑ ΔΕ ΤΑΥΤΑ ΜΟ-
ΝΟΒΙΒΛΑ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΤΩΝ de rebus ΠΡΑΓΜΑ-
ΤΕΙΑΝ ΣΥΝΕΓΓΥΣ ΑΛΛΗΛΩΝ ΚΑΤΑΘΕΜΕΝΟΙ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΙΣ ΤΑ ΠΕΡΙ ΜΝΗΣΤΡΩΝ, ΚΑΙ ΓΑΜΩΝ,
ΚΑΙ ΠΡΟΙΚΟΣ ΝΕΝΟΜΟΤΕΘΗΜΕΝΑ ΣΥΝΑΓΑ-
ΓΟΝΤΕΣ ΤΡΙΑ ΔΕΔΩΚΑΜΕΝ ΕΧΕΙΝ, ΚΑΙ ΤΑΥ-
ΤΗ ΤΗ ΣΥΝΤΑΞΕΙ ΒΙΒΛΙΑ: ΚΑΙ ΜΗΝ ΚΑΙ ΠΕ-
ΡΙ ΤΩΝ ΚΗΔΕΜΟΝΩΝ ΤΗΣ ΝΕΑΣ ΗΛΙΚΙΑΣ
ΔΥΟ ΤΑΥΤΑ ΔΗ ΤΑ de Tutelis ΠΑΡΑ ΠΑΣΙΝ Ο-
ΝΟΜΑΖΟΜΕΝΑ, ΚΑΝΤΑΥΘΑ ΣΥΝΕΚΕΦΑΛΑΙΩ-
ΣΑΜΕΘΑ ΤΗΝ ΤΩΝ ΟΚΤΩ ΤΟΥΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ
ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΝ, ΚΑΙ ΜΕΣΑΙΤΑΤΟΝ, ΩΣ ΕΙΡΗ-
ΤΑΙ ΤΟΥΤΟ ΜΕΡΟΣ ΤΗΣ ΠΑΣΗΣ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ
ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΕΠΟΙΗΜΕΘΑ. ΤΑ ΚΑΛΛΙΣΤΑ
ΔΗ ΚΑΙ ΧΡΗΣΙΜΩΤΑΤΑ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΕΝ ΤΟΥ-
ΤΟΙΣ ΑΝΑΓΡΑΨΑΜΕΝΟΙ. ΤΑ ΔΕ ΔΗ ΠΕΡΙ ΔΙΑ-
ΘΗΚΩΝ, ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΓΕ ΛΗΓΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΦΙΔΕΙ
ΚΟΜΜΙΣΣΩΝ ΑΠΑΝΤΑ ΣΥΝΗΓΑΓΟΜΕΝ ΕΙΣ
ΕΝΝΕΑ ΒΙΒΛΙΩΝ ΑΡΙΘΜΟΝ, ΩΝ ΗΓΕΙΤΑΙ
ΜΕΝ ΤΑ ΠΕΡΙ ΔΙΑΘΗΚΩΝ, ΚΑΙ ΚΟΔΙΚΙΛΛΩΝ
ΤΩΝ ΤΕ ΚΑΘΟΛΟΥ ΦΑΜΕΝ, ΤΩΝ ΤΕ, ΑΣ ΠΟΙΟΥ-
ΣΙΝ ΩΣ ΒΟΥΛΟΝΤΑΙ ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙ ΔΥΟ ΚΑ-
ΘΕΣΤΩΤΑ, ΚΑΙ de Testamentis ΕΠΙΓΕΓΡΑΜΜΕ-

ΝΑ:

ΝΑ: ΠΕΝΤΕ ΔΕ ΕΦΕΞΗΣ ΤΑ ΠΕΡΙ ΛΗΓΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΦΙΔΕΙΚΟΜΜΙΣΣΩΝ, ΚΑΙ ΠΑΣΗΣ ΤΗΣ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΖΗΤΗΣΕΩΣ ΔΙΑΛΕΓΟΜΕΝΑ. ΚΑΙ ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ Ο ΤΟΥ Falcidiu, ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΣΕΧΗΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΡΜΟΔΙΟΣ ΗΝ ΤΩΝ ΛΗΓΑΤΩΝ ΚΑΙ ΦΙΔΕΙΚΟΜΜΙΣΣΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΙ, ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΔΗ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝ ΕΥΘΥΣ ΤΗ ΤΩΝ ΛΗΓΑΤΩΝ ΥΠΕΘΗΚΑΜΕΝ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑ, ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΛΟΝ ΑΝΑΘΕΝΤΕΣ ΑΥΤΩ ΜΕΤΑ ΤΙΝΟΣ ΒΡΑΧΕΙΑΣ ΠΡΟΣΘΗΚΗΣ. ΚΑΙ ΑΥΘΙΣ ΕΠΕΙΔΗ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΤΟΥ Falcidiu ΜΙΜΗΣΙΝ ΕΠΙ ΤΩΝ ΦΙΔΕΙΚΟΜΜΙΣΣΩΝ ΗΝ ΤΟ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΝ Trebellianon ΔΟΓΜΑ ΚΑΙ ΤΟΥΤΩ ΤΗΝ ΤΕΛΕΥΤΑΙΑΝ ΤΗΣ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ ΤΑΥΤΗΣ ΑΡΕΝΕΙΜΑΜΕΝ ΧΩΡΑΝ: ΤΟ ΠΑΝ ΤΗΣ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ ΤΑΥΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟ Trebellianon ΣΥΝΑΓΑΓΟΝΤΕΣ, ΚΑΙ ΠΕΡΙΤΤΗΝ ΕΙΝΑΙ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΑΛΑΙ ΠΗΓΑΣΙΑΝΟΥ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΝ, ΕΥΡΟΝΤΕΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΑΛΟΓΟΥΣ ΤΩΝ ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΕ ΚΑΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ, ΑΣ ΔΗ ΚΑΙ ΟΙ ΠΑΛΑΙ ΜΙΣΗΣΑΝΤΕΣ, ΠΕΡΙΝΕΝΟΗΜΕΝΑΣ ΤΕ ΚΑΙ ΕΠΙΖΗΜΙΟΥΣ ΕΚΑΛΟΥΝ ΚΑΙ ΑΠΛΟΥΣΤΕΡΩ ΤΙΝΙ ΛΟΓΩ ΤΟ ΠΑΝ ΤΟΥΤΟ ΣΧΗΜΑ ΣΥΝΑΘΡΟΙΣΑΝΤΕΣ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΤΡΕΒΕΛΛΙΑΝΙΟΥ ΜΕΘΑΡΜΟΣΑΜΕΝΟΙ ΤΑΞΙΝ, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΔΗ ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ ΜΕΡΟΣ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ ΤΟΙΣ ΕΝΝΕΑ ΤΟΥΤΟΙΣ ΑΝΕΙΤΑΙ ΒΙΒΛΙΟΙΣ, ΕΝ ΟΙΣ ΟΥΔΕΝ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΠΑΛΑΙ ΚΑΔΟΥΚΩΝ ΗΜΙΝ ΕΙΡΗΤΑΙ, ΔΙΟΤΙ ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ ΚΑΤΑ ΤΙΝΑ ΧΡΕΙΑΝ ΟΥΚ ΕΥΤΥΧΗ ΤΗ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΠΟΛΑΣΑΝΤΑ ΠΟΛΙΤΕΙΑ, ΚΑΙ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΔΕΙΝΟΝ ΤΩΝ ΕΜΦΥΛΙΩΝ ΚΑΘΕΣΤΩΤΑ ΠΟΛΕΜΩΝ, ΟΥΚ ΕΧΡΗΝ ΕΝ ΚΑΙΡΟΙΣ ΠΟΛΙΤΕΥΕΣΘΑΙ, ΚΑΘ ΟΥΣ Ο ΘΕΟΣ ΕΙΡΗΝΗΝ ΤΕ ΔΕΔΩΚΕΝ ΗΜΙΝ ΑΓΕΙΝ: ΕΚ ΤΕ ΤΩΝ ΕΝΔΟΝ, ΕΚ ΤΕ ΤΩΝ ΕΞΩΘΕΝ, ΚΑΙ ΟΤΑΝ ΔΕΟΙ ΠΟΛΕΜΕΙΝ ΡΑΣΤΑ ΜΕΤΑ ΤΗΣ ΑΥΤΟΥ ΡΟΠΗΣ ΤΩΝ ΕΝΑΝΤΙΩΝ ΚΡΑΤΕΙΝ. ΕΠΕ-

ΤΑΙ ΔΕ ΗΜΙΝ ΚΑΙ ΕΚΤΗ ΤΙΣ ΜΟΙΡΑ ΤΟΥΤΟΥ ΔΗ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΣΥΣΤΗΜΑΤΟΣ, ΟΚΤΩ ΠΕΡΙΚΕΚΛΕΙΣΜΕΝΗ ΒΙΒΛΙΟΙΣ: ΑΡΧΕΤΑΙ ΔΕ ΚΑΛΩΣ ΕΚ ΤΩΝ ΟΝΟΜΑΖΟΜΕΝΩΝ ΔΙΑΚΑΤΟΧΩΝ: ΑΣ ΗΜΕΙΣ ΟΜΟΙΩΣ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΜΕΝΟΙ, ΤΑΣ ΤΕ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΕΥ ΓΕΓΟΝΟΤΑΣ, ΤΑΣ ΤΕ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣ ΦΕΡΟΜΕΝΑΣ, ΕΚ ΠΟΛΛΗΣ ΤΗΣ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΣΥΓΧΥΣΕΩΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΣΑΦΕΙΑΣ: ΕΙΣ ΚΑΘΑΡΑΝ ΗΓΑΓΟΜΕΝ ΣΥΝΤΟΜΙΑΝ: ΔΥΟ ΒΙΒΛΙΩΝ ΑΥΤΑΙΣ ΑΡΙΘΜΟΝ ΑΡΚΕΙΝ ΝΕΝΟΜΙΚΟΤΕΣ. ΠΡΟΣΑΝΑΠΛΕΞΑΜΕΝ ΔΕ ΑΥΤΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΕΞ ΑΔΙΑΘΕΤΟΥ ΚΑΛΟΥΜΕΝΑΣ ΑΠΑΣΑΣ ΔΙΑΔΟΧΑΣ, ΚΑΙ ΑΥΤΑΣ ΤΑΣ ΤΩΝ ΓΕΝΩΝ ΤΑΞΕΙΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΠΙ ΤΟΥΤΟΙΣ ΒΑΘΜΟΥΣ ΕΓΓΡΑΨΑΝΤΕΣ ΤΩ ΒΙΒΛΙΩ, ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΗΣ ΕΣΧΑΤΙΑΣ ΑΥΤΩΝ ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΕΡΤΟΥΛΛΙΑΝΙΟΥ ΤΕ ΚΑΙ Orfícianiu ΣΥΝΕΘΗΚΑΜΕΝ ΔΟΓΜΑΤΟΣ. ΕΞ ΩΝ ΜΗΤΕΡΕΣ ΤΕ ΚΑΙ ΠΑΙΔΕΣ ΑΛΛΗΛΩΝ ΔΙΑΔΟΧΟΙ ΓΙΝΟΝΤΑΙ. ΠΡΟΕΙΣΙ ΔΕ ΕΦΕΞΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΑΛΛΟ ΤΑ ΤΕ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΟΙΚΟΔΟΜΗΜΑΣΙΝ ΕΡΓΩΝ, ΚΑΙ ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΟΛΙΣΘΑΙΝΟΝΤΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΚΑΤΑΦΕΡΟΜΕΝΩΝ ΟΙΚΗΜΑΤΩΝ ΑΣΦΑΛΕΙΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΥΤΟΙΣ ΤΙ ΚΑΚΟΥΡΓΟΥΝΤΩΝ, ΚΑΙ ΕΚ ΤΗΣ ΤΩΝ ΥΔΑΤΩΝ ΦΟΡΑΣ ΑΔΙΚΟΥΝΤΩΝ ΤΟΥΣ ΠΕΛΑΣ, ΚΑΙ ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΘΡΟΙΖΟΝΤΩΝ ΤΑ ΔΗΜΟΣΙΑ ΤΕΛΗ, ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΓΕ ΔΩΡΕΩΝ, ΤΩΝ ΤΕ ΑΠΡΟΣΔΙΟΡΙΣΤΩΝ, ΤΩΝ ΤΕ ΕΙΣ ΕΝΝΟΙΑΝ ΤΕΛΕΥΤΗΣ ΑΝΑΦΕΡΟΜΕΝΩΝ ΝΟΜΟΤΕΘΟΥΝ, ΚΑΙ ΑΥΘΙΣ ΕΙ ΤΙ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΠΟΙΑΣΟΥΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ ΕΣΤΙΝ, Η ΚΑΙ ΤΩΝ ΥΠΕΡ ΤΑΥΤΗΣ ΑΓΩΝΩΝ, ΤΟΥΤΟ ΕΝΙ ΠΑΡΑΔΕΔΟΤΑΙ ΒΙΒΛΙΩ: ΕΤΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑ ΠΕΡΙ ΝΟΜΗΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΔΙ ΑΥΤΗΣ ΚΤΗΣΕΩΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΙΣΑΓΟΥΣΩΝ ΑΥΤΗΝ ΑΙΤΙΩΝ ΕΙΣ ΕΝ ΑΠΕΘΕΜΕΘΑ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ, ΚΑΙ ΕΙΤΙ ΓΕ ΟΛΩΣ ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΣΤΙΚΩΝ ΕΣΤΙΝ ΑΠΟΦΑΣΕΩΝΤΕ,

ΤΕ,

ΤΕ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΥΤΟΙΣ ΤΙΝΑ ΚΑΤΑ ΣΦΩΝ ΑΥΤΩΝ ΟΜΟΛΟΓΟΥΝΤΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ ΑΝΑΚΩΡΗΣΕΩΣ, ΚΑΙ ΔΑΝΕΙΣΤΙΚΗΣ ΤΕ ΚΑΤΟΧΗΣ, ΚΑΙ ΠΡΑΣΕΩΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΔΙΑΚΡΙΣΕΩΣ ΤΕ ΚΑΙ ΚΗΔΕΜΟΝΙΑΣ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΜΗ ΤΙ ΠΑΘΕΙΝ ΤΟΥΣ ΔΑΝΕΙΖΟΝΤΑΣ ΒΛΑΒΟΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΟΜΟΙΩΣ ΕΙΣ ΕΝ ΗΘΡΟΙΣΤΑΙ ΒΙΒΛΙΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΤΩΝ interdictωn ΤΕ ΤΡΟΠΟΝ ΟΥ ΠΛΕΙΟΣΙΝ ΕΝΟΣ ΠΑΡΑΔΕΔΩΚΑΜΕΝ ΒΙΒΛΙΟΥ: ΕΚΕΙΘΕΝΤΕ ΕΠΙ ΤΑΣ ΠΑΡΑΓΡΑΦΑΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΠ ΑΥΤΑΙΣ ΤΕΤΑΓΜΕΝΟΥΣ ΕΧΩΡΗΣΑΜΕΝ ΧΡΟΝΟΥΣ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΤΩΝ ΕΝΟΧΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΑΓΩΓΩΝ ΑΠΕΘΕΜΕΘΑ ΤΡΟΠΟΝ. ΚΑΙ ΣΥΝΗΓΑΓΟΜΕΝ ΤΟ ΠΑΝ ΔΗ ΤΟΥΤΟ ΜΕΡΟΣ, ΟΥΠΕΡ ΗΓΕΙΤΑΙ ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΑΚΑΤΟΧΩΝ ΩΣ ΕΙΡΗΤΑΙ, ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ ΕΙΣ ΟΚΤΩ ΒΙΒΛΙΩΝ ΑΡΙΘΜΟΝ. ΕΚΤΟΝ ΔΗ ΤΟΥΤΟ ΜΕΡΟΣ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ ΑΠΟΘΕΜΕΝΟΙ. ΤΟ ΔΕ ΔΗ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΤΕΛΕΥΤΑΙΟΝ, ΟΠΕΡ ΕΒΔΟΜΟΝ ΑΠΑΣΗΣ ΕΣΤΙΝ ΤΗΣ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ ΕΞ ΒΙΒΛΙΩΝ ΑΡΙΘΜΩ ΠΕΡΙΕΣΤΑΛΤΑΙ: ΑΡΧΟΜΕΝΟΝ ΜΕΝ ΕΚ ΤΩΝ ΕΠΕΡΩΤΗΣΕΩΝ, ΔΙΑΒΑΙΝΟΝ ΔΕ ΔΙΑ ΤΕ ΤΩΝ ΥΠΕΡ ΕΓΓΥΗΣ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΧΡΕΩΝ ΚΑΤΑΒΟΛΗΣ, ΚΑΙ ΔΙΑΛΥΣΕΩΣ ΤΕ ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ ΑΥΤΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΙΣΗΓΜΕΝΩΝ ΕΚ ΤΗΣ ΤΩΝ ΠΡΑΙΤΟΡΩΝ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ ΕΠΕΡΩΤΗΣΕΩΝ. ΑΠΕΡ ΑΠΑΝΤΑ ΔΥΟ ΠΑΡ ΗΜΩΝ ΣΥΝΕΣΤΑΛΤΑΙ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΤΕ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΟΥΔΕ ΕΙΠΕΙΝ ΕΣΤΙΝ ΟΣΑ ΚΑΘΕΣΤΩΤΑ, ΠΡΟΙΟΝ ΔΕ ΕΙΣ ΤΟΝ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΕΓΚΛΗΜΑΤΩΝ ΛΟΓΟΝ, ΚΑΙ ΑΠΑΝΤΑ ΚΑΤΑΛΕΓΟΝ ΟΠΟΣΑ ΤΩΝ ΤΕ ΜΕΤΡΙΩΤΕΡΩΝ ΕΣΤΙΝ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΩΝ, ΑΠΕΡ ΙΔΙΩΤΙΚΑ ΚΑΛΟΥΣΙΝ, ΟΣΑ ΤΕ ΟΥΚ ΕΤΙ ΤΕΤΑΓΜΕΝΑ ΠΡΟΣΟΝΟΜΑΖΟΥΣΙΝ, ΑΛΛΑ ΤΗΝ ΤΩΝ Extraordinariωn ΑΥΤΟΙΣ ΕΠΙΤΙΘΕΑΣΙΝ ΕΠΩΝΥΜΙΑΝ. ΑΝΑΒΑΙΝΟΝ ΔΕ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΑ ΔΗΜΟΣΙΑ ΤΩΝ ΕΓΚΛΗΜΑΤΩΝ,

ΑΠΕΡ ΣΦΟΔΡΟΤΑΤΑ ΤΕ ΕΣΤΙΝ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΗΝ ΕΦ ΕΑΥΤΟΙΣ ΚΑΛΕΙ ΤΗΝ ΠΟΙΝΗΝ. ΔΥΟ ΔΕ ΚΑΝΤΑΥΘΑ ΒΙΒΛΟΙ. ΤΑΥΤΑ ΔΗ ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΕΓΚΛΗΜΑΤΩΝ ΣΥΝΕΧΟΥΣΙΝ. ΠΡΟΣΑΝΑΜΕΜΙΚΤΑΙ ΓΑΡ ΑΥΤΟΙΣ, ΚΑΙ ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠ ΕΓΚΛΗΜΑΣΙΝ ΜΕΝ ΑΛΙΣΚΟΜΕΝΩΝ, ΕΑΥΤΟΥΣ ΔΕ ΑΦΑΝΕΙΣ ΚΑΘΙΣΤΑΝΤΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΟΥΣΗΣ ΑΥΤΟΙΣ ΠΕΡΙΟΥΣΙΑΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΠΑΓΟΜΕΝΗΣ ΤΟΙΣ ΚΑΤΑΔΕΔΙΚΑΣΜΕΝΟΙΣ ΠΟΙΝΗΣ, Η ΣΥΓΧΩΡΗΣΕΩΣ. ΑΡΧΗ ΔΕ ΗΜΙΝ ΕΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΑΛΙΝ, Ο ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΦΕΣΕΩΝ ΓΙΝΕΤΑΙ ΛΟΓΟΣ, ΚΟΙΝΟΣ ΩΝ ΕΙΚΟΤΩΣ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΨΗΦΩΝ, ΤΩΝ ΤΕ ΕΙΣ ΧΡΗΜΑΤΑ: ΤΩΝ ΤΕ ΕΙΣ ΕΓΚΛΗΜΑΤΑ. ΦΕΡΟΜΕΝΩΝ: ΟΠΟΣΑ ΔΕ ΥΠΕΡ ΤΕ ΠΟΛΙΤΩΝ, ΥΠΕΡ ΤΕ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ, ΚΑΙ ΛΕΙΤΟΥΡΓΗΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΔΗΜΟΣΙΩΝ ΕΡΓΩΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΗΓΥΡΕΩΝ, ΚΑΙ ΠΟΡΩΝ ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΣ, ΚΑΙ ΠΟΙΚΙΛΩΝ ΕΡΩΤΗΣΕΩΝ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΔΗΜΟΣΙΑΣ ΑΠΟΓΡΑΦΗΣ ΝΕΝΟΜΟΘΕΤΗΤΑΙ ΤΟΙΣ ΠΑΛΑΙ: ΟΣΑ ΤΕ ΩΣ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ ΡΗΜΑΤΩΝ ΕΣΤΙΝ ΟΝΟΜΑΣΙΑΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΚΑΝΟΣΙΝ ΕΙΡΗΜΕΝΩΝ ΤΟΙΣ ΠΑΛΑΙ, ΤΑΥΤΑ ΑΠΑΝΤΑ ΤΟ ΤΕΛΕΥΤΑΙΟΝ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΒΙΒΛΙΟΝ. ΤΟΥΤΟΥ ΔΗ ΤΟΥ ΣΥΣΤΗΜΑΤΟΣ, ΩΠΕΡ ΑΡΧΗ ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΕΡΩΤΗΣΕΩΝ, ΕΣΤΙΝ ΕΚΤΟΝ ΜΕΝ, ΟΣΟΝ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΟΙΚΕΙΑΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΘΕΣΤΟΣ: ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΝ ΔΕ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΟΛΗΝ ΤΗΣ ΣΥΝΤΑΞΕΟΣ ΑΡΜΟΝΙΑΝ, ΑΠΕΡ ΑΠΑΝΤΑ ΣΥΝΤΕΘΕΙΤΑΙ ΤΕ ΚΑΙ ΕΚΠΕΠΟΝΗΤΑΙ ΚΑΛΩΣ ΤΕ ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΑΡ ΗΜΩΝ ΚΕΛΕΥΣΕΩΣ ΑΞΙΩΣ: ΠΑΡΑ ΤΕ ΤΡΙΒΩΝΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΟΥ, ΚΑΙ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ, ΚΑΙ ΑΠΟ ΚΥΑΙΣΤΩΡΩΝ ΤΩΝ ΗΜΕΤΕΡΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ, ΚΑΙ ΥΠΑΤΩΝ, ΑΝΔΡΟΣ ΕΝ ΤΕ ΤΩ ΠΡΑΤΤΕΙΝ ΕΝ ΤΕ ΤΩ ΡΗΤΟΡΕΥΕΙΝ, ΕΝ ΤΕ ΤΩ

ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΓΡΑΦΕΙΝ ΕΥΔΟΚΥ-
ΜΟΥΝΤΟΣ: ΤΩΝ ΔΕ ΗΜΕΤΕΡΩΝ ΕΜΠΡΟΣ-
ΘΕΝ ΟΥΔΕΝ ΤΙΘΕΜΕΝΟΥ ΠΡΟΣΤΑ-
ΞΕΩΝ. ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΑΙ ΥΠ'ΑΥΤΟ ΤΟ ΠΡΑΓ-
ΜΑ ΗΜΙΝ ΕΚΠΟΝΗΣΑΜΕΝΩΝ, ΤΟΥΤΕ-
ΣΤΙΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΕ ΤΟΥ ΜΕ-
ΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΤΑΤΟΥ ΚΟΜΙΤΟΣ ΤΩΝ
ΘΕΙΩΝ ΛΑΡΓΙΤΙΟΝΩΝ, ΚΑΙ ΑΝΤΙΓΡΑ-
ΦΕΩΣ ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΣΚΡΙΝΙΟΥ, ΤΩΝ ΤΕ
ΘΕΙΩΝ ΛΙΒΕΛΛΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΙ-
ΚΩΝ ΔΙΑΓΝΩΣΕΩΝ, ΧΡΗΣΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ
ΔΟΞΑΝ ΗΜΙΝ ΕΝ ΑΠΑΣΙΝ ΠΑΡΑ-
ΣΧΟΜΕΝΟΥ, ΚΑΙ ΠΡΟΣΓΕ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΤΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΤΑΤΟΥ ΜΑΓΙΣΓΡΟΥ, ΚΑΙ
ΝΟΜΟΥΣ ΕΠΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ ΤΑΥ-
ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΣΕΜΝΩΣΤΕ ΚΑΙ ΑΓΡΥ-
ΠΝΩΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΚΗΣ ΕΠΙ-
ΤΗΔΕΥΣΕΩΣ ΑΞΙΩΣ ΔΙΔΑΣΚΟΝΤΟΣ, ΚΑΙ
ΔΩΡΟΘΕΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΤΑ-
ΤΟΥ ΚΥΑΙΣΤΩΡΙΟΥ, ΚΑΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥ
ΕΝ ΤΗ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΑΝΑΔΕΔΕΙΓΜΕΝΩ
ΠΟΛΕΙ, ΦΑΜΕΝ ΔΕ ΤΗΝ ΑΙΔΙΜΟΝ
ΤΕ, ΚΑΙ ΠΕΡΙΦΑΝΗ ΤΩΝ ΒΗΡΥΤΙΩΝ
ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΝ: ΟΝ Η ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ ΧΡΗΣΤΗ
ΔΟΞΑ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΗΜΑΣ ΗΓΑΓΕΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ
ΠΑΡΟΝΤΩΝ ΜΕΤΑΣΧΕΙΝ ΠΡΟΥΤΡΕΨΑΤΟ
ΠΟΝΩΝ. ΚΑΙ ΑΝΑΤΟΛΙΟΥ ΤΕ ΤΟΥ ΜΕ-
ΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΤΑΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ: ΟΣ ΔΗ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ ΠΑΡΑ ΒΗΡΥΤΙΟΙΣ ΤΑ ΕΚ-
ΝΟΜΩΝ ΠΑΙΔΕΥΕΙ ΚΑΛΩΣ: ΑΝΗΡ ΕΚ ΤΡΙ-
ΓΟΝΙΑΣ ΣΕΜΝΗΣ ΤΟΥΣ ΠΑΡΑ ΦΟΙΝΙ-
ΞΙΝ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥΣ
ΚΑΤΑΒΑΙΝΩΝ: ΑΝΑΦΕΡΕΙ ΓΟΥΝ ΕΙΣ ΛΕΟΝ-
ΤΙΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΕΥΔΟΞΙΟΝ, ΑΝΔΡΑΣ ΕΠΙ
ΝΟΜΟΙΣ ΜΕΤΑ ΠΑΤΡΙΚΙΟΝ ΤΟΝ ΤΗΣ
ΕΥΚΛΕΟΥΣ ΜΝΗΜΗΣ ΚΥΑΙΣΤΩΡΙΟΝ, ΚΑΙ
ΑΝΤΙΚΗΝΣΟΡΑ, ΚΑΙ ΛΕΟΝΤΙΟΝ ΤΟΝ
ΠΑΝΕΥΦΗΜΟΝ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧΩΝ ΥΠΑ-
ΤΩΝ, ΚΑΙ ΠΑΤΡΙΚΙΟΝ ΤΟΝ ΑΥΤΟΥ
ΠΑΙΔΑΣ * ΩΣΤΕ ΘΑΥΜΑΣΜΕΝ) ΤΗΝ ΤΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΣΟΦΩΤΑ-
ΤΟΥ ΚΟΜΙΤΟΣ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΛΑΡΓΙΤΙΟ-
ΝΩΝ, ΝΟΜΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ ΑΓΑ-
ΘΟΣ ΕΞΗΓΗΤΗΣ ΕΠΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ
ΤΑΥΤΗΣ ΕΣΤΙΝ ΠΟΛΕΩΣ, ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΥ-

ΤΟΙΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥ, ΜΗΝΑ, ΠΡΟΣΔΟΚΙΟΥ, ΕΥΤΟΛΜΙΟΥ, ΤΙΜΟΘΕΟΥ, ΛΕΩΝΙΔΟΥ, ΛΕΟΝΤΙΟΥ, ΠΛΑΤΩΝΟΣ, ΙΑΚΩΒΟΥ, ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ, ΙΩΑΝΝΟΥ, ΤΩΝ ΣΟΦΩΤΑΤΩΝ: ΟΙΠΕΡ ΠΑΝΤΕΣ ΡΗΤΟΡΕΣ ΜΕΝ ΕΙΣΙΝ ΤΩΝ ΕΝΔΟΞΩΤΑΤΩΝ ΥΠΑΡΧΩΝ, ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΗΜΩΝ ΠΡΑΙΤΩΡΙΩΝ, ΔΟΞΑΝ ΔΕ ΠΑΡΑ ΠΑΣΙΝ ΤΗΝ ΕΠΙ ΣΟΦΙΑ ΔΙΚΑΙΩΣ ΕΧΟΝΤΕΣ. ΕΙΚΟΤΩΣ ΠΑΡ ΗΜΩΝ ΕΚΡΙΘΗΣΑΝ ΑΞΙΟΙ ΚΑΘΕΣΤΑΝΑΙ, ΤΟΥ ΤΟΣΟΥΤΟΥ ΜΕΤΑΣΧΕΙΝ ΑΓΩΝΟΣ. ΤΑΥΤΑ ΜΕΝ ΟΥΝ ΗΜΙΝ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΤΩΝ Digeſton ΕΚΠΕΠΟΝΗΤΑΙ ΣΥΓΓΡΑΦΗΝ ΔΙΑ ΤΩΝ ΑΡΤΙΩΣ ΗΜΙΝ ΕΙΡΗΜΕΝΩΝ, ΕΝΔΟΞΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΣΟΦΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. ΤΟΣΑΥΤΗ ΔΕ ΗΜΙΝ ΑΙΔΩΣ ΤΗΣ ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΓΕΓΟΝΕΝ, ΩΣΤΕ ΟΥΔΕ ΑΜΕΙΨΑΙ ΤΑΣ ΠΡΟΣΗΓΟΡΙΑΣ ΤΩΝ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ ΥΠΕΜΕΙΝΑΜΕΝ, ΑΛΛΑ ΤΗΝ ΕΚΑΣΤΟΥ ΤΟΥΤΩΝ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ΕΠΕΓΡΑΨΑΜΕΝ ΠΡΟΣΗΓΟΡΙΑΝ: ΑΜΕΙΨΑΝΤΕΣ ΜΕΝ ΕΙ ΤΙ ΠΕΡ ΕΧΕΙΝ ΗΜΙΝ ΟΥΚ ΟΡΘΩΣ ΕΔΟΚΕΙ: ΜΕΡΗ ΔΕ ΤΑ ΜΕΝ ΑΦΕΛΟΝΤΕΣ, ΤΑ ΔΕ ΠΡΟΣΘΕΝΤΕΣ, ΕΚ ΠΟΛΛΩΝΤΕ, ΤΟ ΚΑΛΛΙΟΝ ΕΛΟΜΕΝΟΙ ΚΑΙ ΤΗΝ ΙΣΗΝ ΑΠΑΣΙΝ ΠΑΡΑΣΧΟΝΤΕΣ ΤΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΙΣΧΥΝ, ΩΣΤΕ ΠΑΝ ΟΠΕΡ ΕΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΤΩ ΒΙΒΛΙΩ, ΤΟΥΤΟ ΗΜΕΤΕΡΑ ΓΕΝΕΣΤΑΙ ΓΝΩΜΗ, ΜΗΔΕΝΑ ΤΕ ΘΑΡΡΕΙΝ ΠΑΡΑΤΙΘΕΝΑΙ ΤΑ ΓΕΝΟΜΕΝΑ ΝΥΝ ΤΟΙΣ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ, ΕΠΕΙΔΗ ΠΟΛΛΑ ΚΑΙ ΟΥΔΕ ΑΡΙΘΜΗΘΗΝΑΙ ΡΑΔΙΑ ΜΕΤΑΤΕΘΕΙΚΑΜΕΝ ΕΙΣ ΤΟ ΚΡΕΙΤΤΟΝ, ΚΑΝ ΕΙ ΤΙ ΒΑΣΙΛΙΚΗ ΤΙΝΙ ΤΩΝ ΠΑΛΑΙΟΤΕΡΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΙ, ΠΡΟΣ ΑΛΛΟΙΟΝ ΕΙΡΗΤΟ ΣΧΗΜΑ: ΤΑ ΜΕΝ ΓΑΡ ΟΝΟΜΑΤΑ ΤΟΙΣ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΕΦΥΛΑΞΑΜΕΝ: ΤΗΝ ΔΕ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΗΜΕΤΕΡΑΝ ΕΠΟΙΗΣΑΜΕΘΑ, ΩΣΠΕΡ ΚΑΙ ΕΙΤΙ ΣΤΑΣΙΑΖΟΜΕΝΟΝ ΕΚΕΙΝΟΙΣ ΗΝ: ΠΟΛΛΑ ΔΕ ΤΑ ΤΟΙΑΥΤΑ ΑΠΕΚΕΙΤΟ, ΤΟΥΤΟ ΔΙΗΡΗΤΑΙ ΤΕ, ΚΑΙ ΠΕΠΕΡΑΣΤΑΙ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΣΑΦΗ ΠΕΡΙΕΣΤΗΚΕ ΤΕΛΟΣ ΕΧΟΝΤΑ ΝΟΜΟΝ. ΕΠΕΙΔΗ ΔΕ ΕΧΡΗΝ ΚΑΙ ΤΙΝΑ ΜΕΤΡΙΑΝ ΕΙΣΑΓΩΓΗΝ ΠΟΙΗ-

ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΡΤΙ ΝΟΜΩΝ ΑΠΤΟΜΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΜΕΙΖΩ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΝ ΟΥΧΩΡΟΥΝΤΑΣ, ΟΥΔΕ ΤΟΥΤΟ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΕΞΩ ΚΑΤΕΛΙΠΟΜΕΝ ΠΡΟΝΟΙΑΣ. ΑΛΛΑ ΤΡΙΒΩΝΙΑΝΩ ΤΩ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΩ, ΤΩ ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ ΥΠΟΥΡΓΙΑΝ ΕΠΙΤΕΤΡΑΜΜΕΝΩ, ΚΑΙ ΘΕΟΦΙΛΩ ΓΕΜΗΝ, ΚΑΙ ΔΩΡΟΘΕΩ ΤΟΙΣ ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΤΑΤΟΙΣ, ΚΑΙ ΣΟΦΩΤΑΤΟΙΣ, ΑΝΤΙΚΗΝΣΟΡΣΙΝ ΕΓΚΕΛΕΥΣΑΜΕΝΟΙ ΔΙΕΤΑΞΑΜΕΘΑ ΠΡΟΣΗΚΕΙΝ ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΙΣ ΑΡΧΑΙΟΙΣ ΕΝ ΕΙΣΑΓΩΓΑΙΣ ΣΥΓΚΕΙΜΕΝΩΝ ΤΑ ΚΑΙΡΙΩΤΑΤΑ ΤΕ ΚΑΙ ΚΡΑΤΟΥΝΤΑ ΚΑΙ ΟΠΟΣΑ ΤΟΙΣ ΝΥΝ ΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΟΙΣ ΣΥΜΦΕΡΕΤΑΙ ΠΡΑΓΜΑΣΙΝ, ΤΑΥΤΑ ΕΞΕΛΕΙΝ, ΚΑΙ ΑΘΡΟΙΣΑΙ ΚΑΙ ΕΙΣ ΗΜΑΣ ΑΓΑΓΕΙΝ: ΜΕΜΝΗΣΘΑΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΩΝ ΗΜΕΤΕΡΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ, ΑΣ ΕΙΣ ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΝ ΤΩΝ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΠΕΠΟΙΗΜΕΘΑ, ΚΑΙ ΟΥΤΩ ΣΥΝΘΕΙΝΑΙ ΒΙΒΛΟΥΣ ΤΕΣΣΑΡΑΣ, ΠΡΩΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΑ ΤΗΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ ΕΣΟΜΕΝΑΣ, ΑΣ ΔΗ ΚΑΛΕΙΝ Instituta ΝΕΝΟΜΙΣΤΑΙ. ΚΑΙ ΔΗ ΚΑΙ ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΝ ΣΥΝΘΕΝΤΕΣ ΠΡΟΣΗΓΑΓΟΝ ΗΜΙΝ, ΚΑΙ ΗΜΕΙΣ ΑΠΑΣΑΝ ΚΑΤΑΣΚΕΨΑΜΕΝΟΙ, ΚΑΙ ΔΙΑΚΡΙΝΑΝΤΕΣ ΚΑΛΩΣ ΤΕ ΕΧΕΙΝ, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΗΜΕΤΕΡΟΝ ΕΚΡΙΝΑΜΕΝ ΝΟΥΝ, ΚΑΙ ΗΜΕΤΕΡΟΝ ΕΙΝΑΙ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΑΠΕΦΗΝΑΜΕΘΑ, ΚΑΙ ΤΟΓΕ ΤΗΝ ΤΩΝ ΗΜΕΤΕΡΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ ΙΣΧΥΝ ΕΧΕΙΝ ΑΥΤΟ ΠΑΡ ΑΥΤΩΝ ΩΝ ΕΝ ΠΡΟΟΙΜΙΟΙΣ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΔΙΕΛΕΧΘΗΜΕΝ ΑΠΑΣΙΝ ΕΔΗΛΩΣΑΜΕΝ. ΟΥΤΩ ΤΟΙΝΥΝ ΤΗΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΝ ΤΑΞΑΝΤΕΣ, ΚΑΙ ΕΝ ΤΡΙΣΙΝ ΤΟΙΣ ΟΛΟΙΣ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΕΝΙΑΥΤΟΙΣ ΠΡΑΓΜΑ ΤΟΣΟΥΤΟΝ ΕΚΠΕΠΟΝΗΚΟΤΕΣ, ΟΠΕΡ ΗΝ ΜΕΝ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΥΠΕΡ ΑΠΑΣΑΝ ΕΛΠΙΔΑ, ΤΑ ΔΕ ΔΗ ΤΕΛΕΥΤΑΙΑ ΜΕΘΟΠΕΡ ΗΜΕΙΣ ΒΑΤΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟ ΠΡΑΓΜΑ ΕΔΕΙΞΑΜΕΝ, ΟΥΔΕ ΕΙΣ ΔΕΚΑΤΟΝ ΕΤΟΣ ΟΛΟΝ ΣΥΝΤΕΘΗΝΑΙ ΠΡΟΣΔΟΚΗΘΕΝ ΕΙΣ ΜΟΝΩΝ ΤΡΙΩΝ ΕΝΙΑΥΤΩΝ

ΑΠΟΤΕΛΕΣΑΝΤΕΣ ΤΑΧΟΣ, ΚΑΙ ΤΩ ΔΕΣΠΟΤΗ ΘΕΩ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΝ ΑΝΑΘΕΝΤΕΣ ΤΟΝ ΑΘΛΟΝ ΤΩ ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗΝ ΑΓΕΙΝ, ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΟΥΣ ΚΑΤΟΡΘΟΥΝ, ΚΑΙ ΝΟΜΟΘΕΤΗΣΑΙ ΠΑΝΤΙ ΤΩΤΕ ΠΡΟ ΗΜΩΝ: ΤΩΤΕ ΕΦ ΗΜΩΝ, ΤΩ ΤΕ ΜΕΘ ΗΜΑΣ ΧΡΟΝΩ ΔΩΡΗΣΑΜΕΝΩ ΔΙΚΑΙΟΝ ΩΗΘΗΜΕΝ ΑΠΑΣΙΝ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΠΟΙΗΣΑΙ ΦΑΝΕΡΑΝ ΤΗΝ ΗΜΕΤΕΡΑΝ ΥΠΕΡ ΑΥΤΩΝ ΣΠΟΥΔΗΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΡΟΝΟΙΑΝ, ΟΠΩΣ ΑΝ ΤΗΣ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΑΠΑΛΛΑΓΕΝΤΕΣ ΤΑΡΑΧΗΣ ΤΕ ΚΑΙ ΣΥΓΧΥΣΕΩΣ, ΚΑΙ ΠΕΡΑΣ ΕΧΟΥΣΗΣ ΟΥΔΕΝ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ ΧΡΗΣΩΝΤΑΙ ΝΟΜΟΙΣ ΟΡΘΟΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΣΥΝΤΟΜΟΙΣ, ΚΑΙ ΠΑΣΙΝ ΠΡΟΧΕΙΡΟΙΣ, ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΩΝ ΔΙΚΩΝ ΣΥΝΤΟΜΙΑΝ ΑΣΠΑΖΟΜΕΝΟΙΣ, ΚΑΙ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΙΣ ΓΕ ΑΠΑΣΙΝ ΤΟΙΣ ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙΣ ΡΑΔΙΩΣ ΕΙΣ ΚΤΗΣΙΝ ΟΥΚ ΕΤΙ ΠΟΛΛΩΝ ΔΕΟΜΕΝΟΙΣ ΧΡΗΜΑΤΩΝ, ΙΝΑ ΤΟ ΤΩΝ ΑΧΡΗΣΤΩΝ ΕΚΕΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΑΘΡΟΙΣΑΙ ΕΝ ΠΛΗΘΟΣ, ΑΛΛ ΕΠ ΟΛΙΓΩ ΤΙΜΗΜΑΤΙ ΤΟΙΣ ΤΕ ΠΛΟΥΤΟΥΣΙΝ ΟΜΟΙΩΣ: ΤΟΙΣ ΤΕ ΕΞ ΕΛΑΤΤΟΝΟΣ ΟΡΜΩΜΕΝΟΙΣ ΟΥΣΙΑΣ ΑΔΕΙΑΝ ΤΗΣ ΕΑΥΤΩΝ ΠΑΡΕΧΟΜΕΝΟΙΣ ΚΤΗΣΕΩΣ. ΕΙ ΔΕ ΤΙ, ΠΛΗΘΟΥΣ ΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΚΑΙ ΝΥΝ ΗΘΡΟΙΣΜΕΝΟΥ ΚΑΙ ΕΚ ΤΟΣΟΥΤΩΝ ΜΥΡΙΑΔΩΝ ΣΥΛΛΕΓΕΝΤΟΣ, ΔΟΞΕΙΕΝ ΕΧΕΙΝ ΟΜΟΙΩΣ, ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΟΙΟΜΕΘΑ ΣΠΑΝΙΟΝ ΕΣΕΣΘΑΙ, ΠΛΗΝ ΑΛΛΑ ΤΟΙΣ ΤΗΣ ΑΝΘΡΩΠΙΝΗΣ ΕΣΤΟΧΑΣΜΕΝΟΙΣ ΦΥΣΕΩΣ ΟΥΚ ΕΞΩ ΔΙΚΑΙΑΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑΣ ΟΥΔΕ ΤΟΥΤΟ ΔΟΞΕΙΕΝ ΕΙΝΑΙ: ΤΟ ΓΑΡ ΔΙΑ ΠΑΝΤΩΝ ΑΝΕΥΘΥΝΟΝ ΘΕΙΑΣ ΑΝ ΕΙΗ ΜΟΝΗΣ, ΑΛΛ ΟΥΚ ΑΝΘΡΩΠΙΝΗΣ ΙΣΧΥΟΣ. ΚΑΘΑ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΠΡΟ ΗΜΩΝ ΕΙΡΗΤΑΙ. ΠΛΗΝ ΕΣΤΙΝ ΟΠΗ ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΩΝ ΟΜΟΙΩΝ ΠΑΡΕΔΕΞΑΜΕΘΑ ΘΕΣΙΝ Η ΤΩΝ ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΤΟΥΤΟ ΑΠΑΙΤΟΥΝΤΩΝ, ΤΟ ΔΕΙΝ ΤΑΥΤΟ ΠΛΕΙΟΣΙΝ ΕΦΑΡΜΟΣΘΗΝΑΙ ΤΟΠΟΙΣ, Η ΤΟΥ ΣΥΝΑΝΑΜΕΜΙΧΘΑΙ ΤΙΝΙ ΞΕΝΩ ΤΟ ΔΟΚΟΥΝ ΟΜΟΙΟΝ ΤΩ ΠΡΟΣΘΕΝ ΚΑΙ ΔΥΣΚΡΙΤΟΝ ΑΥΤΩΝ ΤΗΝ ΔΙΑΙΡΕΣΙΝ

ΡΕΣΙΝ ΕΙΝΑΙ. Η ΚΑΙ ΤΩ ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΦΥΛΑΧΘΗΝΑΙ ΤΟ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΘΕΩΡΙΑΣ ΣΥΝΕΧΕΣ, ΚΑΙ ΜΗ ΔΙΑΣΠΑΣΘΗΝΑΙ ΤΟΝ ΝΟΥΝ ΤΗ ΤΩΝ ΗΔΗ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝ ΑΦΑΙΡΕΣΕΙ ΡΗΜΑΤΩΝ. ΚΑΗΝ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΕΙΠΟΥ, ΚΑΙ ΠΑΡΕΙΛΗΠΤΑΙ ΔΙΑ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ ΑΝΑΓΚΗΝ, ΑΛΛΑ ΕΣΤΙΝ ΒΡΑΧΥ ΚΑΙ ΟΥΔΕΜΙΑΝ ΕΑΥΤΟΥ ΣΧΕΔΟΝ ΠΑΡΕΧΟΜΕΝΩΝ ΑΙΣΘΗΣΙΝ: ΤΑΥΤΟ ΔΕ ΤΟΥΤΟ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΗΔΗ ΝΕΝΟΜΟΘΕΤΗΜΕΝΩΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΒΑΣΙΛΙΚΑΙΣ ΔΙΑΤΑΞΕΣΙΝ ΕΦΥΛΑΞΑΜΕΝ: ΤΑ ΓΑΡ ΕΚΕΙΝΑΙΣ ΕΙΡΗΜΕΝΑ, ΚΑΤΑ ΤΟΥΤΟ ΤΕΘΗΝΑΙ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΥ ΣΥΝΕΧΩΡΗΣΑΜΕΝ, ΠΛΗΝ ΟΣΟΝ ΕΚ ΤΟΥ ΣΕΙ ΤΗΣ ΟΜΟΙΟΤΗΤΟΣ ΑΙΤΙΟΝ. ΕΝΑΝΤΙΩΣ ΔΕ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΕΧΟΝΤΑ ΤΙΝΑ ΝΟΜΟΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΟΥΤΟΥ ΚΕΙΜΕΝΩΝ, ΟΥΚ ΑΝ ΤΙΣ ΕΥΡΟΙ ΡΑΔΙΩΣ ΕΙΓΕ ΔΙΑ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΤΗΣ ΕΝΑΝΤΙΟΤΗΤΟΣ ΟΡΩΝ ΔΙΕΞΕΛΘΕΙΝ ΣΠΕΥΣΕΙΕΝ. ΑΛΛΑ ΕΣΤΙΝ ΤΙ ΤΟ ΔΙΑΦΟΡΟΝ Ο ΠΡΟΣΛΗΦΘΕΝ ΑΛΛΟΙΟΤΕΡΑΝ ΙΣΩΣ ΠΑΡΑ ΘΑΤΕΡΟΝ ΠΟΙΕΙ ΤΗΝ ΤΟΥ ΝΟΜΟΥ ΘΕΣΙΝ, ΕΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΙ ΤΥΧΟΝ ΠΑΡΕΙΤΑΙ ΤΩΝ ΤΕΘΕΙΝΑΙ ΔΕΟΝΤΩΝ: ΕΙΚΟΣ ΓΑΡ ΚΑΙ ΤΙ ΤΟΙΟΥΤΟ ΣΥΜΒΗΝΑΙ, ΔΙΑ ΤΗΝ ΤΗΣ ΑΝΘΡΩΠΙΝΗΣ ΑΣΘΕΝΕΙΑΝ ΦΥΣΕΩΣ, ΑΛΛΑ ΤΩ ΠΑΝΤΙ ΚΑΛΛΙΟΝ ΑΝ ΕΙΗ, ΤΟΙΣ ΗΜΩΝ ΥΠΗΚΟΟΙΣ ΠΟΛΛΩΝ ΑΠΗΛΛΑΧΘΑΙ ΚΑΚΩΝ ΤΟΥ ΚΑΤΑΛΙΠΕΙΝ ΙΣΩΣ ΟΛΙΓΑ ΤΙΝΑ ΤΩΝ ΔΟΚΟΥΝΤΩΝ ΕΠΙΤΗΔΕΙΩΝ ΜΥΡΙΑΣΙΝ ΣΧΕΔΟΝ ΑΝΑΡΙΘΜΗΤΟΙΣ ΕΓΚΑΤΟΡΩΡΥΓΜΕΝΑ ΤΩ ΚΑΙ ΑΠΟΚΕΙΜΕΝΑ ΚΑΙ ΟΥΔΕΝΙ ΣΧΕΔΟΝ ΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΓΝΩΡΙΜΑ. ΤΟΥΤΟΥ ΤΕ ΕΝΕΚΕΝ ΔΙΑΛΑΘΟΝΤΑ ΡΑΔΙΩΣ ΤΟΣΟΥΤΩΝ ΔΕ ΟΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ, ΕΞ ΕΛΑΧΙΣΤΩΝ ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΒΙΒΛΙΩΝ ΕΚΡΙΝΕΤΟ, ΤΑ ΤΩΝ ΕΝ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΙΣ ΑΓΩΝΩΝ ΤΩΝ ΜΕΝ ΕΠΕΙΔΗ ΒΙΒΛΙΩΝ ΗΠΟΡΟΥΝ; ΤΩΝ ΔΕ ΕΠΕΙΠΕΡ ΟΥΚ ΗΡΚΟΥΝ ΠΟΝΟΙΣ ΠΛΕΙΟΣΙΝ ΕΥΡΕΙΝ ΤΑ ΠΟΛΛΑ ΤΩΝ ΧΡΗΣΙΜΩΝ

ΟΥΚ ΙΣΧΥΟΝΤΩΝ: ΝΥΝ ΔΕ ΚΑΤΑ ΤΗΝ
ΣΥΝΤΑΞΙΝ ΗΘΡΟΙΣΤΑΙ ΤΑΥΤΗΝ ΠΟΛΥΣ
ΝΟΜΩΝ ΚΡΑΤΟΥΝΤΩΝ ΑΡΙΘΜΟΣ, ΕΚ
ΒΙΒΛΙΩΝ ΣΠΑΝΙΩΝ ΚΑΙ ΜΟΛΙΣ ΕΞ
ΕΥΡΗΜΕΝΩΝ ΚΑΙ ΩΝ ΟΥΔΕ ΤΑΣ ΠΡΟΣ-
ΗΓΟΡΙΑΣ ΟΙ ΠΟΛΛΟΙ, ΚΑΙ ΤΩΝ
ΣΦΟΔΡΑ ΕΥΔΟΚΙΜΟΥΝΤΩΝ ΕΠΙ ΝΟ-
ΜΟΙΣ ΕΓΙΝΩΣΚΟΝ: ΩΝ ΔΗ ΤΗΝ ΥΛΗΝ
ΗΜΙΝ ΑΦΘΟΝΩΤΑΤΗΝ Ο ΡΗΘΕΙΣ ΕΝΔΟ-
ΞΟΤΑΤΟΣ ΤΡΙΒΩΝΙΑΝΟΣ ΠΑΡΕΣΧΕ-
ΤΟ. ΠΟΛΛΩΝ ΤΕ ΒΙΒΛΙΩΝ ΚΑΙ ΟΥΔΕ
ΑΡΙΘΜΗΘΕΙΝΑΙ ΡΑΔΙΩΝ ΠΑΡΑΣΧΟΜΕ-
ΝΟΣ ΠΛΗΘΟΣ. ΩΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΔΙΑΡ-
ΚΩΣ ΑΝΑΓΝΩΣΘΕΝΤΩΝ ΗΘΡΟΣΘΗ
ΤΑ ΠΑΡΟΝΤΑ ΒΙΒΛΙΑ: ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΓΕ
ΟΙ ΠΑΡ ΗΜΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΤΟ ΣΥΝΑ-
ΘΡΟΙΣΘΕΝΤΕΣ: ΠΟΛΛΟΙΣ ΔΗ ΚΑΙ
ΕΤΕΡΟΙΣ ΕΝΕΤΥΧΟΝ ΒΙΒΛΙΟΙΣ, ΕΝ
ΟΙΣ ΟΥΔΕΝ ΕΥΡΟΝΤΕΣ ΣΠΟΥΔΑΙΟΝ,
ΟΥΔΕ ΚΑΙΝΟΝ ΠΑΡΑ ΤΑ ΠΡΟΣΘΕΝ Η-
ΘΡΟΙΣΜΕΝΑ. ΤΗΝ ΕΞ ΑΥΤΩΝ ΕΙΚΟΤΩΣ
ΑΠΕΔΟΚΙΜΑΣΑΝ ΕΝ ΤΩΔΕ ΤΩ ΣΥΓ-
ΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΩΝ ΠΟΜΩΝ ΕΙΣ ΦΟΡΑΝ.
ΕΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΙ ΤΟ ΛΟΙΠΟΝ ΑΜΦΙΣΒΗ-
ΤΗΘΕΙΗ, ΚΑΙ ΜΗ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ
ΤΟΥΤΟΙΣ ΕΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ ΦΑ-
ΝΕΙΗ: ΠΟΛΛΑ ΓΑΡ ΔΗ ΠΕΦΥΚΕΝ
ΚΑΙΝΟΥΡΓΕΙΝ Η ΦΥΣΙΣ, ΑΛΛΑ ΒΑ-
ΣΙΛΕΙΑΝ Ο ΘΕΟΣ ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΚΑ-
ΘΗΚΕΝ ΕΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ, ΟΠΩΣ ΑΝ
ΤΟΙΣ ΔΕΟΜΕΝΟΙΣ ΑΕΙ ΤΙ ΔΙΑΤΑΤΤΟΥ-
ΣΑ, ΤΗΝ ΤΗΣ ΑΝΘΡΩΠΙΝΗΣ ΦΥ-
ΣΕΩΣ ΑΟΡΙΣΤΙΑΝ ΑΝΑΠΛΗΡΟΙ ΤΕ,
ΚΑΙ ΡΗΤΟΙΣ ΠΕΡΙΚΛΕΙΟΙ ΝΟΜΟΙΣ
ΤΕ, ΚΑΙ ΟΡΟΙΣ ΚΑΙ ΟΥΧ ΗΜΕΤΕΡΟΝ
ΓΕ ΤΟΥΤΟ ΛΕΓΟΜΕΝ ΜΟΝΟΝ, ΑΛΛΑ
ΗΔΗ ΚΑΙ Ο ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΝΟ-
ΜΟΘΕΤΑΙΣ ΕΥΔΟΚΙΜΗΚΟΤΩΝ ΣΟΦΩ
ΤΑΤΟΣ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ
ΦΑΙΝΕΤΑΙ ΛΕΓΩΝ, ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΚ ΤΗΣ
ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΕΠΙ ΤΑΙΣ ΑΝΑΦΥΟΜΕ-
ΝΑΙΣ ΖΗΤΗΣΕΣΙΝ ΕΠΙΚΑΛΟΥΜΕ-
ΝΟΣ ΑΝΑΠΛΗΡΩΣΙΝ, ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΓΕ
ΑΔΡΙΑΝΟΣ Ο ΤΗΣ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΛΗ-
ΞΕΩΣ: ΟΤΕ ΤΑ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΠΡΑΙΤΩ-
ΡΩΝ

ΡΩΝ ΚΑΤ ΕΤΟΣ ΕΚΑΣΤΟΝ ΝΟΜΟΘΕΤΟΥΜΕΝΑ ΕΝ ΒΡΑΧΕΙ ΤΙΝΙ ΣΥΝΗΓΕ ΒΙΒΛΙΩ ΤΟΝ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ ΙΟΥΛΙΑΝΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΤΟ ΠΑΡΑΛΑΒΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ, ΟΝ ΕΝ ΚΟΙΝΩ ΔΙΕΞΗΛΘΕΝ, ΕΠΙ ΤΗΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΑΣ ΡΩΜΗΣ ΑΥΤΟ ΔΗ ΤΟΥΤΟ ΦΗΣΙΝ, ΩΣ ΕΙ ΤΙ ΠΑΡΑ ΤΟ ΔΙΑΤΕΤΑΓΜΕΝΟΝ ΑΝΑΚΥΨΕΙΕΝ, ΠΡΟΣΗΚΟΝ ΕΣΤΙΝ ΤΟΥΣ ΕΝ ΑΡΧΑΙΣ ΤΟΥΤΟ ΠΕΙΡΑΣΘΑΙ ΔΙΑΙΡΕΙΝ ΚΑΙ ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΕΚ ΤΩΝ ΗΔΗ ΔΙΑΤΕΤΑΓΜΕΝΩΝ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΝ. ΤΑΥΤΑ ΤΟΙΝΥΝ ΑΠΑΝΤΕΣ: ΦΑΜΕΝ ΔΕ ΥΜΑΣ ΤΕ Ω ΜΕΓΑΛΗ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΛΟΙΠΟΣ ΑΠΑΣ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ ΑΝΘΡΩΠΟΣ, ΓΙΝΩΣΚΟΝΤΕΣ ΧΑΡΙΝ ΜΕΝ ΟΜΟΛΟΓΕΙΤΕ ΘΕΩ, ΤΩ ΤΟΙΣ ΥΜΕΤΕΡΟΙΣ ΧΡΟΝΟΙΣ ΑΓΑΘΟΝ ΤΟΣΟΥΤΟΝ ΦΥΛΑΞΑΝΤΙ: ΧΡΗΣΘΕ ΔΕ ΤΟΙΣ ΗΜΕΤΕΡΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ, ΤΩΝ ΤΟΙΣ ΠΑΛΑΙ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΕΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝ ΠΡΟΣΕΧΟΝΤΕΣ ΟΥΔΕΝΙ, ΟΥΔΕ ΑΝΤΕΞΕΤΑΖΟΝΤΕΣ ΑΥΤΑ ΠΡΟΣ ΤΑ ΝΥΝ ΚΕΙΜΕΝΑ, ΔΙΑ ΤΟ ΚΑΝ ΕΙ ΔΟΚΟΙΗ ΤΙΝΑ ΠΩΣ ΑΛΛΗΛΟΙΣ ΜΗ ΣΥΜΦΘΕΓΓΕΣΘΑΙ. ΑΛΛ' ΟΥΝ ΤΟ ΜΕΝ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΗΜΙΝ ΩΣ ΛΥΣΙΤΕΛΕΣ ΑΠΑΡΕΣΑΙΤΟ: ΝΥΝ ΔΕ ΤΟΥΤΟ ΔΟΞΑΙ ΚΡΑΤΕΙΝ, ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΠΑΓΟΡΕΥΟΜΕΝ ΕΚΕΙΝΟΙΣ ΤΟ ΛΟΙΠΟΝ ΧΡΗΣΘΑΙ: ΤΑΥΤΑ ΔΕ ΔΗ ΚΑΙ ΜΟΝΑ ΠΟΛΙΤΕΥΕΣΘΑΙ ΤΕ, ΚΑΙ ΚΡΑΤΕΙΝ ΣΥΓΧΩΡΟΥΜΕΝ ΤΕ, ΚΑΙ ΘΕΣΠΙΖΟΜΕΝ, ΩΣ Ο ΓΕ ΕΠΙΧΕΙΡΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΒΙΒΛΙΩΝ, ΑΛΛ' ΟΥΚ ΕΚ ΤΟΥΤΩΝ ΔΗ ΤΩΝ ΔΥΟ ΒΙΒΛΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ, ΤΩΝ ΠΑΡ' ΗΜΩΝ ΣΥΝΤΙΘΕΜΕΝΩΝ Η ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ ΧΡΗΣΘΑΙ ΤΙΣΙΝ ΝΟΜΟΙΣ, Η ΤΟΥΤΟΥΣ ΕΝ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΙΣ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ Η ΕΙΓΕ ΔΙΚΑΖΟΙ ΤΟΥΤΩΝ ΥΠ' ΑΥΤΩ ΔΕΙΚΝΥΜΕΝΩΝ ΑΝΕΧΕΣΘΑΙ ΠΑΡΑΠΟΙΗΣΕΩΣ ΕΝΟΧΟΣ ΕΣΤΑΙ ΚΑΙ ΔΗΜΟΣΙΩΝ ΑΔΙΚΗΜΑΤΩΝ ΚΡΙΘΕΙΣ ΤΑ ΤΗΣ ΠΟΙΝΗΣ, ΕΙ ΚΑΙ ΜΗ ΛΕΓΟΙΜΕΝ, ΑΛΛ' ΑΥΤΟΘΕΝ ΠΡΟΔΗΛΟΝ ΩΣ ΥΠΟΣΤΗΣΕΤΑΙ. ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΑΡΙΣΤΟΝ ΕΙΝΑΙ ΚΡΙΝΟΝΤΕΣ, ΤΟ ΠΡΟΘΕΙΝΑΙ ΤΟΥ ΤΩΝ Digeſton ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ

ΚΑΙ

ΚΑΙ ΤΑ ΤΟΥΤΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΚΑΙ ΟΘΕΝ Η ΣΥΛΛΟΓΗ ΤΩΝ ΝΥΝ ΗΜΙΝ ΑΘΡΟΙΣΘΕΝΤΩΝ ΕΓΕΝΕΤΟ ΝΟΜΩΝ, ΤΟΥΤΟ ΤΕ ΓΕΝΕΣΘΑΙ ΠΡΟΣΕΤΑΞΑΜΕΝ, ΚΑΙ ΔΗ ΚΑΙ ΓΕΓΟΝΕΝ, ΚΑΙ ΑΜΑ ΓΕ ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΥΠΟΤΕΘΗΝΑΙ ΤΗΔΕ ΤΗ ΘΕΙΑ ΗΜΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΙ ΠΑΡΕΚΕΛΕΥΣΑΜΕΘΑ, ΟΠΩΣ ΑΝ ΑΠΑΣΙΝ Η ΦΑΝΕΡΟΝ, ΤΙ ΜΕΝ ΤΟ ΤΗΣ ΠΡΟΤΕΡΑΣ ΑΠΕΙΡΙΑΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΟΡΙΣΤΙΑΣ ΗΝ: ΤΙ ΔΕ ΤΟ ΠΑΡ' ΗΜΩΝ ΕΞΕΥΡΗΜΕΝΟΝ: ΝΟΜΟΘΕΤΑΣ ΔΕ ΕΙΤΟΙ ΝΟΜΩΝ ΕΡΜΗΝΕΥΤΑΣ, ΕΚΕΙΝΟΥΣ ΗΘΡΟΙΣΑΜΕΝ ΟΙ ΠΑΡΑ ΠΑΣΙΝ ΔΕΔΟΚΙΜΑΣΜΕΝΟΙ ΚΑΘΕΣΤΑΣΙΝ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΑΡΕΣΑΝΤΕΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΑΡ' ΕΚΕΙΝΩΝ ΤΥΧΟΝΤΕΣ ΜΝΗΜΗΣ. ΕΙ ΓΑΡ ΤΙΣ ΤΩΝ ΟΥΧΙ ΤΟΙΣ ΠΑΛΑΙΟΙΣ ΝΟΜΟΘΕΤΑΙΣ ΓΝΩΡΙΖΟΜΕΝΟΝ ΕΣΤΙΝ, ΤΟΥΤΩ ΔΕ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΜΕΤΟΥΣΙΑΣ ΑΠΗΓΟΡΕΥΣΑΜΕΝ: ΠΑΣΙΝ ΓΕ ΜΗΝ ΤΟΙΣ ΕΝΤΑΥΘΑ ΚΕΙΜΕΝΟΙΣ ΜΙΑΝ ΤΑΞΙΝ ΤΕ, ΚΑΙ ΑΞΙΑΝ ΔΕΔΩΚΑΜΕΝ, ΟΥΔΕΝΙ ΜΕΙΖΟΝΟΣ ΑΥΘΕΝΤΙΑΣ ΠΑΡΑ ΤΟΝ ΕΤΕΡΟΝ ΦΙΛΟΤΙΜΗΘΕΙΣΗΣ: ΕΙ ΓΑΡ ΤΟΙΣ ΠΑΡ' ΑΥΤΩΝ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΙΣ ΑΠΑΣΙΝ ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ ΔΕΔΩΚΑΜΕΝ ΙΣΧΥΝ, ΤΙ ΑΝ ΕΝ ΤΟΥΤΟΙΣ ΜΕΙΖΟΝ ΤΙΣ, Η ΕΛΑΤΤΟΝ ΕΧΕΙΝ ΔΟΚΟΙΗ. ΕΚΕΙΝΟ ΓΕ ΜΗΝ ΕΥΘΥΣ ΤΕ ΤΗΝ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΝ ΑΘΡΟΙΣΘΗΝΑΙ ΤΑΥΤΗΝ ΕΓΚΕΛΕΥΟΜΕΝΟΙ, ΝΥΝ ΔΕ ΑΥΘΙΣ ΑΥΤΗΝ ΒΕΒΑΙΟΥΝΤΕΣ ΑΠΑΣΙΝ ΟΜΟΙΩΣ ΑΠΑΓΟΡΕΥΟΜΕΝ, ΤΟ ΜΗΔΕΝΑ ΘΑΡΡΗΣΑΙ ΜΗΤΕ ΤΩΝ ΝΥΝ ΟΝΤΩΝ, ΜΗΤΕ ΤΩΝ ΥΣΤΕΡΟΝ ΕΣΟΜΕΝΩΝ, ΤΟΥΤΩΝ ΔΗ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΓΡΑΦΕΙΝ, ΠΛΗΝ ΕΙ ΜΗ ΒΟΥΛΟΙΘΕΙΕΝ ΕΙΣ ΜΕΝ ΤΗΝ ΕΛΛΗΝΩΝ ΓΛΩΤΤΑΝ, ΑΥΤΑ ΜΕΤΑΒΑΛΕΙΝ: ΜΟΝΗ ΔΕ ΤΗ ΚΑΤΑ ΠΟΔΑ ΚΑΛΟΥΜΕΝΗ ΧΡΗΣΑΣΘΑΙ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΕΡΜΗΝΕΙΑ, ΚΑΙ ΕΙΤΙ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΩΝ ΟΝΟΜΑΖΟΜΕΝΩΝ ΠΑΡΑ ΤΙΤΛΩΝ, ΩΣ ΕΙΚΟΣ ΠΡΟΣΓΡΑΨΑΙ ΒΟΥΛΗΘΕΙΕΝ ΧΡΕΙΑΝ: ΕΤΕΡΟΝ ΔΕ ΠΑΝΤΑΠΑΣΙΝ ΜΗΔΟΤΙΟΥΝ ΠΕΡΙ ΑΥΤΑ ΠΡΑΤΤΕΙΝ: ΜΗΔΕ ΑΥΘΙΣ ΔΟΥ-

ΔΟΥΝΑΙ ΣΤΑΣΕΩΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΜΦΙΣΒΗΤΗΣΕΩΣ ΚΑΙ ΠΛΗΘΟΥΣ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ΑΦΟΡΜΗΝ: ΤΟΥΤΟ, ΟΠΕΡ ΚΑΙ ΠΡΟΣΘΕΝ ΕΠΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΗΔΙΚΤΟΥ ΓΕΓΟΝΕΝ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ. ΩΣΤΕ ΚΑΙ ΤΟΙ ΓΕ ΟΥΤΩ ΒΡΑΧΥΤΑΤΟΝ ΑΥΤΟ ΚΑΘΕΣΤΟΣ, ΕΚ ΤΗΣ ΤΩΝ ΠΟΙΚΙΛΩΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ ΔΙΑΦΟΡΑΣ, ΕΙΣ ΑΝΑΡΙΘΜΗΤΟΝ ΕΚΤΑΘΗΝΑΙ ΠΛΗΘΟΣ: ΕΙ ΓΑΡ ΤΙ ΦΑΝΕΙΗ ΤΥΧΟΝ ΑΜΦΙΣΒΗΤΟΥΜΕΝΟΝ Η ΤΟΙΣ ΤΩΝ ΔΙΚΩΝ ΑΓΩΝΙΣΤΑΙΣ, Η ΤΟΙΣ ΤΟΥ ΚΡΙΝΕΙΝ ΠΡΟΚΑΘΗΜΕΝΟΙΣ, ΤΟΥΤΟ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΕΡΜΗΝΕΥΣΕΙ ΚΑΛΩΣ. ΟΠΕΡ ΑΥΤΩ ΜΟΝΩ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΕΦΕΙΤΑΙ. ΩΣ ΟΓΕ ΘΑΡΡΩΝ ΠΑΡΑ ΤΑΥΤΗΝ ΗΜΩΝ ΤΗΝ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙ ΚΑΤΑΘΕΣΘΑΙ, ΚΑΤΑ ΣΧΗΜΑ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΚΕΛΕΥΣΕΩΣ ΑΛΛΟΙΟΤΕΡΟΝ, ΟΥΤΟΣ ΙΣΤΩ ΤΟΙΣ ΤΗΣ ΠΑΡΑΠΟΙΗΣΕΩΣ ΕΝΕΞΟΜΕΝΟΣ ΝΟΜΟΙΣ ΤΟΥ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΥ ΣΥΝΤΕΘΕΝΤΟΣ ΑΦΑΡΠΑΖΟΜΕΝΟΥ, ΚΑΙ ΠΑΣΙΝ ΔΙΑΦΘΕΙΡΟΜΕΝΟΥ ΤΡΟΠΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΤΑΥΤΗΣ ΕΠΙΚΕΙΜΕΝΗΣ ΤΗΣ ΠΟΙΝΗΣ, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΣΗΜΕΙΟΙΣ ΤΙΣΙΝ ΕΝ ΤΗ ΓΡΑΦΗ ΧΡΩΜΕΝΩΝ. ΑΠΕΡ ΣΙΓΓΛΑΣ ΚΑΛΟΥΣΙΝ ΚΑΙ ΔΙ' ΑΥΤΩΝ ΣΥΝΤΑΡΑΤΤΕΙΝ ΤΗΝ ΓΡΑΦΗΝ ΕΠΙΧΕΙΡΟΥΝΤΩΝ. ΑΛΛΑ ΜΗ ΔΙΟΛΟΥ ΤΟΥΣ ΤΕ ΑΡΙΘΜΟΥΣ, ΤΑ ΤΕ ΟΝΟΜΑΤΑ ΤΩΝ ΠΑΛΑΙ ΣΟΦΩΝ, ΤΗΝ ΤΕ ΟΛΗΝ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΝ ΓΡΑΦΟΝΤΩΝ. ΙΣΤΩΣΑΝ ΔΕ ΚΑΙ ΟΙ ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΥΤΩ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ ΚΤΩΜΕΝΟΙ, ΩΣ ΑΝΟΝΗΤΟΝ ΕΞΟΥΣΙΝ ΤΗΝ ΤΟΥΤΟΥ ΚΤΗΣΙΝ: ΟΥΔΕ ΓΑΡ ΔΙΔΟΜΕΝ ΑΔΕΙΑΝ ΤΟΙΣ ΤΟΙΟΥΤΟΙΣ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΙΣ ΠΟΛΙΤΕΥΕΣΘΑΙ ΚΑΙ ΚΡΑΤΕΙΝ, ΚΑΝ ΕΙ ΣΥΜΒΑΙΗ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΠ ΑΥΤΟΥ ΤΟΥ ΜΕΡΟΥΣ ΟΥΠΕΡ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΤΑΙ ΜΗΔΕΝ ΕΧΕΙΝ ΤΟΙΟΥΤΟ ΣΗΜΕΙΟΝ, ΑΛΛ ΕΝ ΕΤΕΡΩ ΟΙΩΔΗΠΟΤΕ ΕΑΥΤΟΥ ΜΕΡΕΙ, ΚΑΝ ΕΙ ΠΡΟΣ ΑΠΑΞ ΕΙΗ ΤΟΥΤΟ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ, ΩΣΤΕ ΑΥΤΟΣ ΜΕΝ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΑΝΤΙ ΜΗΔΕ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΥ ΠΑΝΤΕΛΩΣ ΕΞΕΙ, Ο ΔΕ ΤΟΥΤΟ ΓΕΓΡΑΦΩΣ, ΚΑΙ ΑΓΝΟΟΥΝΤΙ ΤΟ ΚΤΗΣΑΜΕΝΩ ΔΟΥΣ ΔΙΠΑΣΙΑΝ ΚΑΤΑ-

ΤΑ-

ΤΑΘΗΣΕΙ ΤΗΣ ΤΟΥΤΟΥ ΔΙΑΤΙΜΗΣΕΩΣ ΤΩ ΒΕΒΛΑΜΜΕΝΩ ΤΗΝ ΠΟΣΟΤΗΤΑ, ΟΥΔΕΝ ΗΤΤΟΝ ΑΡΜΟΖΟΥΣΗΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΓΚΛΗΜΑΤΙΚΗΣ ΚΑΤ᾿ ΑΥΤΟΥ ΠΟΙΝΗΣ: ΤΟΥΤΟ ΓΑΡ ΔΗ ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΑΛΛΑΙΣ ΔΙΑΤΑΞΕΣΙΝ, ΤΑΙΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΤΕΘΕΙΣΑΙΣ, ΕΝΕΓΡΑΨΑΜΕΝ: ΤΑΙΣ ΤΕ ΤΗ ΡΩΜΑΙΩΝ ΠΡΟΕΛΘΟΥΣΑΙΣ ΦΩΝΗ: ΤΗ ΤΕ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ ΓΛΩΤΤΗ, ΗΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΚΑΘΗΓΗΤΑΣ ΑΝΤΕΓΡΑΨΑΜΕΝ: ΤΑΥΤΑ ΔΕ ΔΗ ΤΑ ΒΙΒΛΙΑ ΤΑ ΤΕ ΤΩΝ Inſtituton: ΤΑ ΤΕ ΤΩΝ Digeſton ΦΑΜΕΝ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΑΤΟΣ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΗΜΩΝ ΥΠΑΤΙΑΣ ΚΡΑΤΕΙΝ ΘΕΣΠΙΖΟΜΕΝ: ΤΟΥΤΕΣΤΙΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΠΡΟ ΤΡΙΩΝ ΚΑΛΑΝΔΩΝ ΙΑΝΟΥΑΡΙΩΝ ΤΗΣ ΠΑΡΟΥΣΗΣ ΔΩΔΕΚΑ ΤΗΣ ΕΠΙΝΕΜΗΣΕΩΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΟΙΠΟΝ ΑΠΑΝΤΑ ΚΡΑΤΟΥΝΤΑ ΧΡΟΝΟΝ, ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΒΑΣΙΛΙΚΑΙΣ ΣΥΜΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΑ ΔΙΑΤΑΞΕΣΙΝ ΚΑΙ ΧΩΡΑΝ ΕΧΟΝΤΑ, ΕΠΙΤΕ ΤΩΝ ΥΣΤΕΡΟΝ ΣΥΜΒΗΣΟΜΕΝΩΝ, ΕΠΙΤΕ ΤΩΝ ΕΝ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΙΣ ΗΡΤΗΜΕΝΩΝ. ΕΤΙ ΚΑΙ ΦΙΛΙΑΙΣ ΜΗ ΠΑΡΑΔΕΔΟΜΕΝΩΝ ΑΠΑΛΛΑΓΑΙΣ: ΤΟ ΓΑΡ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΑΠΑΝ Η ΔΕΔΙΚΑΣΜΕΝΟΝ, Η ΣΥΜΒΕΒΑΣΜΕΝΟΝ ΑΝΑΚΙΝΕΙΝ ΟΥΚ ΑΝΕΧΟΜΕΘΑ ΗΝ ΔΗ ΤΡΙΤΗΝ ΥΠΑΤΙΑΝ ΗΜΙΝ ΟΝΟΜΑΣΤΟΤΑΤΗΝ ΔΕΔΩΚΕΝ Ο ΘΕΟΣ. ΕΙΓΕ ΕΠ᾿ ΑΥΤΗΣ ΗΤΕ ΠΡΟΣ ΠΕΡΣΑΣ ΕΙΡΗΝΗ ΤΟ ΒΕΒΑΙΟΝ ΕΣΧΕΝ ΤΟΤΕ ΤΟΙΟΥΤΟ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΑΝΑΤΕΘΕΙΤΑΙ ΒΙΒΛΙΟΝ, ΟΠΕΡ ΟΥΔΕΝΙ ΤΩΝ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΕΞΕΥΡΗΤΑΙ ΚΑΙ ΠΡΟΣΓΕ Η ΤΡΙΤΗ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΜΟΙΡΑ ΤΗΝ ΟΛΗΝ ΛΙΒΥΗΝ ΦΑΜΕΝ ΤΟΙΣ ΗΜΕΤΕΡΟΙΣ ΠΡΟΣΤΕΘΕΙΤΑΙ ΣΚΗΠΤΡΟΙΣ ΑΠΑΝΤΑ ΤΑΥΤΑ ΕΚ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΔΩΡΑ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΥΠΑΤΙΑΣ ΗΜΙΝ ΔΕΔΟΜΕΝΑ. ΑΠΑΝΤΕΣ ΤΟΙΝΥΝ ΟΙ ΕΥΚΛΕΕΣΤΑΤΟΙ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ ΑΡΧΟΝΤΕΣ ΤΗΝ ΘΕΙΑΝ ΗΜΩΝ ΤΑΥΤΗΝ ΔΕΧΟΜΕΝΟΙ ΔΙΑΤΑΞΙΝ ΧΡΗΣΘΑΙ ΤΟΙΣ ΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΟΙΣ ΗΜΩΝ ΝΟΜΟΙΣ ΕΚΑΣΤΟΣ ΕΝ ΤΩ ΚΑΘ᾿ ΕΑΥΤΟΝ ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΕΙ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΩ: ΠΡΟΘΗΣΕΙ ΔΕ ΑΥΤΗΝ ΕΝ ΤΗ

ΜΕΓΙ-

ΜΕΓΙΣΤΗ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΔΙ ΤΑΥΤΗ ΠΟΛΕΙ, ΚΑΙ Ο ΤΑΥΤΗΣ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΟΣ ΥΠΑΡΧΟΣ: ΜΕΛΗΣΕΙ ΔΕ ΤΩΤΕ ΥΠΕΡΦΥΕΣΤΑΤΩ ΚΑΙ ΕΥΚΛΕΕΣΤΑΤΩ ΗΜΩΝ ΜΑΓΙΣΤΡΩ: ΤΟΙΣ ΤΕ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΟΙΣ ΚΑΙ ΠΑΝΕΥΦΗΜΟΙΣ ΥΠΑΡΧΟΙΣ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΗΜΩΝ ΠΡΑΙΤΩΡΙΩΝ: ΤΟΙΣ ΤΕ ΠΡΟΣ ΗΛΙΟΝ ΑΝΙΣΧΟΝΤΑ, ΤΟΙΣΤΕ ΕΠΙ ΤΗΣ ΙΣΑΥΡΙΔΟΣ, ΤΟΙΣ ΤΕ ΕΠΙ ΛΙΒΥΗΣ ΔΙΑ ΠΡΟΣΤΑΞΕΩΝ ΟΙΚΕΙΩΝ ΑΠΑΣΙΝ ΤΟΙΣ ΥΦ' ΕΑΥΤΟΥΣ ΤΕΤΑΓΜΕΝΟΙΣ ΤΑΥΤΑ ΠΟΙΗΣΑΙ ΚΑΤΑΦΑΝΗ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΗΜΕΤΕΡΩΝ ΥΠΗΚΟΩΝ ΑΠΑΡΑΛΟΓΙΣΤΟΝ ΓΝΩΣΙΝ.

Data XVII. *Kalendas Ianuarias Domino nostro Iustiniano perpetuo Augusto* III. *Consule.*

ΕΞ ΟΣΩΝ ΑΡΧΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΥΠΑΤΤΩΝ ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΣΥΓΚΕΙΤΑΙ

ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΤΩΝ DIGESTON ΗΤΟΙ ΤΟΥ ΠΑΝΔΕΚΤΟΥ ΤΟΥ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ ΣΥΝΤΑΓΜΑ.

Ιουλιανου [a]

Digeſton βιβλια ενενηκοντα
Ad Minicium βιβλια εξ
Ad Vrſeium βιβλια τεσσαρα
De ambiguitatibus βιβλιον εν.

Papinianu [b]

Quæſtionon [c] βιβλια τριακοντα επτα
Reſponſon βιβλια δεκα εννεα
Definition βιβλια δυο
De adulteriis βιβλια δυο
De adulteriis βιβλιον εν
Αστυνομικος βιβλιον εν
Quintu Muciu Sceuolu
Ορων βιβλιον εν

Αλφηνου

Digeſton βιβλια τεσσαρακοντα

Sabinu

Iuriſciuilion βιβλια [d] τρια

Προκουλου

Επιστολων βιβλια [e] οκτω

Λαβεωνος

Πιθανων [f] βιβλια [g] οκτω
Poſteriorum βιβλια δεκα

a In hunc notas ſcripſerunt Marcellus & Paulus

b Homo acutiſſimus eſt, & ad ſuperſtitionem etiam nonnunquam ingenioſus fertur. Verùm, exceptis verborum proprietatibus, in quibus anxiè ſatis verſatur, ad cætera ſic æquitatis ſtudioſus eſt, vt nemo magis.

c In quæſtiones Vlpianus, in reſponſa ſimul & quæſtiones Paulus notas ſcripſit.

d Nulla ex his libris reſponſa in Pandectis reperiuntur.

e Reperiuntur tamẽ reſponſa ex lib. 11. epiſtolarum. niſi mẽdoſæ ſint inſcriptiones. Et l. 16. de tritic. vino, oleo leg. et. Sumpta eſt ex Proculi lib. 3. ex Poſterioribus Labeonis

f In libros πιθανῶν Paulus notas ſcripſit. Poſteriorum Iabolenus epitomen fecit.

g Iidem libri aſcribuntur Antiſtio Agellio. Et floruit tempore Auguſti, qui auctoritatem reſpondendi de iure à principe impetrari voluit, vt veriſimilius ſit hunc Labeonem eſſe Antiſtiũ quàm Domitium, qui Iubentij Celſi æqualis fuit.

Ne-

Νερατιου

Regularion βιβλια δεκαπεντε
Μεμβρανων βιβλια επτα
Responson βιβλια τρια

*Iauolenu

Ex Casio βιβλια δεκαπεντε
Epistolon βιβλια δεκατεσσαρα
Ad Plautium βιβλια πεντε*

Celsu [a]

Digeston βιβλια τριακοντα εννεα

Πομπονιου [b]

Ad Quintum Mucium lectionum βιβλια τριακοντα εννεα
Ad Sabinum βιβλια τριακοντα πεντε [c]
Επιστολων βιβλια εικοσι
Variarum [d] lectionum βιβλια [e] δεκαπεντε
Ad Plautium βιβλια επτα
Fideicommisson βιβλια πεντε
Senatusconsultûm βιβλια πεντε
Regularion βιβλιον εν
Εγχειριδιου βιβλια δυο

Βαλεντος

Fideicommisson βιβλια επτα

Μαικιανου [f]

Fideicommisson [g] βιβλια δεκαεξ
Publicon βιβλια δεκατεσσαρα

Μαυρικιανου

Ad leges βιβλια εξ
Τερεντιου Κλημεντος
Ad leges βιβλια εικοσι

Αφρικανου

Quæstionon βιβλια εννεα

Μαρκελλου [h]

Digeston βιβλια τριακοντα [i] εν
Ad leges βιβλια εξ
Responson βιβλιον εν

a *Huic ferè propriũ est, vt à verbis & sententia legis propter speciem æquitatis nõ temere recedat. Estq́; in ridendis aduersariis satis multus.*

b *In Pomponio tantùm fuit studium, vt nihil præterea inuita e petendum esse censeret.*

c *Sumpta est tamen* ex lib.36.ad Sabinũ. l.20. *de captiu. & post lim. reuer. nisi forte error est in inscriptione.*

d *Hi libri alibi adducũtur,* ad Edictum ex variis lectionibus. Item, variarum Quæstionum.

e *Descripta est etiã l.18.de recep. arbitr.* ex lib.17. Epistolarum, & Variarum lectionum.

f *Præter veterem & bene fundatam peritiam etiã anxiè diligens à Diuis fratribus dicitur.*

g *Adducuntur etiã* Quæstionum de fideicommissis.

h *In hunc notas scripsit Martianus, quẽadmodum in Scæuolã Claudius Triphoninus, & Paulus.*

i *Descripta est quoque lex 2. de captiuis & post l. reuer. ex li.* 39. digestor. Marcelli.

a Duarenus ad §. Agerius. l. qui Roma. ff. de verb. oblig.
b *Adducuntur & variarũ Quæstionum.*

Κερβιδιου Σκαιβολου[a]

Digeston βιβλια τεσσαρακοντα
Quæstionon[b] βιβλια εικοσι
Responson βιβλια εξ
Regularion βιβλια τεσσαρα
De quæstione familiæ βιβλιον εν
Quæstionum publice tractatarum βιβλιον εν

Φλωρεντινου

Instituton βιβλια δεκαδυο

Γαιου

Ad edictum prouinciale βιβλια λβ
Ad leges βιβλια δεκαπεντε
Ad edictum vrbicum τα μονα ευρεθεντα βιβλια δεκα
Aureon βιβλια επτα
Δωδεκαδελτου βιβλια εξ
Instituton βιβλια τεσσαρα
De Berborum obligationibus βιβλια γ
De manumissionibus βιβλια τρια
Fideicommisson βιβλια δυο
De casibus βιβλιον εν
Regularion βιβλιον εν
Dotalicion βιβλιον εν
Υποθηκαριας βιβλιον εν

Βενουλειου

Stipulationon βιβλια δεκαεννεα
Actionon βιβλια δεκα
De officio proconsulis βιβλια τεσσαρα
De pœnis paganorum βιβλιον εν
Publicon βιβλια τρια
De interdictis βιβλια εξ

Τερτυλλιανου

Quæstionon βιβλια οκτω
De castrensi peculio βιβλιον εν

Ιουστου

Constitutionon βιβλια εικοσι

Ουλπιανου[c]

Ad edictum βιβλια ογδοηκοντατρια

c *Mediam quodammodo viam sequitur, quemadmodũ & in plerisque Caius, qui distinctionis temperamentum adhibet præfractis aliorum sententiis. Coryphæus legũ dicitur.*

Ad

Ad Sabinum βιβλια πεντηκοντα εν
Ad leges βιβλια εικοσι
Disputationon [a] βιβλια δεκα
Protribonalion βιβλια δεκα
De officio proconsulis βιβλια δεκα
Πανδεκτου βιβλια δεκα
Regularion βιβλια επτα
Fideicommisson βιβλια εξ
Opinionon βιβλια εξ
De adulteris βιβλια πεντε
De appellationibus βιβλια τεσσαρα
De officio consulis βιβλια τρια
Instituton βιβλια δυο
Regularion βιβλιον εν
De censibus βιβλια εξ
Responson βιβλια δυο

a Hi libri alias quoque adducuntur Quæstionum. Item publicarum Disceptationum.

Του αυτου μονοβιβλα

De sponsalibus
De officio præfecti vrbi
De officio præfecti vigilum
De officio curatoris reipublicæ
De officio prætoris tutelaris
De officio quæstoris

Παυλου [b]

b Non tam æquitatem rationemque, moralem ac politicam, quam Physicam intuetur, & in ea perstans sæpe dissidet ab aliis. estque in nonnullis dubitabundus.

Ad edictum βιβλια ογδοηκοντα
Quæstionon βιβλια εικοσι εξ
Responson βιβλια εικοσιτρια
Breuion βιβλια εικοσιτρια
Ad Plautium [c] βιβλια δεκαοκτω
Ad Sabinum βιβλια δεκαεξ
Ad leges βιβλια δεκα
Regularion βιβλια επτα
Regularion βιβλιον εν
Sention ητοι facton βιβλια εξ
Sententiοn βιβλια πεντε
Ad Vitellium βιβλια τεσσαρα
Ad Neratium βιβλια τεσσαρα
Fideicommisson βιβλια τρια
Decreton [d] βιβλια τρια
De adulteriis βιβλια τρια
Manualium βιβλια τρια
Instituton βιβλια δυο

c Alias adducuntur Quæstionum ad Plautium.

d Alicubi sic adducuntur. Imperialium sententiarum in cognitionib⁹ prolatarum ex libris sex primo, Decretorum lib. secundo.

De of-

† Iuniam

De officio proconsulis βιβλια δυο
Ad legem Aeliam Sentiam βιβλια γ
Ad legem † Iuliam βιβλια δυο
De iure fisci βιβλια δυο
Regularion βιβλιον εν
De censibus βιβλια δυο

Του αυτου μονοβιβλα

De pœnis paganorum
De pœnis militum
De pœnis omnium legum
De vsuris
De gradibus & adfinibus
De iure codicillorum
De excusationibus tutelarum
Ad regulam Catonianam
Ad senatusconsultum Orfitianum
Ad senatusconsultum Tertyllianum
Ad senatusconsultum Silanianum
Ad senatusconsultum Belleianum
Ad senatusconsultum Libonianum seu Claudianum
De officio præfecti vigilum
De officio præfecti vrbi
De officio prætoris tutelaris
De extraordinariis criminibus

Υποθηκαρια

Ad municipalem
De publicis iudiciis
De inofficioso testamento
De septemuiralibus iudiciis
De iure singulari
De secundis tabulis
Ad orationem Diui Seueri
Ad orationem Diui Marci
Ad legem Velleam
Ad legem Cinciam
Ad legem Falcidiam
De tacito fideicommisso
De portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur
De iuris & facti ignorantia
De adulteriis
De instructo & instrumento
*De appellationibus *

De iure libellorum
De testamentis
De iure patronatus
De iure patronatus quod ex lege Iulia & Papia venit
De actionibus
De concurrentibus actionibus
De intercessionibus feminarum
De donationibus inter virum & vxorem
De legibus
De legitimis hereditatibus
De libertatibus dandis
De senatusconsultis[a]

Tryphoninu

Disputationum βιβλια εικοσι εν

Καλλιστρατου

De cognitionibus βιβλια εξ
Edicton monitorion βιβλια εξ
De iure fisci βιβλια τεσσαρα
Instituton βιβλια τρια
Quæstionon βιβλια δυο

Μενανδρου

Militarion βιβλια τεσσαρα

Μαρκιανου

Instituton βιβλια δεκαεξ
Regularion βιβλια πεντε
De appellationibus βιβλια δυο
Publicon βιβλια δυο

Του αυτου μονοβιβλα

De delatoribus μονοβιβλον
Υποθηκαριας μονοβιβλον
Ad senatusconsultum Turpillianum μονοβιβλον

Γαλλου Ακυλα

Responsa

Μοδεστινου[b]

Responson βιβλια δεκαεννεα
Πανδεκτου βιβλια δεκαδυο

[a] Scripsit & hæc quæ non sunt in indice Florentino, De articulis. De formula testamenti. De conceptione formularum. De dotis repetitione.

[b] Non contemnendæ auctoritatis Iureconsultus dicitur.

Regularion βιβλια δεκα
Differention βιβλια εννεα
Excusationum βιβλια εξ
De poenis βιβλια τεσσαρα

Του αυτου μονοβιβλα

De praescriptionibus
De inofficioso testamento
De manumissionibus
De legatis & fideicommissis
De testamentis
De eurematicis
De enucleatis casibus
De differentia dotis
De ritu nuptiarum

Ταρρουντηνου Πατερνου

Militarion βιβλια τεσσαρα

Μακρου

Militarion βιβλια δυο
Publicon βιβλια δυο
De officio praesidis βιβλια δυο
Εικοσων βιβλια δυο
De appellationibus βιβλια δυο

Αρκαδιου

De testibus βιβλιον εν
De officio praefecti praetorio βιβλιον εν
De muneribus ciuilibus βιβλιον εν

Ρουφινου

Regularion βιβλια δεκαδυο [a]

[a] *Descripta etiam est l.34. de re iudica, ex lib.13. regularum.*

Αυθου ητοι φωριου Ανθιανου

Μερος εδικτου βιβλια πεντε

Μαξιμου

Ad legem Falcidiam

Ερμογενιανου

Επιτομων βιβλια εξ

εχουσι στιχ ΓΛ

LIB. II.

LIB. III.

LIB. IIII.

DOMINI NOSTRI SACRATISS.

PRINCIPIS[a] IVSTINIANI IVRIS ENVCLEATI EX OMNI VETERE *IVRE* COLLECTI DIGESTORVN SEV PANDECTARVM

LIBER PRIMVS.

DE IVSTITIA ET IVRE

TITVLVS I.

Variæ diffinitiones ac diuisiones hic continentur, quæ fontes iuris ciuilis demonstrant.

VLPIANVS Libro primo Institutionum



IVRI OPERAM daturum prius nosse oportet vnde nomen iuris descendat.[b] Est[c] autem à iustitia appellatũ, nã vt eleganter Celsus definit, Ius est ars boni & æqui, cuius meritò quis nos[d] sacerdotes appellet. Iustitiã namque colimus, & boni & æqui notitiam profitemur: æquum ab iniquo separantes: licitum ab illicito discernentes: bonos non solùm metu pœnarum, verumetiam præmiorum quoq; exhortatione efficere cupientes: veram, nisi fallor, philosophiã non simulatam affectantes.

1 Huius studij duæ sunt positiones, publicum & priuatum. Publicum ius est quod ad statum rei Romanę spectat. Priuatum quod ad singulorum vtilitatem. sunt enim quædam publicè vtilia, quædam priuatim. Publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus[e] constitit. Priuatum ius tripertitum est: collectum etenim est ex naturalibus præceptis, aut gentium aut ciuilibus.

2 Ius[f] naturale est quod natura omnia animalia docuit. nã ius istud non humani generis proprium, sed omniũ animalium, quæ in terra, quæ in mari nascuntur, auium quoque cõmune est: hinc descendit maris atque feminæ coniũctio[g], quã nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. videmus etenim cetera quoque animalia, feras etiam istius iuris peritia censeri.

3 Ius gentium est quo gentes humanæ vtuntur. quod à naturali recedere facilè intellegere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit.[h]

II. POMPONIVS libro singulari Enchiridij

VEluti erga Deũ religio, vt parẽtibus & patrię pareamus.

III. FLORENTINVS libro primo Institutionum

VT vim atque iniuriam propulsemus[i]. Nam iure hoc euenit, vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fe-

a Iustiniani perpetui Augusti, *vel* perpetuò: *vbi malè Accurs. interpretatur perpetui, generalis.*

b Est autem ius à iustitia. *hac vox ius ex glossa in contextum irrepsit.*

c *Ius pro arte ipsa hic sumitur. quo sensu, iustitia prior iure erit, & ius ab ea rectè deduci videbitur. spectauit autem in hac deriuatione res ipsas, & naturalem earum ordinem potiusquam syllabarum comprehensiones, cuius rei exemplum est illustrissimum apud Aristotelem in categoria* περὶ τῶν πρός τι. Ἐστὶ δὲ καὶ ἡ ἀνάκλισις, *&c. ait enim (vt Latinis exemplis vtar) sedere deductũ esse à sessione: & stare à statu.*

d *Vide Goueanum lib. 1. lect. c. 19. & 20. quibus totam hanc l. penè interpretatur.*

e consistit.

f *Non quòd ius tribuat brutis animalibus (nam ratione præditis hominibus tribui tantum debet) sed quòd hac nota deprehendi possit esse naturale inter homines: quia bruta animalia id faciunt instinctu naturali, quod homines iure certaque ratione faciunt.*

g coniugatio,

h est.

i *Si modo legibus definito, & ratione adhibita l. 1. & 2. C. vnde vi. refer ad ius gẽtiũ. si verò solo naturæ impetu omnibus animantibus insito, ad ius naturale iuxta eius definitionem. l. 1. §. Ius naturale, suprà eod.*

cisse existimetur. & cùm inter nos cognationem quandam natura constituit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse.

IIII. VLPIANVS libro primo Institutionum

MAnumissiones quoque iuris gentium sunt. Est autē manumissio [a] de manu missio, id est datio libertatis. nam quamdiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est, manumissus liberatur potestate. Quæ res à iure gentium originem sumpsit: vt pote cùm iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio cùm seruitus esset incognita. sed posteaquam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis: & cùm vno naturali nomine homines appellaremur [b], iure gentium, tria genera esse cœperunt: liberi, & his contrarium serui, & tertium genus liberti [c], id est, hi qui desierant esse serui.

a Manumissio de manu datio, *hæc Florentina lectio præterquam quòd etymologiam aptè explicat, multo quoque planior est.*

b appellarentur

c libertini qui

V. HERMOGENIANVS libro primo Iuris epitomarum

EX hoc iure gentium introducta bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata [d], commercium [e], emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes [f] institutę: exceptis quibusdam quæ [g] * à * iure ciuili introductæ sunt.

d collata,

e *i. permutatio. Accurs.*

f *Iustinianus interpretatur contractus. §. ex hoc iure. de iure nat. gent. Inst. quo loco cōtractum pro omni obligatione accipe, vt l. omnem. infr. de iudic.*

g *Vnde vocantur legitimæ. l. 5. & 6. infr. de pact.*

VI. VLPIANVS libro primo Institutionum

IVs ciuile est quod neq; in totum à naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei seruit. itaque cùm aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium id est ciuile efficimus. Hoc igitur ius nostrum constat, aut ex scripto, aut sine scripto, vt apud Græcos ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΟΙ ΜΕΝ ΕΓΓΡΑΦΟΙ, ΟΙ ΔΕ ΑΓΡΑΦΟΙ.

VII. PAPINIANVS libro secundo Definitionum

IVs autem ciuile est quod ex legibus, plebis scitis, senatuscōsultis, decretis principum, auctoritate prudentium venit. Ius prætorium est quod prætores introduxerunt adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter vtilitatem publicam. quod & honorarium dicitur ad honorem [h] prætorum sic nominatum.

h ab honore

VIII. MARCIANVS libro primo Institutionum

NAm & ipsum ius honorarium viua vox est iuris ciuilis.

Differentia iuris ciuilis, & gentium.

IX. GAIVS libro primo Institutionum

OMnes [i] populi qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est: vocatúrque ius ciuile quasi ius proprium ipsius ciuitatis. quod verò naturalis ratio inter omnes

i *L. j. diuisit ius commune hominibus cum animalibus. Hic diuidit ius cōmune tantū hominibus ipsis inter se: & communis nomine complectitur tam ius naturale quàm gētium. Itaque hæc diuisio quod ad homines attinet, re ipsa tot habet mēbra, quot superior.*

omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur: vocatúrque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur.

X. VLPIANVS libro primo Regularum

IVstitia est constans[a] & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi.[b] Iuris præcepta sunt hæc: honestè viuere, alterũ non lædere, suum cuique tribuere. Iuris prudentia est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

a Generis loco posita sunt, cætera verò loco differentiæ. Itaque nõ video cur hanc definitionem reprehendat Agric. li. j. c. 5. cùm traditis ab eo regulis conueniat. Perinde autem est, ac si dixisset, est habitus animi, vt Cic. 2. Rhetor. habitus enim animi nihil aliud est quàm constans voluntas ex crebris & frequentibus actibus comparata. Ac tametsi ob varios casus qui quotidie in hac disciplina incidunt, non videtur posse esse constans, habitus tamen ipse semper est idem: & in eo certè cõstans quod in quolibet negotio ad ius suũ cuique tribuendũ perpetuò respicit.

b tribuens. *rectius est Floren.*

XI. PAVLVS libro quartodecimo ad Sabinum

IVs pluribus modis dicitur: vno modo cùm id, quod semper æquum ac bonum est, ius dicitur: vt est ius naturale. altero modo, quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate vtile est: vt est ius ciuile. nec minùs ius rectè appellatur in ciuitate nostra ius honorarium. prætor quoque ius reddere dicitur etiam cùm iniquè decernit: relatione scilicet facta non ad id, quod ita prætor fecit, sed ad illud, quod prætorem facere conuenit: alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur: appellatione collata ab eo quod fit, in eo vbi fit. quem locum determinare hoc modo possumus: vbicunque prætor salua maiestate imperij sui, saluóque more maiorum ius dicere cõstituit, is locus rectè ius appellatur.

XII. MARCIANVS libro primo Institutionum

NOnnumquam ius etiam pro necessitudine dicimus. veluti est mihi ius cognationis, vel adfinitatis.

DE ORIGINE IVRIS, ET OMNIVM MAGISTRATVVM ET SVCCESSIONE PRVDENTIVM TITVLVS II.

GAIVS libro primo ad legem duodecim tabularum



FACTVRVS legum vetustarum interpretationem, necessariò prius ab vrbis initiis repetendũ existimaui: non quia velim verbosos cõmentarios facere, sed quòd in omnibus rebus animaduerto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus cõstaret. Et certè cuiusque rei potissima pars principium est. Deinde si in foro causas dicentibus nefas, vt ita dixerim, videtur esse nulla præfatione facta iudici rem exponere: quantò magis interpretationem promittentibus inconueniens erit omissis initiis atque origine non repetita, atque illotis, vt ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare? namque, nisi fallor, istæ præfationes & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ producunt[c]: & cùm ibi venerimus, euidentiorem præstant intellectum.

c perducunt

Historia admodum vtilis in iuris ciuilis interpretatione.

II. POMPONIVS libro singulari Enchiridij

NEcessariũ itaque nobis videtur ipsius iuris originem, atque processum demonstrare. Et quidem initio ciuitatis nostræ popOlus sine lege certa, sine iure certo primùm agere instituit: omniáque manu [a] à regibus gubernabantur. Posteà aucta ad aliquem modum ciuitate, ipsum Romulum traditur populum in triginta partes diuisisse: quas partes Curias [b] appellauit, propterea quòd tunc reipublicæ curam per sententias partium earum expediebat. Et ita leges quasdam & ipse curiatas ad populum tulit. tulerunt & sequentes [c] reges. quæ omnes conscriptæ exstant in libro Sexti Papirij, qui fuit illis temporibus, quibus superbus Demarati Corinthij filius [d], ex principalibus viris. Is liber, vt diximus, appellatur ius ciuile Papirianum, non quia Papirius de suo quicquam ibi adiecit: sed quòd leges sine ordine latas in vnum composuit.

Exactis deinde regibus lege [e] Tribunicia omnes leges hæ 1
exoleuerunt: iterúmque cœpit populus Romanus incerto magis iure, & consuetudine [f] ali, quàm per latam [g] legem: ídque prope viginti annis passus est. Postea ne diutius hoc fieret: placuit publica auctoritate decẽ [h] cõstitui viros, per quos peterentur leges à Grecis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus: quas in tabulas eboreas [i] perscriptas pro Rostris composuerunt, vt possint leges apertius percipi. datúmque est eis ius eo anno in ciuitate summum: vti leges & corrigerent, si opus esset, & interpretarentur: neque prouocatio ab eis sicut à reliquis magistratibus fieret. Qui ipsi animaduerterunt aliquid deesse istis primis legibus: ideóque sequenti anno alias duas ad easdẽ tabulas adiecerunt. & ita ex accidentia [k] appellatæ sunt leges duodecim tabularum. quarum ferẽdarum auctorem fuisse decemuiris Hermodorum [l] quendam Ephesiũ exulantem in Italia quidam rettulerunt. His [m] legibus latis 2
cœpit, vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desideraret prudentium [n] auctoritate necessariam esse disputationem fori. Hæc disputatio & hoc ius, quod sine scripto venit compositum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, vt cæteræ partes iuris suis nominibus designantur, ‖datis propriis nominibus cæteris partibus: ‖sed communi nomine appellatur ius ciuile. Deinde ex his legibus eodem tempore ferè actiones compositę sunt, quibus inter se homines disceptarent. quas actiones ne populus prout vellet institueret: certas solennésque esse voluerunt. & appellatur hæc pars iuris legis actiones, ‖id est legitimæ actiones. ‖ Et ita eodem pænè tempore tria hæc iura nata sunt: leges duodecim tabularũ. ex his fluere cœpit ius ciuile, ex isdem legis actiones compositæ

a manu regis

b *His deinde addita sunt quinque vt ait Festus: ita vt viginta quinque essent.*

c *Ex glossa apparet in nonnullis defuisse dictionẽ* reges: *pessimè hic quidam legunt,* sequentes leges.

d *i. nepos. nam filius fuit Tarquinij Prisci, si Liuiũ sequamur, aut potius nepos si Halicarnasseum. Priscus autem qui & Lucumo dictus est, fuit filius* Demarati. *alij legunt,* quibus Tarquinius Demarati.

e *Quæ lata est non à tribuno plebis, sed à tribũno Celerum Iunio Bruto qui eo magistratu fungebatur, cum regum eijciendorum auctor fuit, Liu. li.1.& 2.dec.1*

f consuetudine aliqua vti.

g per lata lege.

h *Tres quidem legati missi sunt: sed decemuiri posteà constitutì ad eas componendas. Liu.li.3.dec.1.& Gell. li.17. c.21. à quibus hæc historia petenda est, non ab Accursii somniantis commento, potiusquam commẽtario.*

i *Halicarnasseus li. 10. ait fuisse areas: quod discrimen non est magni momenti.*

k accidente

l *Cic.5.Tusc. ait hũc exulare iussum, quòd vir probus esset, cui statua Romæ posita fuit. Plin. lib. 34. & Strabo.lib.14.*

m His legibus latis cœpit, (vt naturaliter euenire solet vt interpretatio desyderet prudentium auctoritatem) necessaria esse disputatio fori. *Gou. ita legit li. 1.lect.c.25.*

n prudentium auctoritatem necessariámq; disputationem fori.

ſitæ ſunt. Omnium tamen harum, & interpretandi ſcientia,
& actiones, apud [a] collegium Pontificum erant: ex quibus
conſtituebatur quis quoquo anno præeſſet priuatis [b]. & ferè
populus annis propè centum hac conſuetudine vſus eſt.
3 Poſtea cùm Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formam
redegiſſet has actiones, Gnæus Flauius ſcriba eius, libertini
filius ſubreptum librum populo tradidit: & adeò gratũ fuit
id munus populo, vt tribunus plebis fieret, & ſenator, & ædi-
lis curulis. hic liber, qui actiones continet, appellatur ius ci-
uile Flauianum, ſicut ille [c], ius ciuile Papirianum. nam nec
Gnæus [d] Flauius de ſuo quicquam adiecit libro. Augeſcente
ciuitate, quia [e] deerant quædam genera agendi, nõ poſt mul-
tum temporis ſpatium Sextus [f] Aelius alias actiones compo-
ſuit: & librum populo dedit, qui appellatur ius Aelianum.
4 Deinde cùm eſſet in ciuitate lex duodecim tabularum, &
ius ciuile, eſſent & legis actiones: euénit, vt plebs in diſcordiã
cum patribus perueniret, & ſecederet, ſibiq́ue iura conſtitue-
ret, quæ iura plebiſcita vocãtur. mox cùm reuocata eſt plebs:
quia multæ diſcordiæ naſcebantur de his plebis ſcitis, pro le-
gibus placuit & ea obſeruari, lege Hortenſia [g]. & ita factum
eſt vt inter plebis ſcita, & legem, ſpecies conſtituendi intereſ-
ſent, poteſtas autem eadem eſſet. Deinde quia difficilè plebs
conuenire cœpit, populus certè multò difficilius in tanta tur-
ba hominum: neceſsitas ipſa curam reipublicæ ad ſenatum
deduxit. Ita cœpit ſenatus ſe interponere, & quidquid conſti-
tuiſſet, obſeruabatur: ídque ius appellabatur Senatuſcõſultũ.
5 Eodem tempore & magiſtratus iura reddebant, & vt ſci-
rent ciues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeq;
præmuniret: edicta proponebant. quæ edicta prætorum ius
honorarium conſtituerunt. Honorarium dicitur, quòd ab
6 honore prætoris venerat. Nouiſsimè ſicut ad pauciores iu-
ris conſtituendi via tranſiſſe, ipſis rebus dictantibus, videba-
tur: per [h] partes euénit, vt nec ESSET reipublicæ per vnum con-
ſuli. nam ſenatus non perinde omnes prouincias probè gere-
re poterant [i]. Igitur conſtituto principe, datum eſt ei ius, vt
quod conſtituiſſet, ratum eſſet. Ita in ciuitate noſtra aut Iu-
re, id eſt Lege conſtituitur: aut eſt proprium Ius ciuile, quod
ſine ſcripto in ſola prudentium interpretatione conſiſtit: aut
ſunt Legis actiones, quæ formam agendi continent: aut Ple-
biſcitum, quod ſine auctoritate patrum eſt conſtitutum: aut
eſt magiſtratuum Edictum, vnde Ius Honorarium naſcitur:
aut Senatuſconſultum, quod ſolùm ſenatu conſtituente in-
ducitur ſine lege: aut eſt principalis conſtitutio, id eſt, vt quod
7 ipſe princeps conſtituit, pro lege ſeruetur. Poſt originem
iuris, & proceſſum cognitum, conſequens eſt, vt de magiſtra-

a *Cic. 1. de orat. & 2. de leg.*
b priuatus. *quæ lectio ſibi ipſi repugnat: vult enim eũdẽ præeſſe & priuatum eſſe. quod fieri non poteſt.*
c illud
d *Valer. lib. 2. c. 8. Gell. li. 6. c. 9. & Cic. pro Mur. Sanè Plin. ait hoc facto Senatũ tanta indignatione exarſiſſe, vt annuli ab eo abiecti fuerint. Plin. lib. 33. c. 1.*
e Et qui præerant, *deinde poſt verbum agendi, adijcitur cõ-*poſuerunt, nec poſt. *&c.*
f *Cic. in orat. & 1. Tuſcul.*
g *Lata ab Hortenſio dictatore. Gell. lib. 15. c. 27. quam prius L. Valerius & M. Horatius conſules tulerant. Liu. lib. 3. dec. 1.*
h *Intellige factiones Syllæ, Marij, Cæſaris, Pompeij.*
i poterat.

a parum est
b reddere

tuum nominibus, & origine cognoſcamus. quia, vt expoſui-
mus, per eos qui iuri dicundo præſunt, effectus rei accipitur,
quantum [a] eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura rege-
re [b] poſsint? Poſt hoc dein de auctorum ſucceſsione dicemus:
quòd conſtare non poteſt ius, niſi ſit aliquis iuriſperitus, per
quem poſsit cottidie in melius produci. Quod ad magi- 8
ſtratus attinet, initio ciuitatis huius conſtat reges omnem po
teſtatem habuiſſe. Iſdem temporibus & tribunum celerum
fuiſſe conſtat: is autem erat qui equitibus præerat, & veluti
ſecundum locum à regibus optinebat, quo in numero fuit Iu
nius Brutus, qui auctor fuit regis eiciendi. Exactis deinde re-
gibus, conſules conſtituti ſunt duo: penes quos ſummum
ius vti eſſet, lege rogatum eſt. dicti ſunt ab eo, quòd pluri-
mùm rei publicæ conſulerent. qui tamen ne per omnia regiã
poteſtatem ſibi vindicarent, lege [c] lata factũ eſt, vt ab eis pro-
uocatio eſſet: néue poſſent in caput ciuis Romani animaduer
tere iniuſſu populi. ſolùm relictum eſt illis, vt coërcere poſ-
ſent, & in vincula publica duci iuberent. Poſt deinde cùm
cenſus iam maiori tempore agendus eſſet, & conſules non ſuf 9
ficerent huic quoque officio, cenſores conſtituti ſunt.

c *Publicola conſul eã tulit. Liu. li. 2. dec. 1. eã deinde reſtituerunt L. Valer. & M. Valer. conſules. Liu. li. 3. quã legem vocat vnicum libertatis præſidium.*

Populo deinde aucto, cùm crebra orerentur bella, & quæ- 10
dam acriora à finitimis inferrentur: interdũ re exigente, pla-
cuit maioris poteſtatis magiſtratum conſtitui. itaque dicta-
tores [d] proditi ſunt, à quibus nec prouocandi ius fuit: & qui-
bus etiam capitis animaduerſio data eſt. Hunc magiſtratum,
quoniam ſummam poteſtatem habebat, non erat fas vltra
ſextum menſem retinere. & his dictatoribus magiſtri equitũ
iniungebantur [e], ſic quo modo regibus tribuni celerũ, quod
officium ferè tale erat, quale hodie præfectorum prætorio. ma
giſtratus tamen [f] habebantur ‖ legitimi. ‖ Iſdem temporibus 11
cùm plebs à patribus ſeceſsiſſet, anno ferè ſeptimodecimo
poſt reges exactos: tribunos [g] ſibi in monte Sacro creauit, qui
eſſent plebeij magiſtratus. dicti tribuni, quòd olim [h] in tres
partes populus diuiſus erat, & [i] ex ſingulis ſinguli creaban-
tur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur. Itémque vt eſſent
qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ‖ ſua ‖ plebs defere-
bat: duos ex plebe conſtituerunt, qui etiam ædiles appellati
ſunt. Deinde cùm ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet: vt 12
eſſent qui illi præeſſent, conſtituti ſunt quæſtores, ‖ qui pecu-
niæ præeſſent: ‖ dicti ab eo (quòd) inquirendæ, & conſeruandæ
pecuniæ cauſa creati erant. Et quia, vt diximus, de capite ci-
uis Romani iniuſſu populi non erat lege permiſſum conſuli-
bus ius dicere: propterea quæſtores conſtitue Vantur à popu-
lo, qui capitalibus rebus præeſſent. hi appellabantur queſto-
res paricidij, quorum etiam meminit lex duodecim tabularũ.
Et cùm

d *Dictatoris primum creandi mentio orta ob tumultum Sabinorum. & primus creatus eſt T. Lartius, cuius magiſter equitum Sp. Caßius. Liu. lib. 2. decad. 1.*
e iungebatur
f enim habebantur
g *Primi fuerunt C. Sicinius & L. Iunius. Liu. lib. 2. Dionyſ. Aſcon. in Corneliana.*
h tunc
i *Creati ſunt tantum initio duo: deinde Volerone, Tribuno pleb. ſciſcente, vt tributis comitiis, plebeij magiſtratus fierent. i. viritim & promiſcuè, æquato omnium iure additi ſunt tres. & ita eſt accipiendus locus Aſco. Edyl. 15.*

13 Et cùm placuiſſet leges quoque ferri: latum eſt ad populũ,
vti omnes magiſtratus ſe abdicarent. quo [a] decemuiri con-
ſtituti [b] anno vno cùm magiſtratum prorogarẽt ſibi, & cùm [c]
iniurioſe tractarent, neque vellent deinceps ſufficere [d] magi-
ſtratibus, vt ipſi & factio ſua perpetuò rempublicam occupa-
tam retineret [e]: nimia, atque aſpera dominatione eò rem per-
duxerant, vt exercitus à republica ſecederet. Initium fuiſſe
ſeceſsionis dicitur Verginius quidam, qui cùm animaduertiſ-
ſet Appium Claudium contra ius, quod ipſe ex vetere iure in
duodecim tabulas tranſtulerat, vindicias filiæ ſuæ à ſe abdi-
xiſſe [f]: & ſecundum eum, qui in ſeruitutem ab eo ſuppoſitus
petierat, dixiſſe: captúmque amore virginis omne fas ac ne-
fas miſcuiſſe: indignatus, quòd vetuſtiſsima iuris obſeruantia
in perſona filiæ ſuæ defeciſſet, vtpote cùm Brutus, qui primus
Romæ cõſul fuit, vindicias ſecundum libertatem dixiſſet in
perſona Vindicis [g] Vitelliorum ſerui, qui proditionis coniu-
rationem indicio ſuo detexerat, & caſtitatem filiæ vitæ quo-
que eius præferendam putaret: arrepto cultro de taberna la-
nionis filiam interfecit: in hoc ſcilicet, vt morte virginis cõ-
tumeliam ſtupri arceret. ac protinus recens à cæde, madenté-
que [h] adhuc filiæ cruore, ad commilitones confugit. qui v-
niuerſi de Algido [i], vbi tunc belli gerendi cauſa legiones erãt,
relictis ducibus priſtinis, ſigna in Auentinum tranſtulerunt.
omníſque plebs vrbana mox eòdem ſe contulit. [populíq; [k]
conſenſu partim in carcere necati.] Ita rurſus reſpublica ſuũ
14 ſtatũ recepit. Deinde cùm poſt aliquot annos (quàm) duo-
decim tabulæ latæ ſunt: & plebs contenderet cum patribus, &
vellet ex ſuo quoque corpore conſules creare, & patres recu-
ſarent: factum eſt, vt tribuni militum crearẽtur partim ex ple-
be, partim ex patribus, conſulari poteſtate. híque conſtituti
ſunt vario numero: interdum enim viginti [l] fuerunt, interdum
plures, nonnumquã pauciores. Deinde cùm placuiſſet crea-
ri etiam ex plebe conſules: cœperunt ex vtroque corpore con-
ſtitui. Tunc, vt aliquo pluris patres haberent [m], placuit duos
ex numero patrum conſtitui. ita facti ſunt ædiles curules.

15 Cumque conſules aBocarentur bellis finitimis, neque eſ-
ſet qui in ciuitate ius reddere poſſet: factũ eſt, vt prætor quo-
que crearetur, qui vrbanus appellatus eſt, quòd in vrbe ius red
deret. Poſt aliquot deinde annos non ſufficiente eo prætore,
quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret:
creatus eſt & alius pretor, qui peregrinus appellatus eſt ab eo,
16 quòd plerũque inter peregrinos ius [n] dicebat. Deinde cùm
eſſet neceſſarius magiſtratus, qui [o] haſtæ præeſſent, decemui-
ri [p] in litibus iudicandis ſunt conſtituti. eodem tempore &
quatuor viri, qui curam viarum gererent: & triumuiri mone-

a & decemuiri
b conſtituti ſunt
c rem
d magiſtratus
e retinerent:
f ab iudicaſſe:
g *Ita vocant Plutarchus & Dionyſius. Itáque legendum eſt quoque apud Liu. lib. 2.* Vindici *nõ* Vindicio.
h madénſque
i *Dionyſ.* Halicar. *vocat* πόλιν *Strabo li. 5* πολίχνιον. *Itaq; fallitur Auguſt. c. 1. lib. 2. emend. dum putat falli Nebriſſenſem quod oppidum eſſe dixerit. Credit autem eſſe montem, quod ſentit Eutropius. Ego ſanè exiſtimauerim mõtem eſſe, in quo vrbs quoque ſit eiuſdem nominis. Stepha. de vrb.*
k Ita populi conſenſu partim Decemuiris in carcere necatis, partim in exiliũ actis. Rurſus Reſpu. ſuum ſtatum recepit, *Alc. lib. 7. c. 20.* παρεργ.
l *Bud.* ſeni. *Sanè locus eſt mihi ſuſpectus, quòd nuſquam viginti tribunos militũ cõſulari poteſtate creatos legerim. Liu. lib. 4. 5. & 6. ferè ſemper ſex creatos fuiſſe refert. initio libri quinti, octo.*
m haberentur,
n ius reddebat.
o qui haſtæ præeſſet, centumuiri litibus &c.
p *Goueanus mauult* decemuiri *quòd centumuiri magiſtratus non eſſent, ſed coercerẽtur, & cogerentur à decemuiris. lib. 2. lect. c. 25.*

tales æris, argenti, auri flatores: & triumuiri capitales, qui
carceris custodiam haberent: vt cùm animaduerti oporteret,
interuentu eorum fieret. Et quia magistratibus vespertinis tē-
poribus in publicum esse inconueniens erat, quinqueuiri cō-
a & trans. — stituti sunt cis Tiberim, & vltis[a] Tiberim, qui posśint pro
magistratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, 17
item Hispania; deinde Narbonensi prouincia: totidem prętores, quot prouinciæ in ditionem venerant, creati sunt: partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. Deinde Cornelius Sulla quæstiones publicas cōstituit:
b de sicariis de iniuriis. — veluti de falso, de parricidio, de sicariis[b]: & prætores quat-
c Suetonius in Iulio. — tuor adiecit. Deinde[c] Gaius Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales cōstituit. Ita duodecim prætores, sex ædiles sunt creati. Diuus
d Suetonius in Aug. — deinde Augustus[d] sedecim prætores constituit. Post deinde
e Suetonius in Claud. — Diuus[e] Claudius duos prætores adiecit, qui de fideicommisso ius dicerent. ex quibus vnum Diuus Titus detraxit: & adiecit Diuus Nerua, qui inter fiscum & priuatos ius diceret. Ita decem & octo prætores in ciuitate ius dicunt. Et hæc omnia, quotiens in republica sunt magistratus, obseruantur: quotiens autem proficiscuntur, vnus relinquitur, qui ius di-
f olim ita — cat. is vocatur præfectus vrbi. qui præfectus olim[f] constituebatur, postea ferè Latinarum feriarum causa introductus est, & quotannis obseruatur. nam præfectus annonæ, & vigilum, non sunt magistratus, sed extra ordinem vtilitatis causa
g Cis Tyberim. — constituti sunt. & tamen hi, quos Cistiberes[g] diximus, postea ædiles senatus consulto creabantur. Ergo ex his omnibus decem tribuni plebis, consules duo, decem & octo prætores, sex
ædiles in ciuitate iura reddebant. Iuris ciuilis scientiam plu 18
rimi & maximi viri professi sunt. sed qui eorum maximæ dignationis apud populum Romanū fuerunt (eorum) in præsentia mentio habenda est: vt appareat à quibus & qualibus, hæc iura orta, & tradita sunt. Et quidem ex omnibus qui sciē-
h Titium Coruncanum, vel Titum — tiam nancti sunt, ante Tiberium[h] Coruncanium publicè
i adhuc — professum neminem traditur. ceteri autem ad[i] hunc vel in latenti ius ciuile retinere cogitabant, solúmque consultatoribus ||vacare||: potius quàm discere volentibus se præstabant.
k Sextus Papirius. — Fuit autem in primis peritus Publius[k] Papirius, qui leges regias in vnum cōtulit. ab hoc Appius Claudius vnus ex decemuiris, cuius maximum consilium in duodecim tabulis scribendis fuit. post hunc Appius Claudius eiusdē generis maximam scientiam habuit. hic Centemmanus[l] appellatus est,
l cœcus. Cic. 3. offic. loquitur de T. Claudio Centimalo. — Appiam viam strauit, & aquā Claudiam induxit, & de Pyrrho in vrbe non recipiendo sententiam tulit. hunc etiā actiones scripsisse traditum est, primum de vsurpationibus, qui liber

ber non exstat. Idem Appius Claudius, qui[a] videtur ab hoc
processisse, R literam inuenit: vt pro Valesij[b] Valerij essent, &
pro Fusiis Furiis. Fuit post eos maximæ scientię Sempronius,
quem populus Romanus ΣΟΦΟΝ[c] appellauit: nec quisquã
ante hunc, aut post hunc hoc nomine cognominatus est. Ga-
ius Scipio Nasica, qui optimus à senatu appellatus est. cui etiã
publicè domus in sacra via data est, quò facilius consuli pos-
set. Deinde Quintus[d] Mucius, qui ad Carthaginienses missus
legatus, cùm essent duæ tesseræ positæ, vna pacis, altera belli:
arbitrio sibi dato, vtram vellet referret Romam, vtramque su-
stulit, & ait Carthaginiẽses petere debere, vtram mallent ac-
cipere. Post hos fuit Tiberius[e] Coruncanius, vt dixi, qui pri-
mus profiteri cœpit: cuius tamen scriptum nullum exstat, sed
19 respõsa cõplura, & memorabilia eius fuerũt. Deinde Sextus
Aelius, & frater eius Publius Aelius, & Publius Atilius ma-
ximam scientiam in profitendo habuerunt: vt duo Aelij etiã
consules fuerint. Atilius[f] autem primus à populo sapiens ap-
pellatus est. Sextum[g] Aelium etiam Ennius laudaBit, & ex-
stat illius liber, qui inscribitur Tripertita: qui liber veluti cu-
nabula iuris continet. Tripertita autem dicitur, quoniam le-
ge duodecim tabularum præposita, iungitur interpretatio,
dein subtexitur legis actio. Eiusdem esse tres alij libri refe-
runtur: quos tamen quidam negant eiusdem esse. hos secta-
tus ad aliquid est‖Cato. Deinde‖ Marcus Cato princeps Por-
ciæ familiæ, cuius & libri exstãt: sed plurimi filij eius, ex qui-
20 bus ceteri oriuntur. Post hos fuerunt Publius Mucius, &
Brutus, & Manilius, qui fundauerunt ius ciuile. ex his Pu-
blius Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem,
Manilius tres. & exstant volumina scripta[h], Manilij monu-
menta. illi duo cõsulares fuerunt, Brutus prætorius, Publius
autem Mucius etiam pontifex maximus. Ab his profecti sunt
Publius Rutilius Rufus, qui Romæ consul, & Asiæ procon-
sul fuit: Paulus Verginius, & Quintus Tubero ille Stoicus
Pansæ[i] auditor, qui & ipse consul. etiam Sextus Pompeius
Gnæi Pompeij patruus fuit eodem tempore: & Cœlius An-
tipater, qui historias conscripsit: sed plus eloquentiæ, quàm
scientiæ iuris operam dedit. etiam Lucius Crassus frater Pu-
blij Mucij, qui Mucianus[k] dictus est. hunc Cicero ait iuris-
21 consultorum disertissimum. Post hos Quintus Mucius
Publij filius pontifex maximus ius ciuile primus constituit,
generatim in libros decem & octo redigendo. Mucij audito-
res fuerunt cõplures: sed præcipuæ auctoritatis Aquilius Gal
lus, Balbus Lucilius, Sextus Papirius, Gaius Iuuentius. ex
quibus Gallum maximæ auctoritatis apud populum fuisse
Seruius dicit. omnes[l] tamen hi à Seruio Sulpicio nominan-
tur:

a vsu qui videtur
b *Quintili. lib. 1. c. 6.*
c *Cuius sæpe meminit Liuius in bello Maced.*
d Fabius. *Alc. lib. 4.* παρερ. c. 4.
e Titus Coruncanus.
f *Cic. in Lælio. vbi legitur* Acilius
g *Cic. 1. Tusc. & 2. de leg.*
h inscripta
i Panetij
k Munianus.
l omnes enim

tur:alioquin per se eorum scripta non talia exstant, vt [a] ea ad
omnes adpetant.denique nec versantur omnino scripta eorũ
inter manus hominum, sed Seruius libros suos compleuit,
pro cuius scriptura ipsorum quoque memoria habetur.
Seruius [b] cùm in causis orandis primum locum, aut pro 22
certo post Marcum Tullium optinere Traditur ad consulẽ-
dũ Quintum Mucium de re amici sui peruenisse.cúmque [c] eũ
sibi respondisse de iure Seruius parum intellexisset, iterum
Quintũ interrogasse, & à Quinto Mucio respõsum esse, nec
tamen percepisse: & ita obiurgatum esse à Quinto Mucio.
Namque eum dixisse, turpe esse patricio, & nobili, & causas
oranti, ius, in quo versaretur, ignorare. ea velut contumelia
Seruius tractatus [d], operam dedit iuri ciuili: & plurimũ eos,
de quibus locuti sumus, audiit: institutus à Balbo Lucilio, in-
structus autem maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinæ.
Itaq; libri complures eius exstant Cercinæ confecti. Hic cùm
in legatione perisset, statuã ei populus Romanus pro Rostris
posuit, & hodiéque [e] exstat pro Rostris Augusti, huius volu-
mina complura exstant: reliquit autem propè cẽtum & octa-
ginta libros. ab hoc plurimi profecerunt: ferè tamen hi libros
cõscripserunt, Alfenus Varus, Gaius, Aulus Ofilius, Titus Cæ-
sius, Aufidius Tucca, Aufidius Namusa, Flauius Priscus, Ga-
ius Atcius PacuBius, Labeo Antistius Labeonis Antistij pa-
ter Cinna, Publicius Gellius. Ex his decem, libros octo con-
scripserunt, quorum omnes qui fuerunt, libri digesti sunt ab
Aufidio Namusa in centum quadraginta [f] libros. Ex his au-
ditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus, &
Aulus Ofilius. ex quibus Varus & cõsul fuit: Ofilius in eque-
stri ordine perseuerauit. is fuit Cæsari familiarissimus: & li-
bros de iure ciuili plurimos, & qui omnẽ partem operis fũ-
darent, reliquit. nam de legibus Vicensimæ primus conscribit,
de iurisdictione: idem edictum prætoris primus diligenter cõ-
posuit. nã ante eum Seruius duos libros ad Brutũ perquàm
breuissimos ad edictum subscriptos reliquit. Fuit eodem 23
tempore & Trebatius, qui [g] idem CornelI Maximi auditor:
fuit Aulus Cascelius, Quintus Mucius VolOsij auditor [h]: de-
nique in illius honorem testamento Publium Mucium ne-
potem eius reliquit heredem. fuit autem quæstorius: nec vltrà
proficere [i] voluit, cùm illi etiam Augustus consulatum offer-
ret. ex his Trebatius peritior Cascelio, Cascelius Trebatio
eloquentior fuisse dicitur, Ofilius vtroque doctior. Cascelij
scripta non exstant, nisi vnus liber Bene dictorũ. Trebatij cõ-
plures: sed minus frequentatur. Post hoc [k] quoq; Tubero 24
fuit, qui Ofilio operam dedit. fuit autem patricius, & transIt
à causis agendis ad ius ciuile: maximè postquã Quintũ Liga-
rium

a vt ea omnes

b Seruius autẽ Sulpitius

c cumque eum de iure respondentem parum intellexisset, & iterum Quintiũ mutium interrogasset, &c.

d tractus

e & hostiæ *Cic. 9. Philipp.*

f quadringenta

g Quinti Corneli. *id quod constat ex epist. ad Trebatium. cuius initiũ est, Ex tuis litteris, Gell. li. 1. lect. c. 25.*

h auditor qui deinde

i procedere

k Post hos

rium accusauit, nec optinuit apud Gaium Cæsarem. Is est Quintus Ligarius, qui cùm Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquã aurire. quo nomine eum accusauit, & Cicero defendit. exstat eius oratio ‖satis‖ pulcherrima, quæ inscribitur, pro Quinto Ligario. Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici, & priuati: & complures vtriusque operis libros reliquit. sermone etiã antiquo vsus [a] affectauit scribere, & ideo parum libri eius grati
25 habentur. Post hunc maximæ auctoritatis fuerunt Ateius Capito, qui Ofilium secutus est, & Antistius Labeo, qui omnes hos audiuit: institutus est autem à Trebatio. Ex his Ateius consul fuit. Labeo noluit, cùm offerretur ei ab Augusto consulatus, quo sOffectus fieret, { & [b] } honorem suscipere, sed plurimum studiis operam dedit: & totum annum ita diuiserat, vt Romai sex mẽsibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet, & conscribendis libris operam daret. Itaque reliquit quadringenta volumina, ex quibus plurima inter manus versantur. Hi duo primũ veluti diuersas sectas fecerũt. nã Ateius Capito in his, quæ ei tradita fuerant, perseuerabat: Labeo ingenij qualitate & fiducia doctrinæ[c], qui & ceteris operis sapientiæ operam dederat, plurima innouare instituit. & ita Ateio Capitoni Massurius Sabinus successit, Labeoni Nerua. adhuc [d] eas dissensiones auxerunt. ‖Hic etiam‖ Nerua Cæsari familiarissimus fuit. Massurius Sabinus in equestri ordine fuit, & publicè primus † scripsit. posteáque [e] hoc cœpit beneficium [f] ‖ dari ‖ à [g] Tiberio Cæsare. Hoc tamen illi concessum erat. Et, vt obiter sciamus, ante tempora Augusti publicè respondẽdi ius non à principibus dabatur: sed qui fiduciã studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant. neque responsa vtique signata dabant: sed plerumque iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur, qui illos consulebant. Primus Diuus Augustus, vt maior iuris auctoritas haberetur, constituit, vt ex auctoritate eius responderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. & ideo optimus princeps Hadrianus, cùm ab eo viri prætorij peterent, vt sibi liceret respondere, rescripsit eis, hoc non peti, sed præstari solere, & ideo si quis fiduciam sui haberet, delectari se: populo ad respondendum se præpararet. Ergo Sabino concessum est à Tiberio Cæsare, vt populo respõderet. qui in equestri ordine iam grandis natu, & ferè annorum quinquaginta receptus est: huic nec amplæ facultates fuerunt. sed plurimùm à suis auditoribus sustentatus est. Huic successit Gaius Cassius Lõginus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpicij: & ideo proauum suum Seruium Sulpicium appellat. hic consul fuit cum Quartino temporibus Tiberij. sed plurimum in ciuitate au-

ctorita-

a versus

b cum honorem suscipere. *Augustus enim creare Labeonem Consulem in locũ demortui Cos. volebat. quod quia minus honorificum erat, & ominosum, Labeo recusauit. Cic. ad Attic. hoc esset in demortui locum vocari. Liu. li. 5. ab vr. cond. C. Iulius censor decessit in eius locum M. Cornelius suffectus. Quæ res postea religioni fuit: quia eo lustro Roma capta est, nec deinde vnquam in demortui locum censor sufficitur. Gou. lib. 1. lect. c. 25. deprehendi quoq; duos similes locos apud Liu. lib. 6. & lib. 9. in oratione P. Sempronij tribuni pl. aduersus Appium censorem.*

c doctrinæ fretus, quòd præ cæteris

d al. qui adhuc

† respondit.

e postea quam

f beneficio

g A Tiberio enim Cæsare hoc tum

ctoritatis habuit, eousque donec eum Cæsar [a] ciuitate pelleret. expulsus ab eo in Sardiniã, reuocatus à Vespasiano, diẽ suum obIt. Neruæ succeßit Proculus [b]. fuit eodem tempore & Nerua filius. fuit & alius Longinus ex equestri quidẽ ordine: qui postea ad præturam vsque peruenit. sed Proculi auctoritas maior fuit. nam etiam plurimũm potuit, appellatiq; sunt partim Caßiani, partim Proculeiani. quæ origo à Capitone, & Labeone cœperat. Caßio Cælius Sabinus succeßit, qui plurimũm temporibus Vespaßiani potuit. Proculo Pegasus, qui temporibus Vespaßiani præfectus vrbi fuit. Cęlio Sabino Priscus IaVolenus. Pegaso Celsus [c]. patri Celso Celsus [d] filius, & Priscus [e] Neratius: qui [f] vtrique consules fuerunt. Celsus quidem & iterũ. IaVoleno Prisco Aburnus [g h] Valens, & Tuscianus. item Saluius Iulianus.

a Fortè Claudius, nã eo imperante Caßius Syriæ præfuit. Tac. li. 12. Annal.
b Floruit temporibus Othonis & Vitellij.
c Tempore Traiani.
d Tempore Hadriani.
e Tempore Traiani. l. vlti. si à parent. quis manum. fuer.
f Huius cõsulatus mẽtio est l. vlt. C. de ser. reipub. manum. quo loco Celso attribuitur collega Neratius Marcellus, qui fuit Neratij Prisci frater. l. quæsitum. §. denique de fun. instr.
g Eburnius.
h Diuis fratribus amicus fuit. l. 17. de iure patronatus.

DE LEGIBVS SENATVSQVE CONSVLTIS, ET LONGA CONSVETVDINE TIT. III.

Iam partes iuris explicantur. Ac præcipuus locus & magis necessarius est de interpretatione, de qua multæ præceptiones & regulæ hic traduntur.

I. PAPINIANVS libro primo Definitionum

LEX EST commune præceptum: virorum prudentium consultum: delictorum, quæ sponte, vel ignorantia contrahuntur, coërcitio: [i] communis [k] reipublicæ sponsio.

II. MARCIANVS libro primo Institutionum.

NAm & Demosthenes [l] orator sic definit: ΤΟΥΤΟ ΕΣΤΙΝ ΝΟΜΟΣ, Ω ΠΑΝΤΑΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ ΠΡΟΣΗΚΕΙ ΠΕΙΘΕΣΘΑΙ ΔΙΑ ΠΟΛΛΑ ΚΑΙ ΜΑΛΙΣΤΑ, ΟΤΙ ΠΑΣ ΕΣΤΙΝ ΝΟΜΟΣ ΕΥΡΗΜΑ [m] ΜΕΝ ΚΑΙ ΔΩΡΟΝ ΘΕΟΥ, ΔΟΓΜΑ ΔΕ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΦΡΟΝΙΜΩΝ, ΕΠΑΝΟΡΘΩΜΑ ΔΕ ΤΩΝ ΕΚΟΥΣΙΩΝ ΚΑΙ ΑΚΟΥΣΙΩΝ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΩΝ, ΠΟΛΕΩΣ ΔΕ ΣΥΝΘΗΚΗ ΚΟΙΝΗ, ΚΑΘ ΗΝ ΑΠΑΣΙ ΠΡΟΣΗΚΕΙ ΖΗΝ ΤΟΙΣ ΕΝ ΤΗ ΠΟΛΕΙ. Sed & Philosophꝰ sũmæ Stoicæ sapiẽtię Chrysippus sic incipit libro, quẽ fecit, ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΥ. Ο ΝΟΜΟΣ ΠΑΝΤΩΝ ΕΣΤΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΘΕΙΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΑΝΘΡΩΠΙΝΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ. ΔΕΙ ΔΕ ΑΥΤΟΝ ΠΡΟΣΤΑΤΗΝ ΤΕ ΕΙΝΑΙ ΤΩΝ ΚΑΛΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΙΣΧΡΩΝ, ΚΑΙ ΑΡΧΟΝΤΑ, ΚΑΙ ΗΓΕΜΟΝΑ, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΟΥΤΟ ΚΑΝΟΝΑ ΤΕ ΕΙΝΑΙ ΔΙΚΑΙΩΝ ΚΑΙ ΑΔΙΚΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΦΥΣΕΙ ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ ΖΩΩΝ: ΠΡΟΣΤΑΤΙΚΟΝ ΜΕΝ, ΩΝ ΠΟΙΗΤΕΟΝ: ΑΠΑΓΟΡΕΥΤΙΚΟΝ ΔΕ, ΩΝ ΟΥ ΠΟΙΗΤΕΟΝ.

i correctio. Nam videtur interpretari voluisse ἐπανόρθωμα.
k Refer ad eas Respubl. in quibus non vnus imperabat, sed sũma potestas erat penes populum. In illis enim nulla lex ferri potuit sine communi omniũ consensu.
l In oratione contra Aristogitonem.
m Non respicit ad id quod dij legum inuentores esse feruntur, vt Iuppiter, Apollo, Minerua, Saturnus, Aegeria: sed quòd præclarißimarum quarunque rerum & nobis vtilißimarum inuentionem diis tribuamus, cuius generis est lex, qua vita nostra tutò regitur.

III. POM-

III. POMPONIVS libro vicensimoquinto ad Sabinum

IVra constitui oportet, vt dixit Theophrastus, in his quæ ἐπὶ [a] τὸ πλεῖστον accidunt, non quæ ἐκ παραλόγου.

IIII. CELSVS libro quinto Digestorum

EX his quæ fortè vno aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur.

V. IDEM libro XVII. Digestorum

NAm [b] ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter, & facilè, quàm quæ perrarò eueniunt.

VI. PAVLVS libro XVII. ad Plautium

TO γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, vt ait Theophrastus, παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται.

VII. MODESTINVS libro I. Regularum

LEgis [c] virtus ‖ hæc ‖ est: imperare * vetare * permittere, punire.

VIII. VLPIANVS libro III. ad Sabinum

IVra [d] non in singulas personas, sed generaliter constituuntur.

IX. IDEM libro XVI. ad Edictum

NOn ambigitur, senatum ius facere posse.

X. IVLIANVS libro LVIIII. Digestorum [e]

NEque leges, neque senatusconsulta * ita * scribi possunt, vt omnes * casus * qui quandoque inciderint, comprehendantur: sed sufficit ‖ & ‖ ea quæ plerumque accidunt contineri.

XI. IDEM libro LXXXX. Digestorum

ET ideo de his, quæ primò constituuntur: aut interpretatione, aut constitutione optimi principis certius statuendum est.

XII. IDEM libro XV. Digestorum

NOn [f] posũt omnes articuli singillatim aut legibus, aut senatusconsultis comprehendi, sed cum in aliqua causa sententia eoru Manifesta est, is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet.

XIII. VLPIANVS libro I. ad Edictum ædilium *curulium*

NAm vt ait Pedius, quotiens lege aliquid vnum, vel alterũ introductum est: bona occasio est cætera quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certè iurisdictione suppleri.

XIIII. PAVLVS libro LIIII. ad Edictum

QVod verò [g] contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias.

a Malè igitur Halo. & bene Bud.

b Sũpta est ex l. anti qui. si pars hæred. peta. & l. sed & si restituatur. de iudi. quæ cũ hac coniungi debent. Duar.

c Quintil. lib. 7. c. 8.

d Definitio legis & priuilegij hoc indicat. Gel. lib. 10. c. 20.

e ad Edictum.

f Arist. lib. 1. Politic. c. 6. Cic. 3. off. loquens de T. Claudio Centumalo.

g Sumpta est ex ti. de vsucap. sicut l. quod cõtra. de regu. iur. Duar.

XV. IVLIA-

XV. IVLIANVS libro XXVII. Digestorum

a Coniunge l. 20. de mil. testa. vt inde exemplum regulæ colligas. Duar.

IN his quæ [a] contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris.

XVI. PAVLVS libro singulari de iure singulari

b Pete exemplum ex l. quod nostrum, de vsuf. & l. Maritum. solu. mat. quæ cum his coniungendæ sunt. Duar.

IVs singulare [b] est, quod contra tenorē rationis, propter aliquam vtilitatem, auctoritate constituentiū introductū est.

XVII. CELSVS libro XXVI. Digestorum

SCire leges non||hoc||est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem.

XVIII. IDEM libro XXVIIII. Digestorum

BEnignius leges interpretandæ sunt, quò voluntas earum conseruetur.

XIX. IDEM libro XXIII. Digestorum

IN ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quæ vitio caret: præsertim cùm etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.

XX. IVLIANVS libro LV. Digestorum

NOn omnium, quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.

XXI. NERATIVS libro VI. Membranarum

ET ideo rationes eorum, quæ constituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his quæ certa sunt, subuertuntur.

XXII. VLPIANVS libro XXXV. ad Edictum

c Cic. 3. act. in Verr.

CVm [c] lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.

XXIII. PAVLVS libro quarto ad Plautium

MInimè sunt mutanda, quæ interpretationem certā semper habuerunt.

XXIIII. CELSVS libro VIIII. Digestorum

d Aeschines in orat. contra Ctesiph. Demosthenē accusat quòd non integram legem, sed eius dūtaxat partem proponat.

INciuile [d] est, nisi tota lege perspecta, vna aliqua particula eius proposita iudicare, vel respondere.

XXV. MODESTINVS libro VIII. Responsorum

NVlla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem.

XXVI. PAVLVS libro IIII. Quæstionum

NOn est nouum, vt priores leges ad posteriores trahātur.

XXVII. TERTYLLIANVS libro I. Quæstionum

IDeo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi, vsitatum est: * & * semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, vt ad eas quoque personas & ad eas res pertinerent[f], quæ quandoque similes erunt.

f pertineant.

XXVIII. PAVLVS libro v. ad Legem Iuliam & Papiam

SEd & posteriores leges ad priores pertinent: nisi contrariæ sint: idque multis argumentis probatur.

XXIX. IDEM libro singulari ad Legem Cinciam

COntra legem facit qui id facit quod lex prohibet: in fraudē[a] verò qui saluis verbis legis, sententiā eius circūmuenit.

XXX. VLPIANVS libro IIII. ad Edictum

FRaus[b] enim legi fit vbi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit: & quod distat ΡΗΤΟΝ ΑΠΟ ΔΙΑΝΟΙΑΣ, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit.

XXXI. IDEM libro XIII. ad Legem Iuliam & Papiam

PRinceps[c] legibus solutus est. Augusta autem licet legibus soluta non est: principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quæ[d] ipsi habent.

Quæ sit vis consuetudinis.

XXXII. IVLIANVS libro LXXXIIII. Digestorum

DE quibus causis scriptis legibus non vtimur, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine inductū* est.* & si qua in re hoc deficere Tunc[e] quod proximum & consequens ei est. si nec id quidem appareat: tunc ius, quo vrbs Roma vtitur, seruari oportet. Inueterata[f] consuetudo pro lege non immeritò custoditur: & hoc est ius quod dicitur moribus constitutū. Nā cùm ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sunt: meritò & ea, quæ sine vllo scripto populus probauit, tenebunt omnes. nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Quare[g] rectissimè etiam illud receptum est, vt leges non solùm suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

XXXIII. VLPIANVS libro primo de officio Proconsulis

DIuturna consuetudo pro iure & lege in his quæ non ex scripto descendunt: obseruari solet.

XXXIIII. IDEM libro IIII. de officio Proconsulis

CVm de consuetudine ciuitatis vel prouinciæ confidere quis videtur, primùm quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquando iudicio consuetudo firmata sit.

XXXV. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum

SEd & ea, quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos obseruata velut tacita ciuium conuentio, non minus, quàm ea quæ scripta sunt iura, seruantur.

XXXVI. PAV-

a fraudem verò legis

b *Hæc verba accepta sunt à rhetoribus qui* ῥητὸν καὶ διάνοιαν. *id est, scriptum & voluntatem inter quæstiones legales ponunt.* Alc. 1. παρέρ. c. 7.

c *Dion lib. 53. scribit hoc Augusto primum tributum fuisse.*

d quæ & ipsi

e defecerit tunc

f *Quæ tanti temporis esse debet, vt eius memoria non extet, maximè si de rebus grauib⁹ agatur. Qua de re Connanus li. 1. tit. 10. aduersus Bartolū doctè disserit.*

g *Hæc verba concilia cum l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.* Duar. 2. Disput. c. 32.

XXXVI. PAVLVS libro VII. ad Sabinum

IMmo magnę auctoritatis hoc ius habetur: quod intantum probatum est, vt non fuerit necesse scripto id comprehendere.

XXXVII. IDEM libro primo Quæstionum

SI de interpretatione legis quæratur, *in primis* inspiciendũ est quo iure ciuitas retro in eiusmodi casibV Sa[a] fuisset. optima enim est legum[b] interpres consuetudo.

a casibus vsa fuit
b legis

XXXVIII. CALLISTRATVS libro primo Quæstionum

NAm Imperator noster Seuerus rescripsit, in ambiguitatibus quæ ex legibus proficiscuntur consuetudinẽ, aut rerum perpetuò similiter iudicatarum auctoritatem, vim legis optinere debere.

XXXIX. CELSVS libro XXIII. Digestorum

QVod non ratione introductum, sed errore primũm, deinde consuetudine optentum est: in aliis similibus non optinet.

XL. MODESTINVS libro primo Regularum

ERgo omne ius aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmauit consuetudo.

XLI. VLPIANVS libro II. Institutionum

TOtum autem ius constitit aut in adquirendo, aut in conseruando, aut in minuendo. aut enim hoc agitur quẽadmodum quid cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem vel ius suum conseruet, aut quomodo alienet, aut amittat.

DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM[c] TITVLVS IIII.

c Quales leges principem ferre oportet, Plato dialog. 3. de leg.

Constitutiones principum pars iuris ciuilis sunt.

VLPIANVS libro primo Institutionum



QVOD principi placuit legis habet vigorem: vtpote cùm lege regia, quæ de imperio eius lata est, populus ei[d] & in eum omne suum imperiũ & potestatem conferat.[e] Quodcunque[f] igitur imperator per epistulam & subscriptionẽ statuit, vel cognoscens decreuit, vel[g] de plano interlocutus est, vel edicto præcepit: legem esse constat: hæc sunt quas vOlgo constitutiones appellamus. Planè ex his quædã sunt personales, nec ad exemplum trahuntur: nam quæ[h] princeps ali Qui ob merita indulsit, vel si quam pœnam irrogauit, vel si cui sine exemplo subuenit: personam non egreditur.

d Duar. lib. 2. disput. c. 19.
e contulerit.
f Itaque preclarè Nicocles apud Isocratem ἐν τῷ συμμαχικῷ ait, τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς, νόμους εἶναι νομίζετε, καὶ πειρᾶσθε τούτοις ἐμμένειν &c.
g De loco æquali, fortè de via: non pro tribunali, neque solenni more, inter aliud agẽdum obiter definiuit.
h quod

II. VLPIANVS Fideicommissorum libro quarto.

IN rebus noBis constituendis euidens esse vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est.

III. IAVO-

III. IAVOLENVS [a] Epistularum libro tertio decimo

BEneficium imperatoris, quod à diuina ſcilicet eius indulgẽtia proficiſcitur, quàm pleniſsimè interpretari debemus.

IIII. MODESTINVS libro ſecundo Excuſationum

ΑΙ ΜΕΤΑΓΕΝΕΣΤΕΡΑΙ ΔΙΑΤΑΞΕΙΣ ΙΣΧΥΡΟΤΕΡΑΙ ΤΩΝ ΠΡΟ ΑΥΤΩΝ ΕΙΣΙΝ.

a Lepidum & idoneũ huiuſce regulæ exemplum extat apud Herodotum de Alcmeone & Crœſo.

DE STATV HOMINVM. TIT. V.

Variæ diuiſiones ac diffinitiones ad ſtatum perſonarum pertinentes, quarum cognitio in cuiuſque tractatus interpretatione neceſſaria eſt.

GAIVS [b] libro primo inſtitutionum

OMNE [c] ius quo vtimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.

II. HERMOGENIANVS libro primo "iuris" Epitomarum

CVm igitur hominum cauſa omne ius conſtitutum ſit, primò de perſonarum ſtatu, ac poſt de ceteris ordinem [d] edicti perpetui ſecuti, & his proximos atque coniũctos applicãtes titulos vt res patitur, dicemus.

III. GAIVS libro primo Inſtitutionum

SVmma itaque de iure perſonarum diuiſio hæc eſt, quod omnes homines aut liberi ſunt, aut ſerui.

IIII. FLORENTINVS libro nono Inſtitutionum

LIbertas eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibetur. Seruitus eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubIcitur. Serui [e] ex eo appellati ſunt, quòd Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent. Mancipia verò dicta, quòd ab hoſtibus manu capiantur.

V. MARCIANVS libro primo Inſtitutionum

ET ſeruorum quidem vna eſt conditio; liberorum autem hominum [f] quidam ingenui ſunt, quidam libertini.

1 Serui autem in dominium noſtrum rediguntur, aut iure ciuili, aut gentium. Iure ciuili, ſi quis ſe maior viginti annis ad pretium participandum venire paſſus eſt. Iure gentium ſerui noſtri ſunt qui ab hoſtibus capiuntur, aut qui ex ancillis

2 noſtris naſcuntur. Ingenui ſunt, qui ex matre libera nati ſunt. ſufficit enim liberam fuiſſe eo [g] tempore quo naſcitur, licet ancilla concepit: & econtrario ſi libera conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum qui naſcitur, liberum naſci. nec intereſt iuſtis nuptiis concepit, an vOlgo: quia non debet calá-

3 mitas matris nocere ei qui in ventre eſt. Ex hoc quæſitũ eſt ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta aut expulſa ciuitate pepererit, liberum, an ſeruum pariat: & tamen

b Paulus

c Hoc ſentit nullam partem iuris eſſe, nullum contractum, nullũ negotium, nullam actionem, nullum iudicium, in quo tractando hæc loca ſimul non incurrãt. Duar. 1. Diſpu. c. 55.

d Ex quo perpetuo ius diceretur. Aſcon. in orat. pro Cor. cuius compoſitor fuit Saluius Iulianus ſuprà conſtit. 3. §. ſi quid igitur tale.

e Gel. lib. 7. c. 4.

f hominum multæ. Quidam enim

g quo tempore naſcitur





tamen rectius probatum est liberum nasci, & sufficere ei qui in ventre est, liberam matrem vel medio tempore habuisse.

VI. GAIVS libro primo Institutionum

LIbertini [a] sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

a De libertorum & libertinorum discrimine, Augu. ad l. 1. de excus. tut.

VII. PAVLVS libro singulari de Portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur

QVi [b] in vtero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quotiens de commodis ipsius partus quæritur: quamquam alij antequam nascatur, nequaquam prosit.

b Vt rectè interpreteris hoc caput coniunge cum c. vlt. de bon. damna. vti coniuncta inter se quondam erant.

VIII. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum

IMperator Titus Antoninus rescripsit, non lædi statum liberorum ob tenorem instrumenti malè concepti.

IX. IDEM libro trigensimoprimo Quæstionum

IN multis iuris nostri articulis deterior est conditio feminarum, quàm masculorum.

X. VLPIANVS libro primo ad Sabinum

QVæritur Hermaphroditum cui comparamus: & magis puto eius sexus æstimandum, qui in eo præualet.

De nuptiis sine consensu parentum.

XI. PAVLVS libro octauodecimo Responsorum

PAulus [c] respondit eum, qui viuente patre & ignorante de coniunctione filiæ conceptus est, licet post mortem aui natus sit, iustum filium ei ex quo conceptus est esse non videri.

c Coniunge c. 2. de diu. reg. Dua.

De tempore partus humani.

XII. IDEM libro nonodecimo Responsorum

SEptimo [d] mense nasci perfectum partum iam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis: & ideo credendum est eum, qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse.

d De tempore partus. Gel. li. 3. c. 16. Plut. 5. de placit. philos. c. 18. Censorinus in ti. de die natali. Macro. li. 1. c. 8. in somnio Scipionis. Cic. epist. vlt. li. 10. ad Att. & Auson. de ratione puerperij maturi: & Paul. li. 4. sen. tit. 8.

XIII. HERMOGENIANVS libro primo Iuris Epitomarum

SEruus in causa capitali fortunæ iudicio à domino commissus, & si fuerit absolutus, non fit liber.

Quid appellatione liberorum contineatur.

XIIII. PAVLVS libro quarto Sententiarum

NOn [e] sunt liberi qui contra formam humani generis conuerso more procreantur: veluti si mulier monstrosum aliquid, aut prodigiosum enixa [f] sit. Partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliauit, aliquatenus [g] videtur effectus: & ideo inter liberos connumerabitur.

e Mirabile prodigiosi partus exemplum refert Ammianus Marcellinus rerum gestarum lib. 19.

f rectè tamen dicetur peperisse enixáue esse, ac conditionem, si pariat, impleuisse. l. quaret. de ver. sign. ne pugnãt hæc inter se, peperisse, & liberorum numero partum non haberi.

g alicuius

Tot partus esse intelliguntur, quot liberi nascuntur.

XV. TRYPHONINVS libro decimo Disputationum

ARescusa si tres pepererit libera esse testaméto iussa, primo partu vnum, secundo tres peperit: quesitum est, an & quis

eorum

eorum liber esset. hæc conditio libertati adposita iam implenda mulieri est: sed non dubitari debet quin vltimus liber nascatur. nec enim natura permisit simul vno impetu duos infantes de vtero [a] matris excedere: vt ordine incerto nascentiũ non appareat, vter [b] in seruitute, libertatéue nascatur. Incipiẽte igitur partu existens conditio efficit, vt ex libera edatur, quod [c] postea nascitur. veluti si quælibet alia conditio libertati mulieris adposita parturiente ea existat: vel [d] manumissa sub hac conditione, si decem milia hæredi Titióue [e] dederit, eo momento quo parit, per [f] alium impleuerit conditionem: iam libera peperisse credenda est.

a vno vtero
b vtrum *rectior est Florentina.*
c qui
d &
e Titio
f si per

XVI. VLPIANVS libro sexto Disputationum

IDem erit si eadem Arescusa primò duo pepererat [g], postea geminos ediderat: dicendum est enim non posse dici vtrũque ingenuum nasci, sed eum qui posterior nascitur: quæstio ergo facti potius est, non iuris.

g pariat

XVII. IDEM libro vicensimosecundo ad Edictum

IN [h] orbe [i] Romano, qui sunt ex constitutione imperatoris Antonini ciues Romani effecti sunt.

h *De iure ciuiũ. Cic. in orat. pro Corne. Balbo.*
i *Male quidam legerunt* vrbe, *Alc. lib. dispunc. 2. c. 22.*

XVIII. IDEM libro vicensimoseptimo ad Sabinum

IMperator [k] Hadrianus Publicio [l] Marcello rescripsit liberam, quæ prægnas vltimo supplicio damnata est, liberum parere: & solitum esse seruari eam dum partum ederet. Sed si ei, quæ ex iustis nuptiis concepit, aqua & igni interdictũ est, ciuem Romanum parit & in potestate patris.

k *Aelianus lib. 5. de var. histor. Philo Alex.* περὶ φιλανθρωπίας.
l Publio

XVIIII. CELSVS libro vicensimonono Digestorum

CVm legitimæ nuptiæ factæ sint, patrem liberi sequuntur: vOlgo quæsitus matrem sequitur.

XX. VLPIANVS libro XXXVIII. ad Sabinum

QVi furere [m] cœpit, & statum, & dignitatem in qua fuit, & magistratum, & potestatem [n] videtur retinere: sicut rei suæ dominium retinet.

m *Confer ca. 4. de cur. r. t. furio.*
n *Quam pater habet in liberos. furore enim non tollitur. Theophi. tit. de nup. Accur. hic nugatur.*

XXI. MODESTINVS libro septimo Regularum

HOmo liber, qui se vendidit, manumissus non ad suum statum reuertitur, quo se abdicauit: sed efficitur libertinæ cõditionis.

XXII. IDEM libro duodecimo Responsorum

HErennius Modestinus respondit, si eo tempore enixa est ancilla, quo secundum legem donationis manumissa esse debuit: cùm ex constitutione libera fuerit, ingenuum ex ea natum.

XXIII. IDEM libro primo Pandectarum

VOlgo [a] concepti dicuntur qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, qnem habere non licet: qui & spurij appellantur ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΣΠΟΡΑΝ.

a Plutarch. in problematibus ait spurium designari solitum his notis Sp. & Spurium inde appellatum.

XXIIII. VLPIANVS libro vicensimo septimo ad Sabinum

LEx naturæ hæc est, vt qui nascitur sine legitimo matrimonio matrem sequatur, nisi lex specialis aliud inducit.

XXV. IDEM libro primo ad legem Iuliam & Papiam

INgenuum [b] accipere debemus etiam eum de quo sententia lata est, quamuis fuerit libertinus. quia res iudicata pro veritate accipitur.

b Exemplum est l. res iudicata. de reg. iur. quæ eodē ex loco sumpta est.

XXVI. IVLIANVS libro sexagensimonono Digestorum

QVI in [c] vtero sunt, in toto pænè iure ciuili intelleguntur in rerum natura esse. Nam & legitimæ hæreditates his restituuntur, & si prægnas mulier ab hostibus capta sit, id quod natum erit postliminium habet. item patris vel matris conditionem sequitur. Præterea si * ancilla * prægnas surrepta fuerit, quamuis apud bonæ fidei emptorem pepererit, id quod natum erit, tāquam furtiuum vsu non capitur. His cōsequens est vt libertus quoque, quamdiu patroni filius nasci possit, eo iure sit, quo sunt qui patronos habent.

c Coniunge ca. 25. de condi. & demonst. ca. 23. de cap. & postlim. Duar.

XXVII. VLPIANVS libro quinto Opinionum

EVm qui se libertinum esse fatetur, nec adoptando patronus ingenuum facere [d] potuit.

d Vt senatoris filiam vxorem ducere posset, iura tamen ingenui in familia patroni ingenui consecutus est. l. sciendum. 32. de ritu nupt.

DE HIS QVI SVI VEL ALIENI IVRIS SVNT. TITVLVS VI.

GAIVS libro primo Institutionum

DE IVRE personarum alia diuisio sequitur: quòd quędam personæ sui iuris sunt, quædam alieno iuri subiectæ sunt. Videamus itaque de his, quæ alieno iuri subiectæ sunt. nam si cognouerimus quæ istæ personæ sunt, simul intellegemus quæ sui iuris sunt. dispiciamus itaque de his quæ in aliena potestate sunt. Igitur in potestate sunt serui dominorum, quæ quidem potestas iuris gentium est: nam apud omnes peræquè gentes animaduertere possumus dominis in seruos vitæ necisque potestatem fuisse. & quodcunque per seruum adquiritur, id domino adquiritur [e]. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra modum & sine [f] causa legibus cognita in seruos suos sæuire. nam ex constitutione Diui [g] Antonini qui sine causa seruum suum occiderit, non minus pOniri iubetur, quàm qui

e adquiri

f Spartia. in Hadria. Seruos à dominis occidi vetuit, eósque iussit damnari per iudices, si digni essent.

g Addunt alij, Pij.

qui alienum ſeruum occiderit. Sed & maior aſperitas dominorum eiuſdem principis conſtitutione coërcetur.

II. VLPIANVS libro octauo de officio Proconſulis

SI dominus in ſeruos ſæuierit, vel ad impudicitiam turpémque violationem compellat, quæ ſint partes præſidis ex reſcripto Diui [a] Pij ad Aelium Marcianum proconſulem Veticæ [b] manifeſtabitur: cuius reſcripti verba hæc ſunt.

Dominorum quidem poteſtatem in ſuos ſeruos illibatā eſſe oportet, nec cuiquam hominum ius ſuum detrahi. ſed dominorum intereſt ne auxilium contra ſæuitiam, vel famē, vel intolerabilem iniuriam denegetur his, qui iuſtè deprecantur. Ideóque cognoſce de querellis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuam confugerunt: & ſi vel durius habitos, quàm æquum eſt, vel infami iniuria affectos cognoueris: veniri [c] iube, ita vt in poteſtate domini non reuertantur. qui ſi meæ conſtitutioni fraudem [d] fecerit, ſciet [e] me admiſſum [f] ſeuerius exſecuturum. Diuus etiam Hadrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquennium relegauit, quòd ex leuiſsimis cauſis ancillas [g] atrociſsimè tractaſſet.

III. GAIVS libro primo Inſtitutionum

ITem in poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis nuptiis procreauerimus: quod ius proprium ciuium Romanorum [h] eſt.

IIII. VLPIANVS libro primo Inſtitutionum

NAm ciuium Romanorum quidam ſunt patresfamiliarū, *alij [i] filij familiarū*: quædā matresfamiliarū, quædā filiæfamiliarū. Patresfamiliarū [k] ſunt, qui ſunt ſuæ poteſtatis: ſiue puberes, ſiue impuberes. ſimili modo matresfamiliarum. filiifamiliarum [l] & filiæ: quæ ſunt in aliena poteſtate. Nam qui ex me & vxore mea naſcitur, in mea poteſtate eſt: item qui ex filio meo & vxore eius naſcitur, id eſt nepos meus & neptis, ęquè in mea ſunt poteſtate: & pronepos & proneptis, & deinceps ceteri.

V. IDEM libro trigenſimo ſexto ad Sabinum

NEpotes ex filio mortuo auo reccidere ſolent in filij poteſtatem ‖hoc [m] eſt patris ſui.‖ ſimili modo & pronepotes *&* deinceps vel in filij poteſtate ſi viuit, & in familia manſit: vel in eius parentis, qui ante eos in poteſtate eſt. & hoc nō tantùm in naturalibus, verùm in adoptiuis quoque iuris eſt.

Filius quis habendus ſit.

VI. IDEM libro nono ad Sabinum

FIlium eum definimus: qui ex viro & vxore eius naſcitur. Sed ſi fingamus afuiſſe [n] maritum verbi gratia per decennium, reuerſum anniculum inueniſſe in domo ſua: placet nobis

a *Non conſtituit nouum ius, ſed vetus confirmauit: quod apparet ex hoc Seneca loco 3. de benefic. Atqui de iniuriis dominorū in ſeruos qui audiat, poſitus eſt, qui & ſæuitiam, & libidinem, & in præbendis ad victum neceſſariis auaritiam compeſcat. De hoc reſcripto Macrobius 1. Sat. c. 11.*

b Beticæ

c venire

d *Palàm vendens ſeruum, ſed clàm hoc agens vt ſibi reddatur,*

e ſciat

f hoc admiſſum

g ancillas ſuas

h *Nam parentibus licet vbique gentium liberi pareant: apud Romanos tamen ſolos eis acquirunt, l. 2. ſupra de iuſti. & iure. Gel. li. 2. c. 7. & tit de pat. pot. Inſti.*

i quidam

k *De poteſtate parentum, vide Plat. li. 3. & 4. de legib. Deut. c. 25. & Val. li. 5. titu. 8.*

l Filij verò familiarū & filiæ qui ſunt

m *Hæc deſunt in aliis libris, quæ tamen locum hunc maximè illuſtrant.*

n abſfuiſſe

 bis

a *Qua extat l. 1. §. Idem Iulianus. infr. de agnoscen. lib.*

bis Iuliani[a] sententia hunc non esse mariti filium. non tamē ferendum Iulianus ait eum, qui cum vxore sua adsiduè moratus nolit filium adgnoscere, quasi non suum. Sed mihi videtur, quod & Scæuola proVat, si constet maritum aliquamdiu cum vxore non concubuisse infirmitate interueniente, vel alia causa, vel[b] si ea valetudine paterfamilias fuit, vt generare non possit: hunc qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filium non esse.

b veluti

VII. IDEM libro vicensimo quinto ad Sabinum

c paterfamiliarum

SI qua pœna pater[c] fuerit affectus, vt vel ciuitatem amittat, vel seruus pœnæ efficiatur: sine dubio nepos filij loco succedit.

Ob furorem patris ius potestatis non soluitur.

VIII. IDEM libro vicensimo sexto ad Sabinum

PAtre furioso liberi nihilominus in patris sui potestate sunt. Idem & in omnibus est parentibus, qui habent liberos in potestate. nam cùm ius potestatis moribus sit receptum, nec possit desinere quis habere in potestate, nisi exierint liberi quibus casibus solent: nequaquā dubitandū est remanere eos in potestate. Quare non solum eos liberos in potestate habebit, quos ante furorem genuit: verùm & si qui ante furorem concepti in furore editi sunt. sed & si in furore agente eo vxor concipiat, videndum an in potestate eius nascatur filius. nam furiosus licet vxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest. quod cùm ita se habeat, in potestate filium habebit. Proinde & si furiosa sit vxor, ex ea ante conceptus in potestate nascetur. sed & in furore eius conceptus ab eo, qui non furebat, sine dubio in potestate nascetur: quia retinetur matrimonium. sed & si ambo in furore agant & vxor & maritus, & tunc concipiat: partus in potestate patris nascetur, quasi voluntatis reliquiis in furiosis manentibus. nā cùm consistat matrimonium altero furente, consistet[d] & vtroque. Adeo autem retinet ius potestatis pater furiosus, vt & adquiratur illi commodum eius, quod filius adquisiuit.

d constat

VIIII. POMPONIVS libro sextodecimo ad Quintum Mucium

e *In publicis causis parentū iura interquiescere. Gell. lib 2. cap 2.*
f veluti si
g vel tutor

FIliusfamilias[e] in publicis causis loco patrisfamilias habetur: veluti[f] vt magistratum gerat, vt[g] tutor detur.

X. VLPIANVS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam

SI iudex nutriri, vel ali oportere pronuntiauerit: dicendum est de veritate quærendum filius sit, an non: neque enim alimentorum causa veritati facit præiudicium.

XI. MO-

XI. MODESTINVS libro primo Pandectarum

INuiti filij naturales, vel emancipati [a] non rediguntur in patriam potestatem.

DE ADOPTIONIBVS ET EMANCIPATIONIBVS ET ALIIS MODIS QVIBVS POTESTAS* SOLVITVR. TIT. VII.

Duæ species adoptionis.

MODESTINVS libro secundo Regularum

FILIOSFAMILIAS [b] non solùm natura, verùm & adoptiones faciunt. quod adoptionis nomen est quidem generale, in duas autem species diuiditur: quarum altera adoptio similiter dicitur, altera adrogatio. Adoptantur filiifamilias: adrogantur qui sui iuris sunt.

II. GAIVS libro primo Institutionum

GEneralis enim adoptio duobus modis fit: aut principis auctoritate, aut magistratus imperio. Principis auctoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt. quæ species adoptionis dicitur adrogatio: quia [c] & is qui adoptat rogatur, id est interrogatur an velit eum, quem adoptaturus sit, iustum sibi filiũ esse: & is qui adoptatur, rogatur an id fieri patiatur. Imperio magistratus adoptamus *eos, * qui in potestate parẽtis sunt: siue primum gradum liberorum optineant, qualis est filius, filia: siue inferiorem, qualis est *nepos, *neptis, pronepos, proneptis. Illud vtriusque adoptionis commune est, quòd & hi qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare [d] possunt. Hoc verò proprium est ius adoptionis, quæ per principem fit: quòd is qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit: non solùm ipse potestati adrogatoris subIcitur, sed & liberi eius in eiusdem fiunt potestate tamquam nepotes.

III. PAVLVS libro quarto ad Sabinum

SI consul [e] vel præses filiusfamilias sit: posse eum apud semetipsum vel emancipari, vel in adoptionem dari constat.

IIII. MODESTINVS libro secundo Regularum

MAgistratum, apud [f] quem legis actio est, *&* emancipare filios suos, & in adoptionem dare apud se posse Neratij sententia est.

V. CELSVS libro vicensimo octauo Digestorum

IN adoptionibus [g] eorum dumtaxat, qui suæ potestatis sunt, voluntas exploratur. sin autem à patre dantur in adoptionem: in his vtriusque arbitrium spectandum est vel consentiendo, vel non contradicendo.

[a] Plana est & recta hæc lectio. Itaque legendum nõ est semel emancipati, vt Connanus voluit.

* patria potestas, vel ius patriæ potestatis

[b] Adoptiuos naturalibus præferendos suadet Plin. in Panegyrico ad Traianum & Had. imp. apud Dionẽ Cassium. Qua de re disputat in vtramque partem Stob. serm. 74.

[c] Gel. lib. 5. ca. 19. Arrogationem hinc dictã ait, quia genus hoc trãsitus in alienam familiam per populi rogationem fit. Et hæc etymologia verissima videtur. Caius tamẽ hãc fortè excogitauit, quæ suo tempori conueniebat. quòd vetus ille mos rogationum iam diu abusque Tyberij imperatoris tempore exoleuerat. Virorum autem prudentiũ semper habitum est à formulis recedere, vt tempori seruiant. Alc. li. 9. Parer. c. 5.

[d] adoptare possunt: castrati autem non possunt.

[e] Coniunge l. 2. de offic. præto. Duar.

[f] De legis actione. Alc. li. 3. Parer. c. 2.

[g] Post dictionem adoptionibus, virgula sub notari debet: cuius rei inscitia addiderunt dictionem ipsorum, & transposuerunt dumtaxat.

VI. PAVLVS libro trigensimo quinto ad Edictum

CVm nepos adoptatur quasi ex filio natus, consensus filij exigitur: ídque etiam Iulianus scribit.

VII. CELSVS libro trigensimo nono Digestorum

CVm adoptio fit, non est necessaria in eam rem auctoritas eorum, inter quos iura adgnationis consequuntur.

VIII. MODESTINVS libro secundo Regularum

QVod[a] ne curatoris auctoritas intercederet in adrogatione ante tenuerat, sub Diuo Claudio rectè mutatum est.

a Quod vt nec

IX. VLPIANVS libro primo ad Sabinum

ETiam cæcus adoptare, vel adoptari potest.

X. PAVLVS libro secundo ad Sabinum

SI quis nepotem quasi ex filio natum, quem in potestate habet, cõsentiente filio adoptauerit, non adgnascitur auo[b] suus hæres: quippe cùm post mortem aui quasi in patris sui reccidit potestatem.

b auo vt suus

XI. IDEM libro quarto ad Sabinum

SI is[c] qui filium haberet, in nepotis locum adoptasset, perinde atque si ex ‖eo ‖filio natus esset, & ‖is‖ filius auctor factus nõ esset: mortuo auo non esse nepotẽ in potestate filij.

c quis cum

XII. VLPIANVS libro quarto decimo ad Sabinum

QVi[d] liberatus est patria potestate, is postea in potestatem honestè reuerti non potest, nisi adoptione.

d In *fine additur versiculus hic integer.* Sed si semel fuerit adoptatus, ampliùs adoptari nõ potest. *quem à Florentinis libris rectè abesse iudico. & glossa quædam fuit quæ conciliabatur hoc responsum cũ l. adoptare, infr. eo. in hunc autem contextũ postea irrepsit.*

XIII. PAPINIANVS libro trigensimo sexto Quæstionum

IN omni ferè iure finita patris adoptiui potestate nullum ex[e] pristino retinetur vestigium: denique & patria dignitas quæsita per adoptionem finita ea deponitur.

e ex pristino iure

XIIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum

SEd etiam[f] nepos ex filio apud adoptatum[g] patrem conceptus & natus, per emancipationem iura omnia perdit.[h]

f & nepos
g adoptiuum
h perdet.

XV. VLPIANVS libro vicensimo sexto ad Sabinum

SI paterfamilias adoptatus sit: omnia quæ eius fuerunt & adquiri possunt, tacito iure ad eum transeunt, qui adoptauit. hoc amplius liberi eius, qui in potestate[i] sunt, eum sequũtur. sed & hi, qui postliminio redeunt, vel qui in vtero fuerũt *cùm* adrogaretur, simili modo in potestatem adrogatoris rediguntur. Qui duos filios & ex altero eorum nepotem 1
habet, si vult nepotem quasi ex altero natum[k] sic adoptare: potest hoc efficere si eum emancipauerit, & sic adoptauerit quasi ex altero natum. facit enim hoc quasi quilibet, nõ quasi auus. & qua ratione quasi ex quolibet natum potest adoptare, ita potest & quasi ex altero filio.

i potestate eius sunt,

k natus sit adoptare, *vel* natum adoptare:

Quæ sint iustæ causæ arrogationis.

In[l] adrogationibus cognitio vertitur, num fortè minor 2
sexa-

l *Ad hoc responsum & sequentes leges pertinent ea, quæ eleganter differit Cic. pro domo sua ad Pontifices.*

ſexaginta annis ſit* qui*adrogat,quia magis liberorum crea tioni ſtudere debeat: niſi fortè morbus aut valetudo in cauſa ſit,aut alia iuſta cauſa adrogandi: veluti ſi coniunctam ſibi perſonam velit adoptare. Item non debet quis plures adrogare,niſi ex iuſta cauſa. Sed nec libertum alienum,nec maiorem minor.

XVI. IAVOLENVS libro ſexto ex Caſsio

ADoptio enim in his perſonis locum habet,in quibus etiã[a] natura poteſt habere. a & natura

XVII. VLPIANVS libro vicenſimo ſexto ad Sabinum

NEc ei permittitur adrogare, qui tutelam *vel *curam alicuius adminiſtrauit, ſi minor vigintiquinq; annis ſit qui adrogatur: ne[b] fortè eum ideo adroget, ne rationes reddat. b num
Item inquirendum eſt ne forte turpis cauſa adrogandi ſub-
1 ſit. Eorum[c] dumtaxat pupillorum adrogatio permittenda [c]eſt‖his‖,qui vel naturali cognatione, vel ſanctiſsima affe- c iis,& melius. d promittenda
ctione ducti adoptarent:ceterorum prohibenda,ne eſſet in poteſtate tutorum & finire tutelam, & ſubſtitutionem à paren-
2 te factam extinguere. Et primùm quidem excutiendum erit quæ facultates pupilli ſint, & quæ eius, qui adoptare eum velit: vt æſtimetur ex comparatione earum, an ſalubris adoptio poſsit pupillo intellegi. deinde cuius vitæ ſit is qui velit pupillum redigere in familiam ſuam. tertiò cuius[e] idem ætatis ſit: vt æſtimetur an[f] melius ſit de liberis procreandis cogitare eum, quàm ex aliena familia quemquam redigere in po- e cuius demum f an non
3 teſtatem ſuam. Præterea videndum eſt an non debeat permitti ei, qui vel vnum habebit vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum, quos iuſtis nuptiis procreauerit, deminuatur ſpes, quam vnuſquiſque liberorum obſequio paret[g] ſibi: aut[h] qui adoptatus fuit minus percipiat, quàm dignum erit eum conſequi. Interdum & ditiorem permittetur adoptare pauperiori, ſi vitæ eius ſobrietas clara ſit, vel affectio ho- g parat h aut ne qui
4 neſta nec incognita. Satiſdatio autem in his caſibus dari ſolet.

XVIII. MARCELLVS libro vicenſimo ſexto Digeſtorum

NOn aliter enim voluntati eius, qui adrogare pupillum volet, ſi[i] cauſam eius ob alia probabit ſubſcribendum erit, i etiam ſi cauſam
quàm ſi cauerit ſeruo publico ſe reſtituturum‖ea‖, quæ ex bonis eius conſecutus fuerit: illis, ad quos res peruentura eſſet, ſi adrogatus permanſiſſet in ſuo ſtatu.

XIX. VLPIANVS libro vicenſimo ſexto ad Sabinum

HIs verbis ſatiſdationis, quæ ab adrogatore præſtari debet, AD QVOS EA RES PERTINET, & libertatibus

 proſpe-

prospectum esse, quæ secundis tabulis datæ sunt: & multo magis substituto seruo, item legatariis nemo dubitat. quæ satisdatio si omissa fuerit, vtilis actio in adrogatorem datur.

XX. MARCELLVS libro vicensimo sexto Digestorum

HAec autem satisdatio locum habet, si impubes decesit, sed & si de pupillo loquitur, tamen hoc & in pupilla obseruandum est.

XXI. GAIVS libro singulari Regularum

NAm & feminæ ex rescripto principis adrogari possunt.

XXII. VLPIANVS libro vicensimo sexto ad Sabinum

SI adrogator decesserit impubere relicto filio adoptiuo, & mox impubes decedat: an hæredes adrogatoris teneantur? & dicendum est hæredes quoque restituturos[a] & bona adrogati, & præterea quartam partem. Sed an impuberi adrogator substituere posit quæritur: & puto non admitti substitutionem, nisi fortè ad quartam solam, quam ex bonis eius cõsequitur: & hactenus, vt ei vsque ad pubertatem substituat. Ceterùm si fidei eius committat, vt quandoque restituat: non oportet admitti fideicommissum: quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, sed principali prouidentia. Hæc omnia dicenda sunt, siue in locum filij, siue in locum nepotis aliquis impuberem adrogauerit.

a restituere bona

XXIII. PAVLVS libro trigensimo quinto ad Edictum

QVi[b] in adoptionem datur, his quibus adgnascitur ‖&‖ cognatus fit: quibus verò non adgnascitur, nec cognatus fit; adoptio enim non ius sanguinis, sed ius adgnationis adfert. & ideo si filium adoptauerim,[c] vxor mea illi matris loco non est: neque enim adgnascitur ei, propter quod nec[d] cognata eius fit. Item nec mater mea auiæ loco illi est: quoniam his qui extra familiam meam sunt, nõ adgnascitur. sed filiæ meæ is, quem adoptaui, frater fit, quoniam in familia mea est filia, nuptiis[e] tamen etiam eorum prohibitis.

b *Sumptum ex tit. de ris. nupt. Duar.*

c adoptauero,

d cognatus. *sed Florentina lectio melior.*

e nuptiis etiam *vel* nuptiis tamen

XXIIII. VLPIANVS libro primo Disputationum

NEque absens, neque dissentiens adrogari potest.

XXV. IDEM libro quinto Opinionum

POst mortem filiæ suæ, quę vt materfamilias quasi iure emãcipata vixerat, & testamento scriptis hæredibus decesit, aduersus factum suum quasi non iure eam nec præsentibus testibus emancipasset,[f] pater mouere controuersiam prohibetur. Neque adoptare, neque adrogare quis absens, nec per alium eiusmodi sollemnitatem peragere potest. 1

f emancipauerit,

XXVI. IV-

XXVI. IVLIANVS libro septuagensimo Digestorum

QVem filius meus emãcipatus adoptauerit, is nepos meus non erit.

XXVII. IDEM libro octagensimo quinto Digestorum

EX adoptiuo natus adoptiui locum optinet‖in‖iure ciuili.

XXVIII. GAIVS libro primo Institutionum

LIberum arbitrium est ei, qui filium & ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate demittere[a], nepotem verò in potestate retinere. vel ex diuerso filium quidẽ in potestate retinere, nepotem verò manumittere: vel omnes sui iuris efficere. eadem & * de * pronepote dicta esse intellegemus.

a dimittere *vel* de potestate dimittere,

XXIX. CALLISTRATVS libro secundo Institutionum

SI pater naturalis loqui quidem non posit, alio tamen modo quàm sermone manifestum facere posit velle se filium suum in adoptionem dare: perinde confirmatur adoptio ac si iure facta esset.

XXX. PAVLVS libro primo Regularum

ET qui vxores non habent, filios adoptare possunt.

XXXI. MARCIANVS libro quinto Regularum

NOn potest filius qui est in potestate patris, vllo modo cõpellere eum ne sit in potestate: siue naturalis, siue adoptiuus.

XXXII. PAPINIANVS libro trigensimo primo Quæstionum

NOnnumquam autem impubes, qui adoptatus est, audiẽdus erit si pubes factus emancipari desideret: idque causa cognita per iudicem statuendum erit. Imperator Titus Antoninus rescripsit,[b] priuignum suum tutori adoptare permittendum.

b *Tutor quidem pupillum suum nõ adoptat, nisi idonea causa subsit l. nec ei supra eo. Hic autem ea subest, vt coniugalis concordia retineatur, quod non, nisi ex sanctissima affectione proficisci potest. Itaque hæc responsa nihil inter se pugnant.*

XXXIII. MARCIANVS libro quinto Regularum

ET si pubes factus non expedire sibi in potestatem eius redigi probauerit, æquum esse[c] emancipari eum à patre adoptiuo: atque ita pristinum ius reciperare.

XXXIIII. PAVLVS libro vndecimo Quæstionum

QVæsitum est‖si tibi filius in adoptionem hac lege sit datus, vt post triennium puta eundem mihi in adoptionem des, an actio vlla sit: & Labeo putat, nullam esse actionem. nec enim moribus nostris conuenit[d] filium temporalem habere.

c est

d conuenire

XXXV. IDEM

XXXV. IDEM libro primo Reſponſorum

PEr adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur. vnde ſenator & ſi à plebeio adoptatus eſt, manet ſenator. ſimiliter manet & ſenatoris filius.

XXXVI. IDEM libro octauodecimo Reſponſorum

EMancipari filium à patre quocumque loco poſſe conſtat, vt exeat de patria poteſtate. Apud proconſulem etiam in ea prouincia, quam ſortitus non eſt, & manumitti, &||in||ado ptionem dari poſſe placet.

XXXVII. IDEM libro ſecundo Sententiarum

ADoptare quis nepotis loco poteſt, etiam ſi filium non ha-
bet. Eum quem quis adoptauit, emancipatũ, vel in ad- 1
optionem datum iterum non poteſt adoptare.

XXXVIII. MARCELLVS libro vicenſimo ſexto Digeſtorum

ADoptio non iure facta, à principe confirmari poteſt.

XXXIX. VLPIANVS libro tertio de officio Conſulis [a]

a proconſulis
b Eutichiano

NAm ita Diuus Marcus Eutuchiano [b] reſcripſit: Quod ſi c
deſideras, an impetrare debeas æſtimabunt iudices adhi- c
bitis etiam his, qui cõtradicent [c]: id eſt qui læderentur confir- c
matione adoptionis. c

c contradicerent:

XL. MODESTINVS libro primo Differentiarum

ADrogato patrefamilias liberi, qui in eius erant poteſtate,
nepotes apud adrogatorem efficiuntur: ſimúlque cũ||ſuo||
patre in eius reccidunt poteſtatem. quod non ſimiliter in ado
ptionem [d] contingit: nam nepotes ex eo in aui naturalis reti-
nentur poteſtate. Non tantũ cùm quis adoptat, ſed & cùm 1
adrogat, maior eſſe debet eo, quem ſibi per adrogationem, vel
per adoptionem filium facit. & vtique plenæ [e] pubertatis, id
eſt decem & octo annis||eum|| præcedere debet. Spado ad- 2
rogando, ſuum hæredem ſibi adſciſcere [f] poteſt: nec ei corpo-
rale vitium impedimento eſt.

d in adoptione
e plena pubertate
f adcreſcere rectior eſt Floren.

XLI. IDEM libro ſecundo Regularum

SI pater filium, ex quo nepos illi eſt in poteſtate, emancipauerit, & poſtea eum adoptauerit: mortuo eo nepos in patris non reuertitur poteſtatem, nec is nepos in patris reuertitur poteſtatem, quem auus retinuerit filio dato in adoptionem, quem denuo redadoptauit.

XLII. IDEM libro primo Pandectarum

ETiam infantem in adoptionem dare poſſumus.

XLIII. POMPONIVS libro vicensimo ad Quintum Mucium

ADoptiones non solum filiorum, sed & quasi nepotũ fiũt: vt aliquis nepos noster esse videatur, perinde quasi ex filio, vel incerto [a] natus sit.

a incertô

XLIIII. PROCVLVS libro octauo Epistularum

SI is qui nepotẽ ex filio habet, in nepotis loco aliquem adoptauit: non puto mortuo auo iura consanguinitatis inter nepotes futura esse. sed si sic adoptauit, vt [b] etiam iure legis nepos suus esset, quasi [c] ex Lucio puta filio suo, & ex matrefamilias eius natus esset: contra puto.

b vt tam iure legéque nepos. *quam lectionem confirmat formula rogationis, cuius meminit Gel. lib. 5. c. 19. Itaque magis placet Duareno, quàm Florentina. lib. 2. disp. c. 14. vbi hoc caput eleganter explicat.*

c quàm si ex Lucio

XLV. PAVLVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam

ONera eius, qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptiuum transferuntur.

XLVI. VLPIANVS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam

IN seruitute mea quæsitus mihi filius in potestate Meam redigi beneficio principis potest: libertinum tamen eum manere non dubitatur.

DE DIVISIONE RERVM ET QVALITATE. TITVLVS VIII.

Diuisiones quædam rerum ac diffinitiones, quarum cognitio in nulla non parte iuris ciuilis necessaria est.

GAIVS libro secundo Institutionum

SVMMA rerum diuisio in duos *articulos* deducitur. nam aliæ sunt diuini iuris, aliæ humani. Diuini iuris sunt ‖ veluti ‖ res sacræ, & religiosæ: sanctæ quoque res, veluti muri & portæ, quodãmodo diuini iuris sunt. Quod autem diuini iuris est, id nullius in bonis est. id verò, quod humani iuris est, plerũque alicuius in bonis est. potest autẽ * & * nullius in bonis esse. nam * res * hæreditariæ antequam aliquis heres existat nullius in bonis sunt. Hæ autem res, quæ humani iuris sunt, aut publicæ sunt, aut priuatæ. quæ publicæ sunt, nullius in bonis esse creduntur, ‖ ipsius enim vniuersitatis esse creduntur ‖. priuatę [d] autem sunt quæ singulorum sunt. Quædam
1 præterea res corporales sunt, quædam incorporales. corporales hæ sunt, quæ tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. incorporales sunt quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ in iure consistunt: sicut hæreditas, vsusfructus, obligationes quoquo modo contractæ [e]. nec ad rem pertinet, quòd in hæreditate res corporales continentur: ‖ nam ‖ & fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale est: veluti fundus, homo,

d quæ autem priuatæ

e contractæ sunt

mo, pecunia. nam ipſum ius ſucceſsionis, & ipſum ius vtendifruendi, & ipſum ius obligationis incorporale eſt. Eodẽ numero ſunt‖ &‖ iura prædiorum vrbanorum & ruſticorum, quæ etiam ſeruitutes vocantur.

II. MARCIANVS libro tertio Inſtitutionum

a cuique

QVædam naturali iure communia ſunt omnium, quædã vniuerſitatis, quædam nullius, pleraque ſingulorum: quæ variis ex cauſis Quique[a] adquiruntur. Etquidem naturali iure omnium cõmunia ſunt illa: aër, aqua proflués, & mare, & per hoc litora maris.

b libro primo

III. FLORENTINVS Inſtitutionum libro ſexto[b]

c & occupamus, *vt inuenire hic cum effectu accipiatur. l. 1. in princ. de acquir. poſ.*

ITem lapilli, gemmæ, ceteráque, quę in litore inuenimus[c], iure naturali noſtra ſtatim fiunt.

IIII. MARCIANVS libro tertio Inſtitutionum

d abſtineat:

NEmo igitur ad litus maris accedere prohibetur piſcandi cauſa, dum tamen villis & ædificiis & monumentis abſtineatur[d]: quia non ſunt iuris gentium ſicut & mare: ídque & Diuus Pius piſcatoribus Formianis & Capenatis reſcripſit. Sed flumina pænè omnia & portus publica ſunt.

V. GAIVS libro ſecundo rerum cottidianarum ſiue aureorum

e & ex mari deducere onus aliquod, & in his reponere, *hæc lectio videtur integrior Florentina.*

f mari *vetur tamen eſt ablatiuus mare, quo vſus eſt Varro li. 12. antiqu. humana. Ab Erythræo mare orti, & in Fundanio. In mare aquam frigidam eriri Chariſius.*

g in quam

RIparum vſus publicus eſt iure gentium, ſicut ipſius fluminis. Itaque nauem ad eas appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia ſiccare, &[e] ex mare reducere, onus aliquid in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicuti per ipſum flumen nauigare. ſed proprietas illorum eſt, quorum prædiis hærent. qua de cauſa arbores quoque in his natæ eorundem ſunt. In mare[f] piſcantibus liberũ eſt caſam in litore ponere, qua[g] ſe recipiant.

VI. MARCIANVS libro tertio Inſtitutionum

h Coniunge l *ſi quiſquam. de diu. temp. præſc. nam ex hac quæſtione pendet antinomia difficilis. Duar.*

i Itémque

INtantum[h], vt & ſoli domini conſtituantur qui ibi ædificant: ſed quamdiu ædificium manet: alioquin ædificio dilapſo quaſi iure poſtliminij reuertitur locus in priſtinam cauſam. & ſi alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet.

Vniuerſitatis ſunt non ſingulorum, ‖veluti‖ quæ in ciuitati- 1
bus ſunt theatra, & ſtadia, ‖& ſimilia: ‖& ſi qua alia ſunt com
munia ciuitatium. Ideóque[i] nec ſeruus communis ciuitatis,
ſingulorum pro parte intellegitur, ſed vniuerſitatis. & ideo tã
contra ciuem, quàm pro eo poſſe ſeruum ciuitatis torqueri
Diui fratres reſcripſerunt. ‖ideo‖ & libertus ciuitatis non ha-
bet neceſſe veniam edicti petere, ſi vocet in ius aliquem ex ci-
uibus. Sacræ res & religioſæ, & ſanctæ in nullius bonis 2
ſunt. Sacræ autem res ſunt hæ, quæ publicè conſecratæ ſunt,
non priuatè[k]. ſi quis ergo priuatim[l] ſibi ſacrum*conſtitue-
rit, ſacrum* non eſt: ſed profanum: ſemel autem æde ſacra fa-
cta

k priuatim.

l Priuatum

3 cta etiam diruto [a] ædificio locus sacer manet. Religiosum autem locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuũ infert in locum suum. In cõmune autem sepulchrum etiam inuitis ceteris licet inferre: sed & in alienum locum cõcedente [b] domino licet inferre: & licet [c] postea ratum habuerit quàm
4 illatus est mortuus, religiosus locus fit. Cenotaphiũ [d] quoque magis placet locum esse religiosum, sicut testis in ea re est Vergilius [e].

VII. VLPIANVS libro vicensimoquinto ad Edictum

SEd [f] diui fratres contra rescripserunt.

VIII. MARCIANVS libro quarto Regularum

SAnctum est, quod ab iniuria hominũ defensum atq; munitum est. sanctum autem dictũ est à sagminibus. sunt autem sagmina quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret: sicut legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur cerycia. In municipiis quoque muros esse sanctos Sabinum rectè respondisse Cassius refert: prohiberique oportere ne quid in his immitteretur [g].

IX. VLPIANVS libro sexagensimo octauo ad Edictum

SAcra [h] loca ea sunt, quæ publicè sunt dedicata, siue in ciuitate sint, siue in agro. Sciendum est locum publicum tunc sacrum fieri posse, cùm princeps eum dedicauit, vel dedicandi
1 dedit potestatem. Illud notandũ est, aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium. sacer locus est locus consecratus; sacrarium est locus, in quo sacra reponuntur [i]: quod etiam in ædificio priuato esse potest. & solent qui liberare eum locum re-
2 ligione volunt, sacra inde [k] euocare. Propriè dicimus sancta, quæ neque sacra, neque profana sunt, sed sanctione quadam confirmata: vt leges sanctæ sunt, sanctione enim quadam sunt subnixæ. quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, & si Deo non sit consecratum. & interdum in sanctionibus adIcitur, vt qui ibi aliquid commisit, capite puniatur. Muros autem municipales nec reficere licet sine principis vel præsidis auctoritate, nec aliquid eis coniungere, vel
3 superponere [l]. Res sacra non recipit æstimationem.

X. POMPONIVS libro sexto ex Plautio [m]

ARisto [n] ait sicut id, quod in mare ædificatum sit, fieret priuatum: ita quod mari occupatum sit, fieri publicum.

XI. POMPONIVS libro secundo ex variis lectionibus

SI quis violauerit muros, capite punitur: [o] sicuti si quis transcendet scalis admotis, vel alia qualibet ratione. nã ciues Romanos aliâ, quàm per portas egredi nõ licet: cùm illud hostile

a *Quia nihil interuenit quod pristinã causam mutet. diruto autem ædificio quod erat in littore positum, interuenit noua causa quæ ius mutet: quia mare rursum occupat. vt hic in prin. & l. penu. infr. eod. tit. & hæc est probabilis ratio diuersitatis inter eum sacrum & publicum.*
b consentiente
c *Sensus est: religiosus locus fit, quamuis non concedente domino primũ illatus fuerit mortuus: modò id posteà ratum habuerit: quia ratihabitio mandato comparatur. l. semper. infrà de reg. iur. l. vlt. C. ad Macc. malè igitur huic loco negationem addidit Haloander.*
d *Bud. hic.*
e *3. Aeneid. Hectoreũ ad tumulũ viridi quẽ cespite inanem.*
f *Sumptũ ex ti. de reli. Duar.*
g committeretur.
h *Sumptum ex tit. ne quid in loco sac. fiat. Dua.*
i sacræ responuntur:
k *De euocatione sacrorum Macrob. li. 3. & Liu. lib. 5. Est autem profana reddere oppida, euocatis inde diis, quod fiebat antequam expugnarentur.*
l supponere.
m ad Plautium
n *Conferendum hoc est cũ c. 50. de acquir. rer. dom. Duar.*
o puniatur

hostile & abominandum sit. nam & Romuli frater Remus occisus traditur ob id, quòd murum transcendere voluerit.

DE SENATORIBVS. TIT. VIIII.

De magistratibus tractatur in hac parte, quatenus id necessarium est ad iurisdictionem, & iudicia. Sed primùm de senatoribus, vt intelligamus, quid inter eos, & magistratus intersit.

VLPIANVS libro sexagensimo secundo ad Edictum

CONSVLARI [a] feminæ vtique consularem virum præferendum nemo ambigit. sed vir præfectorius an consulari feminæ præferatur, videndum. putē præferri: quia [b] maior dignitas ||est|| in sexu virili. Consulares autem feminas dicimus consularium vxores. adIcit Saturninus etiā matres quod nec vsquam relatum est, nec vmquam receptum.

II. MARCELLVS libro tertio Digestorum

CAssius Longinus non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem senatu motus nec restitutus est, iudicare, vel testimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum hoc fieri vetat.

III. MODESTINVS libro sexto Regularum

SEnatorem remotum senatu capite non minui, sed Romæ [c] morari, Diuus Seuerus & Antoninus permiserunt [d].

IIII. POMPONIVS libro duodecimo ex variis lectionibus

QVi [e] indignus est inferiore ordine, indignior est superiore.

V. VLPIANVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam

SEnatoris [f] filium accipere debemus non tantùm eum, qui naturalis est, verùm adoptiuum quoque. neque intererit à quo vel qualiter adoptatus fuerit. nec interest iam [g] in senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an [h] ante dignitatem senatoriam.

VI. PAVLVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam

SEnatoris [i] filius est & is, quem in adoptionē accepit: quādiu tamen in familia eius manet. emancipatus verò nomē filij emancipatione amittit. A senatore in adoptionem filius datus ei, qui inferioris dignitatis est, quasi senatoris filius videtur. quia non amittitur senatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis: non magis quàm vt consularis desinat esse.

VII. VLPIANVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam

EMancipatum [k] à patre senatore quasi senatoris filium haberi placet. Item Labeo scribit etiam eum, qui post mortē patris

---

a *Sumptum ex tit. de reb. aut. iudi. poss. vbi quærebatur de dignitate creditorū. vt colligere licet ex cap. 9. & 10. de pact. Duar.*

b qua *& tum accipietur pro quatenus.*

c *i. Romanum ciuem manere. nā hac damnatio minuit tantùm existimationem & dignitatem salua libertate, ciuitate, & familia. l. pen. infr. de extraord. cog. & §. quibus. de cap. dimin. Instit.*

d rescripserunt.

e *Hoc referendum est ad varios Senatorum ordines, qui inferiores & superiores fuerunt pro magistratibus, quos quisq; gesserat: nam fuerunt consulares Pretorij, Prefectorij, Clarissimi, Illust. Perfectissimi, Augusti. ad Modest.*

f *Sumptum ex tit. de ritu nupt. Duar.*

g an

h *Consentaneum esse huic sententiæ. l. si senator. C. de digni. de qua Duar. 2. dispu. c. 29.*

i *Ex tit. de rit. nup. Duar.*

k *Ex tit. de ri. nup. Duar.*

patris ſenatoris natus ſit, quaſi ſenatoris filium eſſe. Sed eum, qui poſteaquam pater eius de ſenatu motus eſt, concipitur & naſcitur, Proculus & Pegaſus opinantur non eſſe quaſi ſenatoris filium: quorum ſententia vera eſt, nec enim propriè ſenatoris filius dicetur is, cuius pater ſenatu motus eſt antequam iſte naſceretur. Si quis conceptus quidem ſit antequam pater eius ſenatu moueatur, natus autem poſt patris amiſſam dignitatem: magis eſt vt quaſi ſenatoris filius intellegatur. tempus enim conceptionis ſpectandum pleriſque placuit.

Si quis & patrem & auum habuerit ſenatorem: & quaſi
1 filius, & quaſi nepos ſenatoris intellegitur. ſed ſi pater amiſerit dignitatem ante cõceptionẽ huius: quæri poterit an quamuis quaſi ſenatoris filius non intellegatur, quaſi nepos tamen intellegi debeat. & magis eſt vt debeat: vt aBi potius ei dignitas proſit, quàm obſit caſus patris.

De dignitate fœminarum.

VIII. IDEM libro ſexto Fideicommiſſorum

FEminæ[a] nuptæ clariſsimis perſonis clariſsimarum perſonarum appellatione continentur. Clariſsimarum feminarum nomine ſenatorum filiæ, niſi quæ viros clariſsimos ſortitæ ſunt, non habentur. feminis enim dignitatem clariſsimam mariti tribuunt, parentes verò donec plebeij[b] nuptiis fuerint copulatæ. tamdiu igitur clariſsima femina erit, quamdiu ſenatori nupta eſt, vel clariſsimo: aut ſeparata ab eo alij inferioris dignitatis non nupſit.

a *Sumptum ex ca. 52. de iud. vbi clariſsimorum fit mentio, nam error eſt in inſcript. capitum. Duar.*

b Plebeis, *vel* plebeiis

IX. PAPINIANVS libro quarto Reſponſorum

FIliam ſenatoris nuptias liberti ſecutam, patris caſus non facit vxorem. nam quæſita dignitas liberis propter caſum patris remoti à ſenatu auferenda non eſt.

X. VLPIANVS libro trigenſimo quarto ad Edictum

LIberos[c] ſenatorum accipere debemus non tantùm ſenatorum filios, verùm omnes, qui geniti ex ipſis, éxve[d] liberis eorum dicantur: ſiue naturales, ſiue adoptiui ſint liberi ſenatorum, ex quibus nati dicuntur. Sed ſi ex filia ſenatoris natus ſit: ſpectare debemus patris eius condicionem.

c *Ex tit. de ritu nup.* Duar.

d vel ex liberis

Domicilium Senatorum.

XI. PAVLVS libro quadragenſimo primo ad Edictum

SEnatores licet in vrbe domicilium habere videantur, tamẽ & ibi, vnde oriundi ſunt, habere domicilium intelleguntur: quia dignitas domicilij adiectionem potius dediſſe quàm permutaſſe videtur.

De dignitate fœminarum.

XII. VLPIANVS libro ſecundo de Cenſibus

NVptæ prius conſulari viro impetrare ſolent à principe, quamuis perraro, vt nuptæ iterum minoris dignitatis viro ni-

ro nihilominus in conſulari maneant dignitate: vt ſcio Antoninum Auguſtum Iuliæ Mamææ[a] conſobrinæ ſuæ indulſiſſe. Senatores[b] autem accipiendum eſt eos, qui à patriciis & conſulibus[c] vſque ad omnes illuſtres viros deſcendunt: quia‖&‖hi ſoli in ſenatu ſententiam dicere poſſunt.

a Matronæ
b *Verba ſunt Triboniani. Patritij autem Iuſtiniani ætate dicebantur patres Reip. auctore Suida. & toto ti. de conſulib. & patrit. libro 12. C.*
c conſularibus

De officio consulis tit. x.

VLPIANVS libro ſecundo de Officio Conſulis

OFFICIVM[d] conſulis eſt, conſilium[e] præbere manumittere volentibus. Conſules & ſeorſum[f] ſinguli manumittunt[g]: ſed non poteſt is qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere. ſeparatæ*enim*ſunt manumiſsiones. ſanè ſi qua ex cauſa collega manumittere nō poterit[h] infirmitate vel aliqua iuſta cauſa impeditus: collegā poſſe manumiſsionem expedire ſenatus cenſuit. Conſules apud ſe ſeruos ſuos manumittere poſſe nulla dubitatio eſt. ſed ſi euenerit vt minor viginti annis conſul ſit, apud ſe manumittere non poterit: cùm ipſe ſit qui ex ſenatuſconſulto conſilij cauſam examinat. apud collegam verò cauſa probata poteſt.

d *Coniunge cum l. 20. de man. vin. Duar.*
e *i. dare qui cognoſcerent an iuſta cauſa eſſet manumiſsionis.*
f & ſinguli
g manumittere poſſunt:
h poteſt

De officio praefecti[i] praetorio titvlvs xi.

AVRELIVS Arcadius Chariſius magiſter libellorum libro ſingulari de Officio Præfecti prætorio

BREVITER commemorare neceſſe eſt vnde conſtituēdi præfectorum[k] prætorio officio origo manauerit. Ad vicem magiſtri equitum præfectos prætorio antiquitus inſtitutos eſſe, à quibuſdam ſcriptoribus traditum eſt. nam cùm apud veteres dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur, & magiſtros equitum ſibi eligerent, qui[l] adſociati participales curæ [ad militiæ gratia] ſecundam poſt eos poteſtatem gererent: regimentis reipublicæ ad Imperatores perpetuos[m] tranſlatis ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum præfecti prætorio à principibus electi ſunt. data[n] eſt plenior licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem. His cunabulis[o] præfectorū auctoritas initiata, intantum meruit augeri, vt appellari à præfectis prætorio non poſsit. nam cùm ante quæſitum fuiſſet an liceret à præfectis prætorio appellare, &[p] iure liceret, & extarent exempla eorum, qui prouocauerint: poſtea publicè ſententia principali lecta appellandi facultas interdicta eſt. credidit enim princeps eos qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus. Subnixi ſunt etiam alio priuilegio‖præfecti prætorio: ‖ne à ſentētiis eorū minores ætate ab aliis magiſtratibus, niſi ab ipſis præfectis prætorio reſtitui poſsint.

i *Nomen à caſtrenſi vocabulo profluxit. Nā prætor omnis magiſtratus appellabatur, cui pareret exercitus, & prætoriam, locus quo prætor degeret. De quo vide Alc. tit. de præf. præto. li. 12. C. & Bud. hic.*
k præfecti
l qui adſociati principali curæ militiæ gratia
m perpetuò
n data eis pleniore
o præfectorum prætorio auctoritas
p & an iure

DE OFFICIO PRAEFECTI[a] VRBI TITVLVS XII. a Vide Gel. lib. 15. c. 8. & Crinit. lib. 1. de honest. discipl. c. 12.

Præfecti vrbi origo & auctoritas.

VLPIANVS libro singulari de Officio Præfecti vrbi

OMNIA omnino crimina præfectura vrbis sibi vindicaBit: nec tantùm ea, quæ intra vrbem admittuntur: verùm ea quoque quæ extra vrbem intra Italiam epistula[b] Diui Seueri ad FaVium Cilonē[c] præfectum vrbi missa declaratur. Seruos, qui ad statuas confugerint, vel sua pecunia emptos vt manumittantur, de dominis querentes audiet. sed & patronos egentes de suis libertis querentes audiet: maximè si egros se esse dicant, desiderëntque à libertis exhiberi. Relegandi deportandíque INsulam[d], quam Imperator adsignauerit, licentiam habet. b vt epistola c Cilionem d in insulam

1 Initio eiusdem epistulæ ita scriptum est: CVM VRBEM NOSTRAM FIDEI TVAE COMMISERIMVS. Quicquid igitur intra vrbem admittitur, ad præfectum vrbi videtur pertinere. sed & si quid intra centesimum miliarium admissum sit, ad præfectum vrbi pertinet. si vltra[e] ipsum lapidem, egressum est præfecti vrbi notionem[f]. Si quis seruū suum adulterium commisisse dicat in vxorem suā, apud præfectū vrbi erit audiendus. sed & ex interdictis, QVOD VI AVT CLAM, aut interdicto VNDE VI audire potest. e sed & si f notio non est.

2 Solent ad præfecturā[g] vrbis remitti etiā tutores, siue curatores, qui malè in tutela siue cura versati grauiore animaduersione indigent, quàm vt sufficiat eis suspectorū infamia: quos probati poterit vel nūmis datis tutelam occupasse, vel præmio accepto operā dedisse, vt non idoneus tutor alicui daretur, vel consultò circa edendum patrimonium quantitatem minuisse, vel euidenti fraude pupilli bona alienasse. g ad præfectum

3 Quod autem dictū est, vt seruos de dominis querentes præfectus audiat, sic accipiemus: non accusantes dominos, hoc enim nequaquam seruo permittendum est, nisi ex causis receptis: sed si verecunde expostulent: si sæuitiam, si duritiam, si famem, qua eos premant[h]: si obscenitatem, in[i] qua eos compulerint, vel compellant, apud præfectum vrbi exponant. Hoc quoque officium præfecto vrbi à Diuo Seuero datum est, vt mancipia tueatur ne prostituantur. Præterea curare debebit præfectus vrbi vt nummularij probè se agant[k] circa omne negotium suum: & temperent his, quæ sunt prohibita. h comprimant i quam eos k se gerant

4 Cùm patronus contemni se à liberto dixerit, vel contumeliosum sibi libertum queratur, vel cōuicium se ab eo passum liberósque suos, vel vxorē, vel quid huic simile obIcit[l]: præfect⁹[m] vrbi adiri solet, & pro modo querellæ corrigere eū aut cōminari, aut fustibus castigare, aut vlterius procedere in pœna[n] eius solet. nā & puniendi plerumq; sunt liberti. certè si se l obiiciat m Præfectus vrbis aditus, pro modo querelæ n in pœnam

delatum à liberto, vel conſpiraſſe eum contra ſe cum inimicis
doceat: etiam metalli pœna in eum ſtatui debet. Cura car- 5
nis omnis vt iuſto pretio præbeatur, ad curam præfecturæ per
tinet. & ideo & forum ſuarium, ſub ipſius cura eſt. ſed & ce-
terorum pecorum, ſiue armentorum, quæ ad huiuſmodi prę- 6
bi tionem ſpectant, ad ipſius curam pertinent. Quies quo-
que popularium, & diſciplina ſpectaculorum ad præfecti vr-
bi curam pertinere videtur. & ſanè debet etiam diſpoſitos mi
lites ſtationarios habere ad tuendam popularium quietem,
& ad referendum ſibi quid [a] vbi agatur. Et vrbe interdice- 7
re præfectus vrbi, & qu Alia [b] ſolitarum regionum poteſt, &
negotiatione, & profeſsione, & aduocationibus, & foro, &
ad tempus, & in perpetuum. interdicere poterit & ſpectacu-
lis: & ſi quem releget ab Italia, ſummouere eum etiam à pro-
uincia ſua. DiBus Seuerus reſcripſit eos etiam, quIllicitum
collegium coiſſe [c] dicuntur, apud præfectū vrbi accuſandos.

a quid vbique
b quauis alia
c coegiſſe

II. PAVLVS libro ſingulari de Officio Præfecti vrbi

ADiri etiam ab argentariis [d], vel aduerſus eos ex epiſtula Diui Hadriani, & in pecuniariis cauſis poteſt.

d Argentarii, trapezitæ ſunt, qui pecuniam tā ſuā quàm alienā fœnori dabant, rationes negotiationis conficientes.

III. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictum

PRæfectus vrbi cùm terminos ‖vrbis‖ exierit, poteſtatem non habet: extra [e] vrbem poteſt iubere iudicare.

e ſed extra tamen poteſt

DE OFFICIO QVAESTORIS TIT. XIII.

VLPIANVS libro ſingulari de Officio Quæſtoris

ORIGO [f] quæſtoribus creandis antiquiſsima eſt, & pænè ante omnes magiſtratus. Gracchanus [g] denique Iunius libro ſeptimo de Poteſtatibus etiam ipſum Romulum & Numam Pompilium binos queſtores habuiſſe, quos ipſi non ſua voce, ſed populi ſuffragio crearent, refert. Sed ſicuti dubium eſt, an Romulo & Numa regnãtibus queſtor fuerit: ita [h] Tullo Hoſtilio rege quæſtores fuiſſe certum eſt. ſanè creVrior apud veteres opinio eſt Tullum Hoſtilium primum in rempublicā induxiſſe quæſtores. & à genere quærendi quæſtores initio dictos & Iunius, & Trebatius, & Fæneſtella ſcribunt. Ex quæſtoribus quidam ſolebant prouincias ſortiri ex ſenatuſconſulto, quod factū eſt Decimo [i] Druſo & Porcina conſulibus. Sanè non omnes quæſtores prouincias ſortiebantur, verùm excepti erant Candidati principis. hi etenim ſolis libris principalibus in ſenatu legendis vacant. Hodiéque optinuit [k] indifferenter quæſtores creari tam patricios quàm plebeios. ingreſſus eſt enim & quaſi primordiū gerendorum honorum, ſententiæque in ſenatu dicendæ. Ex his, ſicut dicimus, quidam ſunt qui Candidati principis dicebantur, quique epiſtulas eius in ſenatu legunt.

f quæſtoris creandi
g Gracchus
h Ita à Tullo
i Decio
k Aug. lib. 2. emend. c. 1. ait legi Florentiæ vt indifferenter, & phraſim græcam eſſe vt ſuprà in prœm. ad fi. verùm ipsé ne an librarius Florentinus errarit, ex Pandectis Florentinis diiudicari vtrumque poteſt.

De

DE OFFICIO PRAETORVM[a] TIT. XIIII.

VLPIANVS libro vicensimo sexto ad Sabinum

APVD[b] filiumfamilias prætorē potest pater eius manumittere.

II. PAVLVS libro quarto ad Sabinum

SEd etiam[c] ipsum apud se emancipari, vel in adoptionem dari placet.

Gesta à seruo creato prætore per errorem, rata sunt propter vtilitatem.

III. VLPIANVS libro trigensimo octauo ad Sabinum

BArbarius[d] Philippus cùm seruus fugitiBus esset, Romæ præturam petiit, & prætor designatus est. sed nihil ei seruitutem obstetisse ait Pomponius, quasi prætor non fuerit: aDquin[e] verum est prætura eum functum. & tamen videamus si seruus quamdiu latuit ‖in‖ dignitate prætoria, functus sit: quid dicemus? quæ edixit[f], quæ decreuit nullius fore momenti? an fore propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerunt vel lege, vel quo alio iure? & verum puto nihil eorum reprobari. hoc enim humanius est: cùm etiam potuit populus Romanus seruo decernere hanc potestatem. sed & si scisset seruum esse, liberum effecisset. quod ius[g] multò magis in Imperatore obseruandum est.

IIII. IDEM libro primo de Omnibus Tribunalibus

PRætor[h] neque tutorem, neque specialem iudicem ipse se dare potest.

DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM TITVLVS XV.

PAVLVS libro singulari de Officio Præfecti vigilum

APVD vetustiores incendiis arcendis triumuiri præerant, qui ab eo quòd excubias agebant, nocturni dicti sunt. interueniebant nonnumquā & ædiles & tribuni plebis. erat autem familia publica circa portam[i] & muros disposita, vnde si opus esset euocabatur. fuerant & priuatæ familiæ, quæ incendia vel mercede vel gratia extinguerent. deinde Diuus Augustus maluit per se huic rei consuli.

II. VLPIANVS libro singulari de Officio Præfecti vigilum

PLuribus vno die incendiis exortis.

III. PAVLVS libro singulari de Officio Præfecti vigilum

NAm salutem reipublicæ tueri, nulli magis credidit conuenire, nec alium sufficere ei rei, quàm Cæsarem. Itaque septem cohortes oportunis locis constituit, vt binas regiones vrbis vnaquæque cohors tueatur, præpositis eis tribunis, & super

a Prætoris
b Coniunge l. 2. de off. præs. Dua.
c Coniunge c. 3. de adop. Duar.
d Seruus qui iure ciuili nullus intelligitur. l. quod attinet. infrà. de regul. iur. quādiu conditio ignoratur, prætura functus non est, si ius summum spectes. Nam neque populus neque princeps manumittendi voluntatem habuit cū quē seruū ignorauit, neq; si scisset inuito domino manumittere potuisset. l. id quod nostrum. infr. de reg. iur. & l. 4. C. de legibus. Vlpianus tamen vtrique licere contra tenorem rationis propter vtilitatem innuit, quoniā vterque ius ciuile abrogare possit & à iure gentium etiam recedere. l. ius ciuile. suprà de iusti. & iur. Equinar. Baro.
e atqui vera etiam
f dixit, minus rectè. edicere enim verbum prætorium est.
g Si populus prætorem seruum creare potuit, mult magis imperator qui potestatē omnē populi consecutus est, ac legibus solutus l. 1. supr. de consti. prin. & l. princeps. de leg. hunc locum rectè quoque explicat Gouea. 1. lec. c.
h Coniunge c. 5. de offi. præf. uar.
i portæ

per omnes spectaVili viro, qui præfectus vigilum appellatur. Cognoscit præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus:[a] nisi si qua tã atrox támque famosa persona sit, vt præfecto vrbi remittatur. & quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium: aut fustibus castigat eos, qui neglegentius ignem habuerunt: aut seuera interlocutione comminatus fustium castigationem remittit. 1

Effracturæ fiunt plerumq; in insulis, in horreísque vbi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt, cùm vel cella effringitur: vel armarium, vel arca: & custodes plerumque puniuntur: &[b] Diuus Antoninus Erycio[c] Claro rescripsit. ait enim posse eũ horreis effractis questionem habere de seruis custodibus: licet in illis ipsius Imperatoris portio esset. 2

Sciendum est autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere: & coërrare calciatũ[d], cum hamis[e] & dolabris. vt curam adhibeant, omnes inquilinos admonere, ne neglegentia aliqua incendij casus oriatur: præterea vt aquam vnusquisque ‖inquilinus‖ in cenaculo habeat, iubetur admonere. Aduersus capsarios quoque, qui mercede seruanda in balineis vestimenta suscipiunt, iudex est cõstitutus: vt si quid in seruandis vestimentis fraudulenter admiserint, ipse cognoscat. 3

a receptoribus:

b vt Diuus, & ita Diuus

c Erutio, Eurytio

d *Fortè caligatum, vt ducatur à caliga, quod militare indumentum est.*

e *Instrumenta sunt ad ignes extinguendos. Iuue. 8. c. 14. Dispositis prædiues hamis vigilare cohortem.*

IIII. VLPIANVS libro singulari de Officio Præfecti vrbi[f]

IMperatores Seuerus[g] & Antoninus Iunio Rufino præfecto vigilum ita rescripserunt. Insularios, & eos, qui neglegenter ignes apud se habuerint, potes fustibus vel[h] flagellis cædi iubere: eos autem, qui dolo fecisse incendium conuincẽtur, ad FaVium Cilonem præfectum vrbi amicum nostrum remittes[i]: fugitiuos conquirere, eósq; dominis reddere debes.

f *Viciata est inscriptio huius legis in vulgaribus codicibus.*

g *Malè ergo Haloander legit* Verus

h & flagellis

i remittere & fugitiuos:

DE OFFICIO PROCONSVLIS ET LEGATI

TITVLVS XVI.

I. VLPIANVS libro primo Disputationum

PROCONSVL[k] vbique quidem proconsularia insignia habet, statim atque vrbem egressus est: potestatem autem non exercet nisi in ea prouincia ‖sola‖, quæ ei decreta est.

k *Eadem ratione dictus est, qua protetor: primus autem hunc magistratum gessit T. Quintius Postlumio Albo, & Sexto Fusio Coss. bello infœliciter contra Aequos gesto.*

Differentia iurisdictionis contentiosæ & voluntariæ.

II. MARCIANVS libro primo Institutionum

OMnes proconsules statim, quàm vrbem egressi fuerint, habent iurisdictionem: sed[l] non contentiosam, sed voluntariam: vt ecce manumitti apud eos possunt tam liberi, quàm serui, & adoptiones fieri. Apud legatum verò proconsulis nemo manumittere potest, quia nõ habet iurisdictionem talẽ.

l non tamen

III. VLPIANVS libro vicensimo sexto ad Sabinum

NEc adoptare potest. omnino enim non est apud eum legis actio.

IIII. IDEM libro primo de Officio Proconsulis

OBseruare[a] autem proconsulem oportet, ne in hospitiis
præbendis oneret prouinciam: vt Imperator noster cum
patre Aufidio Seueriano rescripsit. Nemo proconsulum stra-
tores[b] suos habere[c] potest: sed vice eorum milites ministerio
1 in prouinciis funguntur. Proficisci autem proconsulem
melius quidem est sine vxore. sed[d] & cum vxore potest: dum-
modo sciat senatum[e] Cotta & Messala consulibus censuisse
futurum, vt si qui T vxores eorum, qui ad officia proficiscun-
2 tur deliquerint: ab ipsis ratio & vindicta exigatur. Antequã
verò fines prouinciæ decretæ sibi proconsul ingressus sit: edi-
ctum debet de aduentu suo mittere, continens commẽdatio-
nem aliquam sui: si qua ei familiaritas sit cum prouinciali-
bus, vel coniunctio, & maximè excusantis[f] ne publicè vel
priuatim occurrant ei. esse enim congruens, vt vnusquisque in
3 sua patria eum exciperet. Rectè autem & ordine faciet, si
edictum decessori suo miserit: significétque qua die fines sit in-
gressurus. plerumque enim incerta ‖hæc‖ & inopinata turbant
4 prouinciales, & actus impediunt. Ingressum[g] etiam hoc
eum obseruare oportet[h], vt per eam partem prouinciam in-
grediatur, per quam ingredi moris est. & quas Græcia[i] ΕΠΙ-
ΔΗΜΙΑΣ appellat, siue ΚΑΤΑΠΛΟΥΝ obseruare, in quam
primum ciuitatem veniat, vel applicet. magni enim facient
prouinciales seruari sibi consuetudinem istam, & huiusmo-
di prærogatiuas. Quædam prouinciæ etiam hoc habent, vt
per mare[k] in eam prouinciam proconsul veniat: vt Asia, scili-
cet vsque adeo, vt Imperator ‖noster‖ Antoninus Augustus ad
desideria Asianorum rescripsit, proconsuli necessitatem impo
sitam per[l] mare Asiam applicare, ΚΑΙ ΤΩΝ ΜΗΤΡΟ-
5 ΠΟΛΕΩΝ ΕΦΕΣΟΝ primã attingere. Post hæc ingres-
sus prouinciam, mandare iurisdictionẽ legato suo debet: nec
hoc ante facere, quàm fuerit prouinciam ingressus: est enim
perquam absurdum antequam ipse iurisdictionem nanciscatur, nec enim prius ei competit, quàm in eam prouinciã venerit, alii eam mandare, quam non habet. sed si & ante fecerit, & ingressus prouinciam in eadem volũtate fuerit: credendum est videri legatum habere iurisdictionem, non exinde ex quo mandata est: sed ex quo prouinciã procõsul ingressus est.

a Sumpta hinc est l. diuturna, de legib. Duar.

b Qui à sternendis equis dicti sunt. Bud. tamen mauult statores. sunt autem apparitores ita dicti a sistendis reis. l. x C. de cust. re.

c Seruos legit Ge. lib. 1. lec. c. 43. quia serui ad ministeria publica admitti non debẽt. Statoris autem hoc est apparitoris & nuncij magistratus publicum est ministerium.

d Philippus Macedo. semper dum militaret vxorẽ habebat. Athe. li. 13. c. 2.

e Huius senatusconsulti meminit Tac. li. 3. & 4.

f excusans recusans

g Ingressus

h debet,

i Græci ἐπιδημίας appellant,

k in eas

l pro more applicare, Bud.

V. PAPIANVS libro primo Quæstionum

ALiquando mandare iurisdictionẽ proconsul potest, & si nondum in prouinciam peruenerit. quid enim si necessariam morã in itinere patiatur, maturissimè autem legatus in prouinciam peruenturus sit?

VI. VLPIANVS libro primo de Officio Proconsulis

a Hinc sumpta est l. nemo. de regu. iur. Duar.

SOlent[a] etiam custodiarum cognitionem mandare legatis: scilicet vt præauditas custodias ad se remittant, vt innocentem ipse liberet. sed hoc genus mandati extraordinariũ est. nec enim potest quis gladij potestatem sibi datam, vel cuius alterius coërcitionis ad alium transferre: nec liberandi igi-
tur reos ius, cùm accusari apud eum non posßint. Sicut au- 1
tem mandare iurisdictionem, vel non mandare, est in arbitrio proconsulis: ita adimere mandatam iurisdictionem licet quidem proconsuli, non autem debet inconsulto principe
hoc facere. Legatos non oportet principem consulere, sed 2
proconsulem suum: & is ad consultationes legatorum debe-
bit respondere. Non verò in totum xeniis abstinere debebit 3
proconsul, sed modum adIcere[b]: vt neque morosè in totum abstineat, neque auarè modum xeniorum excedat. quam rem Diuus Seuerus & Imperator Antoninus elegantißimè epistula sunt moderati: cuius epistulæ verba hæc sunt: Quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus: vetus prouerbium est ΟΥΤΕ ΠΑΝΤΑ, ΟΥΤΕ ΠΑΝΤΟΤΕ, ΟΥΤΕ ΠΑΡΑ ΠΑΝΤΩΝ. nam valde inhumanum est à nemine accipere: sed pasßim vilißimum est: & [c] omnia auarißimum. Et quod mandatis continetur, ne donum vel munus ipse proconsul, vel qui in alio [d] officio erit, accipiat, emátve quid nisi victus cottidiani causa, ad xeniola[e] non pertinet: sed ad ea quæ edulium excedant vsum. Sed nec xenia producenda[f] sunt ad munerum qualitatem.

b De munerum modo pulchrè Oui. li. 1. ele. elegia 10.

c & per omnia. Rectior tamen Florentina lectio.

d aliquo

e xenia iam

f perducenda

VII. IDEM libro secundo de Officio Proconsulis

g aliquam

SI in aliam[g] quàm celebrem ciuitatem vel prouinciæ caput aduenerit: pati debet commendari sibi ciuitatem, laudésque suas non grauatè audire: cùm honori suo prouinciales id vindicent. & ferias secundum mores & consuetudinẽ, quæ retro optinuit, dare. Aedes sacras & opera publica circũire inspiciendi gratia, an[h] sarta tecta quæ sint, vel an aliqua refectione indigeant: & si qua cœpta sunt, vt consummentur, prout vires eius reipublicæ permittunt, curare debet. Curatorésque operum diligentes sollemniter præponere: ministeria quoque militaria, si opus fuerit, ad curatores adiuuandos dare. Cùm plenißimam autem iurisdictionem proconsul habeat: omnium partes, qui Romæ vel quasi magistratus, vel extra ordinem ius dicunt, ad ipsum pertinent.

h an sarta tecta quæ sint, vel sarta tecta sint & quæ sint, vel an

VIII. IDEM libro trigensimo nono ad Edictum

i Ex tit. de bo. poss. & coniungendum est cap. 4 de offi præs. ex eodem loco sumptum Duar.

ET ideo[i] maius imperium in ea prouincia habet omnibus, post principem.

VIIII. IDEM

VIIII. IDEM libro primo de Officio Proconsulis

NEc quicquā est in prouincia, quod non per ipsum expediatur. Sanè si fiscalis pecuniaria [a] causa sit, quæ ad procuratorem principis respicit, melius fecerit, si abstineat.

1 Vbi [b] decretum necessarium est per libellum id expedire proconsul non poterit. omnia enim quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri.

2 CircAduocatos patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur: nec [c] adeo dissimulare si quos causarum concionatores [d] vel redemptores depræhendat. eósque solos pati postulare, quibus per edictum eius

3 postulare permittitur. De plano autem procōsul potest expedire hæc, vt obsequium parentibus & patronis liberisque patronorum exhiberi iubeat. comminari etiam & terrere filium à patre oblatum, qui non vt oportet conuersari dicatur. poterit de plano similiter & libertum non obsequentem emē

4 dare aut verbis, aut fustium castigatione. Obseruare itaq; [e] eum oportet vt sit ordo aliquis postulationum, scilicet vt omnium desideria audiantur: ne forte dum honori postulantiū [f] datur, vel improVitati ceditur, mediocres desideria sua non proferant: qui [g] aut omnino non adhibuerunt, aut minus frequentes, neque in aliqua dignitate positos aduocatos sibi pro

5 spexerunt. Aduocatos quoque petentibus debebit indulgere plerumque [h] feminis, vel pupillis, vel aliâs debilibus: vel his qui suæ mentis non sunt, si quis eis petat: vel si nemo sit qui petat, vltro eis dare debebit. Sed si qui per potentiam aduersarij non inuenire se aduocatum dicat, æquè oportebit ei aduocatum dare. Ceterum oprimi aliquem per aduersarij sui [i] potētiam non oportet. hoc enim etiam ad inuidiam eius, qui prouinciæ præest, spectat: si quis tam impotenter se gerat, vt omnes metuant aduersus eum aduocationem suscipere. Quæ etiam omnium præsidum communia sunt: & debent & ab his obseruari.

X. IDEM libro decimo de Officio Proconsulis

MEminisse oportebit vsque ad aduentum successoris omnia debere proconsulem agere, cùm sit vnus proconsulatus, & vtilitas prouinciæ exigat esse aliquem, per quem negotia sua prouinciales explicent. ergo in aduentum successoris debet [k] ius dicere. Legatum suum ne ante se de prouincia dimittat & lege Iulia repetūdarū, & rescripto Diui Hadriani ad Calpurniū Rufum [l] proconsulem Achaiæ admonetur.

XI. VENVLEIVS Saturninus libro secundo de Officio Proconsulis

SI quid erit quod maiorem animaduersionem exigat, reIcere [m] legatus apud proconsulem debet. neque enim animaduer-

a vel pecuniaria

b *Decretum est quod magistratus statuit causa cognita i. examinata ratione cur quid ab eo petatur. idque solēni more pro tribunali. l. 1. de off. assess. infr. l. cum hi. infra de transact. l. magis puto. inf. de reb. cor. Cum igitur decretum esset necessarium porrigebatur supplex libellus magistratui vt illud interponeret. Quod si eo non interposito, libello tātum subscripsisset, dubitatum est, an satis esset. hoc negat Vlpianus. Torquetur hic valde Accur. Vide Alcia. 2. Paradox. cap. 3.*

c nec ideo

d *De quib. Alex. ab Alex. li. 4. c. 19.*

e Itémque

f Postulationum locus datur,

g quia aut

h plurimumque

i sui impotentiam

k debebit

l Rufinum

m remittere legat. ad proconsulem

maduertendi, coërcendi, vel atrociter verberandi ius habet.

XII. PAVLVS libro ſecundo ad Edictum

LEgatus mandata ſibi iuriſdictione iudicis dãdi ius[a] habet.

XIII. POMPONIVS libro decimo ad Quintum Mucium

LEgati proconſulis nihil proprium habent niſi à proconſule eis mandata fuerit iuriſdictio.

a *Negatio addita fuerat*, ius non habet. *quam primus Politianus ſuſtulit.*

XIIII. VLPIANVS libro vicenſimo ad legem Iuliam & Papiam

PRoconſules non amplius quàm ſex faſcibus [b] vtuntur.

XV. LICINNIVS Rufinus libro tertio Regularum

ET legati proconſulum [c] tutores dare poſſunt.

XVI. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictum

PRoconſul portam Romæ ingreſſus deponit imperium.

b *Faſces Accurſius interpretatur vices, vel menſes. Bud. verò rectè faſciculos virgarũ intra quas ſecuris obligata erat, ita vt ferrum in ſummo faſce extaret.*

c Proconſulis

DE OFFICIO PRAEFECTI AVGVSTALIS TITVLVS XVII.

VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum

PRAEFECTVS [d] Aegypti non prius deponit præfecturam & imperium, quod ad ſimilitudinem proconſulis lege ſub Auguſto ei datum eſt, quàm Alexãdriam ingreſſus ſit ſucceſſor eius, licet in prouinciam venerit: & ita mandatis eius continetur.

d *Poſt Actiacum bellum victis Antonio & Cleopatra, Auguſtus præfectum conſtituit in Aegypto, qui ideo Auguſtalis dicitur. Strabo lib.7. conſtituendi eius cauſam commemorat Taci.lib.2*

DE OFFICIO PRAESIDIS TIT. XVIII.

MACER [e] libro primo de Officio Præſidis

PRAESIDIS nomen generale eſt: eóque & proconſules, & legati Cæſaris, & omnes prouincias regentes, licet ſenatores [f] ſunt, præſides appellantur. proconſulis appellatio ſpecialis eſt.

e Marcianus

II. VLPIANVS libro vicenſimo ſexto ad Sabinum

PRæſes [g] apud ſe adoptare poteſt, quemadmodum & emãcipare filium, & manumittere ſeruum poteſt.

III. PAVLVS libro tertiodecimo ad Sabinum

PRæſes [h] prouinciæ [h] in ſuæ prouinciæ homines tantùm imperium habet, & hoc dum in prouincia eſt: nam ſi excesserit, priuatus eſt. Habet interdum imperium & aduerſus extraneos homines ſi quid manu [h] commiſerint. nam & in mandatis principum eſt vt curet is, qui prouinciæ præeſt, malis hominibus prouinciam purgare: nec diſtinguitur vnde ſint.

f Senatores nõ ſint. *vti equites ſignificet: de quibus hoc ipſum Strabo teſtatur. Hotom. in orat. pro lege Manil. Verùm vt doctiſſimi viri coniecturam non approbem facit librorum omnium conſenſus, à quibus abeſt negatio: & ſententia citra negationẽ rectè conſtans & pleraque aliæ rationes.*

g præſes prouinciæ in alium, *vel* maſium

IIII. VLPIANVS libro trigenſimo nono ad Edictum

PRæſes [i] prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus poſt principem.

i *Ex tit. de bo. poſ. ſi. cut. & c.8. de off. proconſul. Dictat.*

V. IDEM

V. IDEM libro primo de Omnibus Tribunalibus

PRæſes prouinciæ non magis tutorem, quàm ſpecialem iudicem ipſe ſe dare poteſt.

VI. IDEM libro primo Opinionum

ILlicitas exactiones, & violentia factas, & extortas metu
venditiones, & cautiones, vel ſine pretij numeratione pro-
hibeat præſes prouinciæ. Item ne quis iniquum lucrum aut
1 damnum ſentiat, præſes prouinciæ prouideat. Veritas rerū
erroribus geſtarum non vitiatur.[a] & ideo præſes prouinciæ id
ſequatur, quod[b] conuenit eum ex fide eorum quæ probabū-
2 tur. Ne potentiores viri humiliores iniuriis adficiant, néue
defenſores eorū calumnioſis criminibus inſectentur innocen-
3 tes, ad religionem præſidis prouinciæ pertinet. Illicita mi-
niſteria ſub[c] prætextu adiuuantium militares viros ad con-
cutiendos homines procedentia prohibere, & depræhenſa
coërcere præſes prouinciæ curet. & ſub ſpecie tributorum il-
4 licitas exactiones fieri prohibeat. Neque licita negotiatio-
ne aliquos prohiberi, neque prohibita exerceri, neque inno-
centibus pœnas irrogari, ad ſollicitudinem ſuam præſes pro-
5 uinciæ reuocet. Ne[d] tenuis vitæ homines ſub prætextu ad-
uentus officiorum vel militum, lumine[e] vnico, vel breui ſu-
pellectili ad aliorum vſus translatis, iniuriis vexentur, præſes
6 prouinciæ prouidebit. Ne quid ſub nomine militū, quod
ad vtilitates eorum in commune non pertinet, à quibuſdam
propria ſibi commoda iniquè vindicantibus committatur,
7 præſes prouinciæ prouideat. Sicuti medico imputari euen-
tus mortalitatis non debet: ita quod per imperitiam commi-
ſit imputari ei debet. prætextu[f] humanæ fragilitatis delictum
decipientis in periculo homines[g] innoxium eſſe non debet.
8 Qui vniuerſas prouincias regunt, ius gladij habent: & in
9 metallum dandi poteſtas eis permiſſa eſt. Præſes prouinciæ
ſi multam, quam irrogauit, ex præſentibus facultatibus eo-
rum quibus eam dixit,[h] redigi non poſſe depræhenderit: ne-
ceſſitate[i] ſolutionis moderetur, repræhenſa[k] exactorum illi-
cita auaritia. Remiſſa propter inopiam multa à prouincias
regentibus exigi non debet.

a Sed eadem permanet, præſumitur tamē verum, quod quaſi verè geſtum ſcribitur: niſi veritas alia probetur. l. ab ea parte. inf. de probat.
b Gellius lib. 14. c. 2.
c ſed
d Et ne
e Cotta legit limine. ſignificat autē tenuis fortunæ homines; qui vix neceſſaria vitæ domi ſuæ habent, non cogendos recipere hoſpitem.
f prætextu enim
g hominis
h indixit,
i neceſſitatem
k repreſſa *Bud.*

VII. IDEM libro tertio Opinionum

PRæſes prouinciæ inſpectis ædificiis dominos eorum cauſa cognita reficere ea compellat: & aduerſus detractantem competenti remedio deformitati auxilium ferat.

Interpretatio reſcripti principalis.

VIII. IVLIANVS libro primo Digeſtorum

SAepe audiui Cæſarem noſtrum dicentem hac reſcriptione, EVM QVI PROVINCIAE PRAEEST ADIRE POTES[l], nō imponi neceſſitatē procōſuli, vel legato eius vel

l potes,

præſidi

præſidi prouinciæ ſuſcipiendæ cognitionis: ſed eum æſtimare debere ipſe cognoſcere, an iudicem dare debeat.

VIIII. CALLISTRATVS libro primo de Cognitionibus

GEneraliter quotiens princeps ad præſides prouinciarum remittit negotia per reſcriptiones, veluti EVM QVI PROVINCIAE PRAEEST ADIRE POTERIS: vel cum hac adiectione, IS AESTIMABIT[a] QVID SIT PARTIVM SVARVM: non imponitur neceſsitas proconſuli vel legato ſuſcipiendæ cognitionis, quamuis ‖non‖ ſit adiectum, IS AESTIMABIT QVID SIT PARTIVM SVARVM: ſed is æſtimare debet vtrum ipſe cognoſcat, an iudicem dare debeat.

a exiſtimabit

X. HERMOGENIANVS libro ſecundo Iuris Epitomarum

EX[b] omnibus cauſis, de quibus vel præfectus vrbi, vel præfectus prætorio, itémque conſules, & prætores, ceteríque Romæ cognoſcunt, correctorum[c] & præſidum prouinciarum eſt notio.

b De omnibus

c correptorum

XI. MARCIANVS libro tertio Inſtitutionum

OMnia enim prouincialia deſideria, quæ Romæ varios iudices habent, ad officium præſidum pertinent.

XII. PROCVLVS libro quarto Epiſtularum

SEd licet is, qui prouinciæ præeſt, omnium Romæ magiſtratuum vice & officio fungi debeat, non[d] tamen ſpectandum eſt quid Romæ factum eſt, quàm quid fieri debeat.

d *Haloander ita legit* non tamen tam ſpectandum, *ignorans genus loquendi frequentiſsimum eſſe iuriſcõſultis, in quo* tam, *intelligitur. Aug. lib. 4. emend. c. 4.*

XIII. VLPIANVS libro ſeptimo de Officio Proconſulis

COngruit bono & graui præſidi curare vt pacata atque quieta prouincia ſit, quam regit. quod non difficilè obtinebit, ſi ſollicitè agat vt malis hominibus prouincia careat, eóſque conquirat. nam & ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet: & prout quiſque deliquerit in eum animaduertere: receptoréſque eorum coërcere, ſine quibus latro diutius latere non poteſt.

De furioſo.

Furioſis, ſi non poſsint per neceſſarios contineri, eo remedio per præſidem obuiam[e] eundum eſt, ſcilicet vt carcere cõtineantur: & ita Diuus Pius reſcripſit. Sanè excutiendum Diui fratres putauerunt in perſona eius, qui parricidium admiſerat, vtrum ſimulato furore facinus admiſiſſet, an verò re[f] vera compos mentis non eſſet: vt ſi ſimulaſſet, plecteretur: ſi fureret, in carcere contineretur. 1

e obuiandum *non tam rectè.*

f cùm re vera

g *Forte legendum &* Verus. *videtur enim verba eſſe reſcripti. quod à diuis fratrib. profectum fuiſſe dixit ſup. l. proxi.*

h Tertyllio, *vel* Tertullio

XIIII. MACER libro ſecundo de Iudiciis Publicis

DIuus Marcus &[g] Commodus Scapulæ Tertyllo[h] reſcripſerunt in hæc verba: Si tibi liquidò cõpertum eſt Aeliũ Priſcum

Priſcum in eo furore eſſe, vt continua mentis alienatione omni intellectu careat, nec ſubeſt vlla ſuſpicio matrem ab eo ſimulatione dementiæ occiſam: potes de modo pœnæ eius diſſimulare, cùm ſatis furore ipſo puniatur. & tamen [a] diligentius cuſtodiendus erit, ac ſi putabis etiam vinculo coërcendus: quoniam [b] tam ad pœnam, quàm ad tutelam eius & ſecuritatem proximorum pertinebit. Si verò, vt plerumque adſolet, interuallis quibuſdam ſenſu ſaniore [c] non fortè eo momento ſcelus admiſerit, nec morbo eius dãda eſt venia, diligenter explorabis: & ſi qui T tale compereris, conſules nos vt æſtimemus an per [a] immanitatem facinoris, ſi cùm poſſet videri ſentire, commiſerit: ſupplicio adficiendus ſit. Cùm autem ex litteris tuis cognouerimus tali eum loco atque ordine [e] eſſe, vt à ſuis vel etiam in propria villa cuſtodiatur: rectè facturus nobis videris, ſi eos à quibus illo tempore obſeruatus [f] eſſet vocaueris, & cauſam tantæ neglegentiæ excuſſeris, & ‖ in ‖ vnũquemque eorum prout tibi leuari vel onerari culpa eius videbitur conſtitueris. nam cuſtodes furioſis non ad hoc ſolum adhibentur, ne quid pernicioſius ipſi in ſe moliantur, ſed ne aliis quoque exitio ſint. quod ſi committatur, [g] non immeritò culpæ eorum adſcribendum eſt, qui neglegentiores in officio fuerint.

a Cic. in orat. de Aruſp. reſp.
b quod non tam
c ſanior eſt nu[illegible]
d pro immanitate
e i. ſtatu, vt vulgò dicunt. Græci τάξιν appellant. Bud.
f obſeruandus
g omittatur.

XV. MARCIANVS libro primo de Iudiciis Publicis

ILlud obſeruandum eſt, ne qui prouinciam regit fines eius excedat, niſi voti ſoluendi cauſa: dum tamen abnoctare ei non liceat.

XVI. MACER libro primo de Officio Præſidis

SEnatuſconſulto cauetur vt de his, quæ prouincias regentes, comites, aut libertini [h] eorum antequam in prouinciam venerint contraxerunt, parciſsimè ius dicatur: ita vt [i] actiones quæ ob eam cauſam inſtitutæ non eſſent, poſteaquam quis eorum ea [k] prouincia exceſſerit, reſtituantur. Si quid tamen inuito accidit, veluti ſi iniuriam, aut furtum paſſus eſt, hactenus ‖ ei ‖ ius dicendum eſt, vt [l] litem conteſtetur, réſque ablata exhibeatur & deponatur: aut ſiſti, exhiberíue ſatiſdato promittatur.

h liberti
i & vt actiones amiſſæ ob eam cauſſam quòd inſtitutæ non ſint.
k eam prouinciam
l vt lis

XVII. CELSVS libro tertio Digeſtorum

SI forte præſes prouinciæ manumiſerit, vel tutorem dederit priuſquam cognouerit ſucceſſorem adueniſſe: erunt [m] hæc rata.

m erunt & hæc

XVIII. MODESTINVS libro quinto Regularum

PLebiſcito [n] continetur, ‖ vt ‖ ne quis præſidum munus donum caperet: niſi eſculentũ, potulentúmve, quod intra dies proximos prodigatur.

n Coniunge l. qui offi cij. de c[illegible]. emp. D. Nar.

XVIIII. CAL-

XVIIII. CALLISTRATVS libro primo de Cognitionibus

OBſeruandum [a] eſt ius reddenti vt in adeundo quidem facilem ſe præbeat, ſed contemni non patiatur. vnde mandatis adIcitur ne præſides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant. nam ex conuerſatione æquali contemptio dignitatis [b] naſcitur. Sed & in cognoſcendo neque excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat: neque precibus calamitoſorum inlacrimari [c] oportet. id enim non eſt conſtantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus [d] detegit. & ſummatim ita ius reddi debet, vt auctoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat.

a Hæc Sueton. Augusto, Cic. pro leg. Man. Pompeio tribuit

b Dignitati rectior eſt Floren.

c Gell. lib. 14. c. 4.

d vulgus

XX. PAPINIANVS libro primo Reſponſorum

LEgatus Cæſaris, id eſt [e] præſes, vel corrector prouinciæ abdicando ſe non amittit imperium.

e vel. ſic infra id eſt. mutatum fuit in, vel. tit. Si ager vectigalis &c.

XXI. PAVLVS libro ſingulari de Officio Adſeſſorum

PRæſes cùm cognoſcat de ſeruo corrupto, vel ancilla deuirginata, vel ſeruo ſtuprato, ſi actor rerum agentis corruptus eſſe dicetur, vel eiuſmodi homo, vt non [f] ſolam iacturam aduerſus ſubſtantiam, ſed ad totius domus euerſionem pertineat: ſeuerißimè debet animaduertere.

f Forsè deeſt ad, vt legatur ad ſolam. alij legunt vt non ſolùm iactura

DE OFFICIO PROCVRATORIS [g] CAESARIS VEL RATIONALIS TITVLVS XVIII.

g Hic à Strabone vocatur lib. 17. ἴδιος λόγος.

VLPIANVS libro ſextodecimo ad Edictum

QVAE acta [h] ‖geſtáque‖ ſunt à procuratore Cæſaris, ſic ab eo comprobantur, atque ſi à Cæſare geſta ſunt. [i] Si rem Cæſaris procurator eius quaſi rem propriã tradat, non puto eum dominium transferre: tunc enim transfert, cum negotium Cæſaris gerens conſenſu ipſius tradit. denique ſi venditionis, vel donationis, vel tranſactionis cauſa quid agat: nihil agit. non enim alienare ei rem Cæſaris, ſed diligenter gerere commiſſum eſt. Eſt hoc præcipuum in procuratore Cæſaris, quòd & eius iuſſu ſeruus Cæſaris adire hereditatem poteſt: & ſi Cæſar heres inſtituatur, miſcendo ſe opulentæ hereditati procurator heredem Cæſarem facit.

h Ex tit. de rei vind. vbi quæritur de dominio: Iulianus de curatore furio. l. 5. de iure fisci. Duar.

i eſſent.

II. PAVLVS libro quinto Sententiarum

QVod ſi ea bona, ex quibus Imperator heres inſtitutus eſt, ſoluendo non ſint: re perſpecta conſulitur [k] Imperator. heredis enim inſtituti in adeundis vel repudiandis huiuſmodi hereditatibus voluntas exploranda eſt. [l]

k Conſulitur Imperatori. non tam rectè.

l Imperatoris autem conditio non debet eſſe deterior hac in re, quàm cuiuſuis alterius.

III. CALLISTRATVS libro ſexto de Cognitionibus

CVratores Cæſaris ius deportandi non habent: quia huius [m] pœnæ conſtituendæ ius non habent. Si tamẽ quaſi tumul-

m quia pœnæ. quæ lectio vitioſa eſt. Nã ex ſequẽtib⁹ apparet pœnæ conſtituẽdæ ius eos habuiſſe, & ſi deportare non potuerint.

tumultuoſum, vel iniurioſum aduerſus colonos Cæſaris prohibuerint in prædia Cæſariana accedere: abſtinere debebit. idque Diuus Pius Iulio reſcripſit. deinde [a] neque redire cuiquã permittere poſſunt. idque Imperatores * noſtri * Seuerus & Antoninus ad libellum Hermiæ reſcripſerunt.

DE[b] OFFICIO IVRIDICI TIT. XVIIII.

VLPIANVS libro viceſimo ſexto ad Sabinum

ADoptare[c] quis apud iuridicum poteſt: quia data eſt ei legis actio.

II. IDEM libro trigenſimo nono ad Sabinum

IVridico, [d] qui Alexandriæ agit, datio tutoris conſtitutione Diui Marci conceſſa eſt.

DE OFFICIO EIVS CVI MANDATA EST IVRISDICTIO TIT. XX.

Specialiter tributa non transferuntur, ut merum imperium. Sed ea tantùm, quæ competunt iure magiſtratus ut iuriſdictio, & imperium, quod cum ea mixtum, & coniunctum eſt.

PAPINIANVS libro primo Quæſtionum

QVAECVNQVE [e] ſpecialiter lege, vel ſenatuſconſulto, vel conſtitutione principum tribuuntur, mandata iuriſdictione non transferuntur. quæ verò iure magiſtratus competunt, mandari poſſunt. & ideo videntur errare magiſtratus, qui cum publici iudicij habeant exercitionem [f] lege vel ſenatuſconſulto delegatam, [g] veluti legis [h] Iuliæ de adulteriis, & ſi quæ ſunt aliæ ſimiles, iuriſdictionem ſuam mandant. Huius rei fortiſsimum argumentum, quòd lege Iulia de vi nominatim cauetur, vt is [i] Qui optigerit exercitio, [k] poſsit eam ſi proficiſcatur mandare. non aliter itaque mandare poterit, quàm ſi abeſſe cœperit: cùm aliâs iuriſdictio etiam à præſente mandetur. Et ſi à familia dominus occiſus eſſe dicetur, cognitionem prætor, quam ex ſenatuſcon-

1 ſulto habet, mandare non poterit. Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet: ſed ‖&‖ eius, qui mandauit, iuriſdictione vtitur. verius eſt enim more maiorum iuriſdictionem quidem transferri, ſed merum imperium, quod lege datur, non poſſe tranſire. quare nemo dicit animaduerſionem legatum proconſulis habere mandata iuriſdictione. PAVLVS [l] NOTAT: & imperium, quod iuriſdictioni cohæret, mandata iuriſdictione tranſire verius eſt.

II. VLPIANVS libro tertio de Omnibus Tribunalibus

MAndata iuriſdictione à præſide conſilium non poteſt exercere is, cui mandatur: ſi [m] tutores vel curatores velint prædia vendere, cauſa cognita id prætor vel præſes permittat. quòd ſi mandauerit iuriſdictionem, nequaquam poterit mãdata iuriſdictione eam quæſtionem transferre.

a ſed deinde vel itẽmque

b De officio iuridici Alexandriæ

c *Capitolinus in Marco ait plures iuridicos ab eo per Italiam cõſtitutos, in quorum poteſtate erant iudicia: & in Aegypto fuiſſe eius nominis magiſtratum ſub præfecto Auguſtali. Strabo author eſt.*

d *Coniunge l. 1. de tuto. & cura. dan.*

e *Vide Alc. li. 2. Parad. c. 1. & lib. 3. diſpunct. c. 4.*

f exercitationem.

g delatam.

h lege Iulia

i is cui

k exercitatio,

l *Paulus intelligens verbum animaduerſionis ambigue dici, nũc de qualibet coërcitione, nunc de maiore. l. ſi quid erit. ſupr. de off. procõſ. notat miſtum imperium tranſire. fruſtrà enim ei mandaretur iuriſdictio ſine aliqua coërcitione. l. vlt. infrà eod. merum enim imperium ſiue maior animaduerſio mandari non poteſt l. ſolent ſupr. de off. procõſ. Eguin. Ba.*

m & ſi

III. IVLIANVS libro quinto Digestorum

ET si prætor sit is, qui alienam iurisdictionem exsequitur, non tamen pro suo imperio agit, sed pro eo cuius mandatu[a] ius dicit, quotiens partibus eius fungitur.

IIII. MACER libro primo de Officio Præsidis

COgnitio de suspectis tutoribus mandari[b] potest. immo etiam ex[c] mãdata generali iurisdictione propter vtilitatẽ pupillorum eam contingere constitutum est in hæc verba. Imperatores Seuerus & Antoninus Braduæ proconsuli Africæ. Cùm propriam iurisdictionem legatis tuis dederis, consequens est vt etiam de suspectis tutoribus possint cognoscere. Vt[d] possessio bonorum detur, vel si Qui damni infecti[e] nõ caueatur, vt is possidere iubeatur, aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is Qui legatum est, legatorum seruandorum causa in possessionem mittatur, mandari potest.

V. PAVLVS libro octauodecimo ad Plautium

MAndatam sibi iurisdictionem mandare alteri non[f] posse manifestum est. Mandata iurisdictione priuato etiam imperium, quod non est merum, videtur mandari. quia iurisdictio sine modica coërcitione nulla est.

a mandato

b *Quòd si mandata non fuerit, solus præses de ea pronuntiare poterit l.1. §. suspecti. ad Turpil. quæ hoc sensu accepta non iam vehementer pugnat cũ hoc loco, quàm vulgò existimant.*

c & mandata, *vel* mandata

d Vt ab iis.

e infecti nomine. *quod vitiosum est. Vide August. lib. 1. c. 9.*

f neminem

DE OFFICIO ADSESSORVM[g]

TITVLVS XXI.

PAVLVS libro singulari de Officio Adsessorum

OMNE officium adsessoris,[h] quo iuris[i] studiosi partibus suis funguntur, in his ferè causis cõstat: in cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistulis.

II. MARCIANVS libro primo de Iudiciis Publicis

LIberti[k] adsidere possunt. infames autem licet non prohibeantur legibus[l] adsidere: attamen arbitror, vt aliquo quoque decreto principali refertur constitutum, non posse officio adsessoris fungi.

III. MACER libro primo de Officio Præsidis

SI eadem prouincia postea diuisa sub duobus præsidibus constituta est, velut Germania, Mysia: ex altera * ortus in altera * adsidebit, nec videtur in sua prouincia adsedisse.

De salario adsessorum.

IIII. PAPINIANVS libro quarto Responsorum

DIem[m] functo legato Cæsaris salarium comitibus residui temporis, quod à legatis præstitutum est, debetur: modò si non postea comites cum aliis eodem tempore fuerunt. Diuersum in eo seruatur, qui successorem ante tempus accepit.

g *Adsessoribus salaria instituit Imperator Ale. Seue. quamuis sæpe dixerit eos esse promouendos, qui per se Remp. gerere possẽt, non per adsessores, & vnumquenque hoc agere debere. quo l[illegible] not. Aelius Lampri. in eodem. Idem Pla. dia. 2. de leg.*

h adsessorum.

i viri

k Libertini

l lege

m *Eadem penè verba sunt l. 1. sed addes. §. vlt. loc. Alc. l. b. 4. dispunct. c. 20.*

V. PAV-

V. PAVLVS libro primo Sententiarum

COnsiliari[a] eo tempore quo adsidet, [b] negotia tractare in suum quidem auditorium nullo modo concessum est: in alienum autem non prohibetur.[c]

VI. PAPINIANVS libro primo Responsorum

IN [d] consilium [e] curatoris reipublicæ vir eiusdem ciuitatis adsidere non prohibetur: quia publico salario non fruitur.

a Consiliariis
b adsident,
c prohibentur. *Nona tamen constitutione prohibetur, quod duobus officiis eodem tempore sufficere non posit. l. vlt. C. de asses-sor.*
d *Sumptum ex l. 3. de administ. rer. ad ciuit. pertin.*
e consilio



LIBER SECVNDVS.

DE IVRISDICTIONE.[f]

f omnium iudicũ

Quod sit officium magistratus, qui iurisdictioni præest.

VLPIANVS libro primo Regularum



IVS DICENTIS[g] officium latißimum est. nam & bonorum possessionem dare potest, & in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutores cõstituere, iudices litigãtibus dare.

g *Quid sit iusdicere exponit Duarenus lo. disputat. cap. 53.*

II. IAVOLENVS libro sexto ex Cassio

CVi iurisdictio data est, ea[h] quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit.

h ei

Definitio tam meri quàm mixti imperii & iurisdictionis.

III. VLPIANVS libro secundo[i] de Officio Quæstoris

IMperium[k] aut merum ‖est, ‖* aut mixtum est. merum est* imperium, habere gladij potestatem ad animaduertendũ[l] facinorosos homines, quod etiam Potestas appellatur. Mixtum est imperium, Cui etiam iurisdictio inest. quod in danda bonorum possessione consistit. Iurisdictio[m] est etiam iudicis dandi licentia.

i libro singulari. *Et sanè in Iustiniani indice citatur liber singularis Vlp. de off. Quæst.*
k *Totum hoc caput explicatur à Duaren. 1. disp. cap. 53.*
l ad animaduertendum in facinorosos
m vt iurisdictio iudicis

IIII.[n] IDEM libro primo ad Edictum

IVbere caueri[o] prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, imperij magis est, quàm iurisdictionis.

n *Coniunge l. 1. & 4. de dãno infect. Duar.*
o cauere

V. IVLIANVS libro primo Digestorum

MOre maiorum ita comparatum est, vt is demum iurisdictionem mandare posit, qui eam suo iure[p] non alieno beneficio haberet:[q]

p *Id est, iure magistratus, non ab alis mandatam.*
q haberet

VI. PAVLVS libro secundo ad Edictum

ET quia nec principaliter ei iurisdictio data est, nec ipsa lex defert, sed confirmat mandatam iurisdictionem. ideóque si is, qui mandauit iurisdictionem, decesserit antequam res ab

eo, Qui mandata est iurisdictio, geri cœperit: solui mandatū Labeo ait sicut in reliquis causis.

Actio popularis contra eum qui edictum perpetuæ iurisdictionis causa propositum corrumpit.

VII. VLPIANVS libro tertio ad Edictum

SI quis id, quod iurisdictionis perpetuæ [a] causa, non quod, prout res incidit, in albo, vel in charta, vel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit: datur in eum quingētorum [b] aureorum iudicium, quod populare est. Serui quoque, & filiifamilias verbis edicti continentur. sed & vtrumque sexum prætor complexus est. Quòd si dum proponitur, vel ante propositionem quis corruperit, edicti quidem verba cessabunt, Pomponius autem ait sententiam edicti porrigendam esse ad hæc. In seruos autem si non defenduntur à dominis, & eos qui inopia laborant, corpus torquendum [c] est. Doli mali autem ideo in verbis edicti fit mētio, quòd si per imperitiam, vel rusticitatem, vel ab ipso prætore iussus, vel casu aliquis fecerit, non tenetur. Hoc verò edicto tenetur & qui tollit, quamuis non corruperit: item qui suis manibus facit, & qui alij mādat. sed si alius sine dolo malo fecit, alius dolo malo mandauit: qui mādauit tenebitur. si vterque dolo malo fecerit: ambo tenebuntur. nam & si plures fecerint, vel corruperint, vel mandauerint, omnes tenebuntur:

VIII. GAIVS libro primo ad Edictum Prouinciale

ADeo quidem, vt non sufficiat vnum eorum pœnam luere.

VIIII. PAVLVS libro tertio ad Edictum

SI familia alicuius album corruperit: non similiter hic edicitur vt in furto, ne in reliquos actio detur, si tantum dominus cùm defendere [d] voluit vnius nomine præstiterit, quantum liber præstaret. fortasse quia [e] hic & contempta maiestas prætoris vindicatur, & plura facta intelleguntur: quemadmodum cùm plures serui iniuriam fecerūt, vel dānum dederunt: quia plura facta sunt, non vt in furto vnum. Octauenus [f] hic quoq; domino succurrendum ait, sed hoc potest dici, si dolo malo curauerint, vt ab alio albū corrumperetur: quia [g] tunc vnum consilium sit, [h] non plura facta. idem Pomponius libro decimo notat.

X. VLPIANVS libro tertio ad Edictum

QVi iurisdictioni [i] præest neque sibi ius dicere debet, neque vxori, vel liberis suis, neq; libertis, vel ceteris, quos secum habet.

De quantitate ad iurisdictionem pertinente.

XI. GAIVS libro primo ad Edictum Prouinciale

SI idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coacer-

a *Erant autem iurisdictionis perpetuæ, cùm Prætor generaliter edicebat quibus de rebus, aut quomodo in omnibus caussis, & omnibus personis ius esset dicturus, quādiu magistratu fungeretur l. 2. supr. de orig. iur. Duare. 1. disput. c. 48.*

b quinquaginta

c *Aristoteles lib. 5. Hecatonom. Idem Socratem censuisse refert. Et Xenophon. 1 ἀπομνημῶν.*

d defenderet

e quando

f *Vide Alciatum li. 2. Paradox. c. 16.*

g quando

h fuit,

i *Iudex datus non poterat iudicando, & cognoscendo recedere ab ea formula, quam ei præscripserat, qui eum iudicem dederat, sed ei parere cogebatur. Itaque nō erat iniquum nec periculosum iudicem dari patrem filio, aut contrà. l. in priuatis. infrà de iudi. Cùm autem is, qui iurisdictioni præest, possit pro sua potestate quiduis statuere, nec adstringatur certæ formulæ, meritò ius dicere prohibetur sibi &c. & tit. C. Nequis in sua caussa iudicet vel ius sibi dicat. Duaren. 1. disput. c. 51.*

teruatio verò omnium excedat modum iurisdictionis eius: apud eum agi posse Sabino, Cassio, Proculo placuit. quæ sententia rescripto Imperatoris [a] Antonini cõfirmata est. Sed & si mutuæ sunt actiones, & alter minorem quantitatem, alter maiorem petat: apud eundem iudicẽ agendum est ei, qui quãtitatem minorem petit: ne in potestate calumniosa aduersarij mei sit, an apud eundem litigare possim. Si vna actio cõmunis sit plurium personarum, veluti familiæ herciscundæ, cõmuni diuidundo, finiũ regundorum: vtrum singulæ partes spectandæ sunt circa iurisdictionem eius, qui cognoscit? quod Ofilio & Proculo placet: quia vnusquisque de parte sua litigat. an potius tota res: quia & tota res in iudicium venit, & vel vni adiudicari potest? quod & Cassio & Pegaso placet * & * sanè eorum sententia probabilis [b] est.

a Imperatorum Veri aut Seueri, & Antonini

b probabilior

XII. [c] VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum

MAgistratibus municipalibus supplicium à seruo sumere non licet: modica autẽ castigatio eis [d] non est denegãda.

c *Sumpta est ex tractatu legis Aquiliæ. l. quemadmodum. §. magistratus, ad l. Aquil. Duar.*

d in eis

XIII. IDEM libro quinquagensimo primo ad Sabinum

EVm [e] qui iudicare iubet, magistratum esse oportet. Magistratus autem, vel is [f] qui in potestate aliqua sit, [g] vt puta proconsul, vel prætor, vel alij, qui prouincias regunt: iudicare iubere eo die quo priuati futuri essent [h] non possunt.

e *Coniunge l. si locus. de iudic. l. iudex, de re iudi. l. nemo. 38. de regu. iur. Duar.*

f ii sunt

g sunt,

h sunt

XIIII. IDEM libro trigensimo nono ad Edictum

ESt [i] receptum, eóque iure vtimur: vt si quis maior, vel ęqualis subiciat se iurisdictioni alterius: possit ei & aduersus eum ius dici.

i *Sumpta est ex titul. de bono. poss. sicut l. 8. de off. procon. Duar.*

XV. IDEM libro secundo de Omnibus Tribunalibus

SI per errorẽ alius pro alio prætor fuerit aditus, nihil valebit quod actum est: nec enim ferendus est qui dicat consensisse eos in præsidem. cùm, vt Iulianus scribit, non consentiant qui errent. quid enim tam contrarium cõsensui est, quàm error, qui imperitiam detegit?

XVI. IDEM libro tertio de Omnibus Tribunalibus

SOlet prætor [k] iurisdictionem mandare. & aut omnẽ mandat, aut speciem vnam. & [l] is cui mandata iurisdictio est, fungetur vice eius, qui mandauit, non sua.

k suam iurisdictionem

l nam &

XVII. IDEM libro primo Opinionum

PRætor sicut vniuersam iurisdictionẽ mandare alij potest, ita & in personas certas, vel de [m] vna specie potest: maximè cum iustam causam susceptæ ante magistratum aduocationis alterius partis habuerat.

m ad vnam speciẽ

XVIII. AFRICANVS libro septimo Quæstionum

SI conuenerit vt alius prætor, quàm cuius iurisdictio esset, ius diceret, & priusquã adiretur mutata voluntas fuerit: proculdubio nemo compelletur eiusmodi cõuentioni [n] stare.

n *In l. si quis in conscribendo. C. de pact. consensum est in alienum iudicem in contractu faciendo. Itaq. iniquum fuisset eum iudicẽ detrectare, maximè cum aduersarius aliter contracturus nõ fuisset. Hic autem nihil est eiusmodi: hoc discrimen docet has leges diuersas esse, non pugnantes.*

Mutatio fori post sententiam vel litis contestationem prioris iudicis iurisdictionem non impedit.

XVIIII. VLPIANVS libro sexto Fideicommissorum

CVm quædam puella apud competentem iudicem litem susceperat, deinde condemnata || erat, posteáque ||[a] ad viri matrimonium alij [b] iurisdictioni subiecti peruenerat: quærebatur an prioris iudicis sententia exsequi possit: dixi posse, quia ante fuerat sententia dicta. sed & si post susceptam cognitionem, ante sententiam hoc eueniet, idem putarem:[c] sententiáque à priore iudice rectè fertur. quod generaliter & in omnibus huiuscemodi casibus obseruandum est. Quotiens (de) quantitate ad iurisdictionem pertinente quæritur, semper quantum petatur quærendum est, non quantũ debeatur.

a & posteáque
b alterius
c idem putarem de sententia quæ

XX. PAVLVS libro primo ad Edictum

EXtra territorium ius dicenti impune nõ paretur. Idem est & si supra iurisdictionem suam velit ius dicere.

QVOD [d] QVISQVE IVRIS IN ALTERVM STATVERIT VT IPSE EODEM IVRE VTATVR. TITVLVS II.

d *Ad hunc titulum pertinent insignia exẽpla, quæ refert Valerius lib. 8. cap. 6.*

VLPIANVS libro tertio ad Edictum

HOc Edictum summam habet æquitatem, & sine cuiusquam indignatione iusta. quis enim aspernabitur idem ius sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit? QVI [e] MAGISTRATVM POTESTATEMVE HABEBIT, SI QVID IN ALIQVEM NOVI IVRIS STATVERIT: IPSE QVANDOQVE [f] ADVERSARIO [g] POSTVLANTE EODEM IVRE VTI DEBET. SI QVIS APVD EVM QVI MAGISTRATVM POTESTATEMQVE HABEBIT, ALIQVID NOVI IVRIS OPTINVERIT QVANDOQVE POSTEA ADVERSARIO EIVS POSTVLANTE EODEM IVRE ADVERSVS EVM DECERNETVR: SCILICET VT QVOD IPSE || QVIS || IN ALTERIVS PERSONA AEQVVM ESSE CREDIDISSET, ID IN IPSIVS QVOQVE PERSONA VALERE PATIATVR. Hæc autem verba, QVOD STATVERIT || QVI IVRISDICTIONI PRAEEST: || cum effectu accipimus non verbotenus. & ideo si cùm * vellet statuere, prohibitus sit, nec effectum * decretum habuit: cessat edictum. nam STATVIT verbum rem perfectam significat, & consummatam iniuriam, non cœptam. & ideo si inter eos quis dixerit ius, inter quos iurisdictionem non habuit: quoniam pro nullo hoc habetur, nec est vlla sententia, cessare edictũ putamus. quid enim offuit conatus, cùm iniuria nullum habuerit effectum?

e *Duare. 1. disputa. cap. 49. eruditè explicat hoc edictum.*
f quoque
g *Idem Cicero lib. 1. Epist. ad Q. Fratrem, epist. 1.*

II. PAV-

II. PAVLVS libro tertio ad Edictum

HOc edicto dolus debet ius dicentis puniri. nam si adsessoris imprudentia ius aliter dictum sit, quàm oportuit: non debet hoc magistratui officere sed ipsi adsessori.

III. VLPIANVS libro tertio ad Edictum

SI quis iniquum ‖ ad edictum ‖ ius aduersus aliquem impe-
trauit: eo iure vtatur ita demum, si per postulationem eius
hoc venerit [a]. ceterum si ipso non postulante, non coërcetur.
sed & si [b] impetrauit, siue vsus est iure aliquo, siue impetrauit
1 vt vteretur, licet vsus non sit, hoc edicto punitur. Si procu-
rator meus postulauit, quæritur quis eodem iure vtatur: &
putat Pomponius me solum: vtique [c] si hoc ei specialiter mã-
daui, vel ratum habui. Si tamen tutor vel curator furiosi po-
stulauerit vel adulescentis: ipse hoc edicto coërcetur. Item [d]
aduersus procuratorem id obseruandum est, si in rem suam
2 fuerit datus. Hæc pœna aduersus omnem statuitur, qui in
edictum incidit, non solùm eo postulante, qui ab eo læsus est:
3 sed [e] omni, qui quandoque experitur. Si is pro quo spo-
pondisti, impetrauerit ne aliquis debitor ipsius aduersus eum
exceptione vtatur: deinde tu in negotio, in quo spopondisti
velis exceptione vti: nec te nec ipsum oportet hoc impetrare,
etsi interdum patiaris [f] iniuriam si soluendo debitor non sit.
Sed si tu incidisti in edictum: reus quidem vtetur exceptione.
tu non vtaris: nec pœna tua ad reum promittendi pertine-
4 bit. & ideo mandati actionem non habebis. Si filius meus
in magistratu in hoc edictum incidit: an in his actionibus,
quas ex persona eius intendo [g], hoc [h] edicto locus sit? & non
5 puto, ne mea condicio deterior fiat. Quod autem ait præ-
tor, VT IS EODEM IVRE VTATVR: an etiam ad here-
dem hæc pœna transmittatur? & scribit Iulianus non solùm
6 ipsi denegari actionem, sed etiam heredi eius.[i] Illud quoq;
non sine ratione scribit, non solùm in his actionibus pati eũ
pœnam edicti, quas tunc habuit cùm incideret in edictum:
7 verùm si quæ postea ei adquirentur. Ex hac causa solutum
repeti non posse Iulianus putat: superesse enim naturalẽ cau-
sam, quæ inhibet repetitionem.

IIII. GAIVS libro primo ad Edictum Prouinciale

ILlud eleganter prætor excepit. PRAETERQVAM SI QVIS EORVM CONTRA EVM FECERIT, QVI IPSE EORVM QVID FECISSET: & rectè: ne scilicet vel magistratus dum studet hoc edictum defendere, vel litigator dum vult beneficio huius edicti vti, ipse in pœnam ipsius [k] edicti committat.

a euenerit.
b siue
c vti
d Idem
e sed ab omni.
f patiatur
g intento.
h huic
i *Si quid defunctus præstaturus fuerat nomine pœnæ, & decedat ante litẽ cõtestatã, non tenebitur hæres, l. penulti. infr. de oper. noui nuntia. l. constitutionibus. infr. de act. & oblig. Quod si quid amiserat nomine pœnæ, nõ est æquũ, vt id recuperet hæres, & hanc quasi pœnã euitet. Quod enim decessori non datur ex persona eius, non solet ad hæredẽ pertinere: estque æquabilitas quædam in iure dicundo magis quã pœna, vt hic Eguinar. Baro.*
k huius

SI QVIS IVSDICENTI[a] NON OBTEMPERAVERIT. TIT. III.

Actio in factum aduersus eum, qui non obtemperat.

VLPIANVS libro primo ad Edictum

OMNIBVS magistratibus, non tamen [b] duumuiris secundum ius potestatis suæ cõcessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio. Is videtur ius- 1
dicenti non obtemperasse, qui quod extremum [c] in iurisdictione est non fecit. veluti si quis rem mobilem vindicari à se passus non est, sed duci eam vel ferri passus est: ceterum si & sequentia recusauit, tunc non obtemperasse videtur.

Si procurator tuus, vel tutor, vel curator iusdicenti non 2
obtemperauit: ipse punitur, non dominus vel pupillus.

Non solum autem reum, qui non obtemperauit, hoc edi- 3
cto teneri Labeo ait: verumetiam petitorem. Hoc iudiciũ 4
non ad id quod interest, sed quanti ea res est concluditur: & cum meram pœnam contineat, neque post annum, neque in heredem datur.

DE IN IVS VOCANDO[d] TIT. IIII.

Quid sit in ius vocare.

PAVLVS libro quarto ad Edictum

IN IVS vocare est iuris experiundi causa vocare.

Qui non possint vocari.

II. VLPIANVS libro quinto ad Edictum

IN ius vocari non oportet neque consulem, neque præfectũ, neque prætorem, neque [e] proconsulem, neque ceteros magistratus, qui imperium habent, qui & coërcere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci: nec pontificem dum sacra facit, nec eos qui propter loci religionem inde se mouere non possunt: ‖ sed ‖ nec eũ qui equo publico [f] in causa publica transuehatur, præterea in ius vocari non debet [g] qui vxorem ducat. [Aut eam quæ nubat: nec iudicem [h] dum de re cognoscat, nec ‖ eum ‖ dum quis apud prætorem causam agit: neque funus ducentem familiare, iustáve mortuo facientem.]

III. CALLISTRATVS libro primo Cognitionum

VEl qui cadauer prosequuntur. quod etiam videtur ‖ ex ‖ rescripto Diuorum fratrum comprobatum esse.

IIII. VLPIANVS libro quinto ad Edictum

QVíque litigandi causa necesse habet in iure, vel certo loco sisti: nec furiosos, vel infantes. Prætor ait, PARENTEM,[i] PATRONVM, PATRONAM LIBEROS, PARENTES PATRONI PATRONAE[k] IN IVS SINE PERMISSV MEO NE QVIS VOCET. Parentem hic vtriusque sexus accipe. sed an in infinitum, quæritur. quidam parentem[l] vsque ad tritauum appellari aiunt: superiores maiores

a *Vel magistratui, qui potestatem habet, vel ei cui mandata est ab eodẽ iurisdictio. Duaren. 1. disput. c. 50.*

b *Alij legunt,* non tantum, *sed cùm hi magistratus municipales sint l. dies. § . si fortè infr. de dam. infect. neque iudicationem habeant, multã indicere non possunt. l. 2. in fi. de iudi. l. aliud. de verb. sign. Augustinus 3. emenda. cap. 7.*

c *Post quod non habuit aliud magistratus quod faceret in iure dicundo, siue vltra quod non potuit progredi decernendo, aut ius dicendo. Duare. d. c. 50. Vbi totum hoc caput (in quo Zasius & Alciatus sese valde torserunt) eleganter explicat.*

d *Quid sit in ius vocare & quid nomine iuris hic intelligatur, exponit Duarc. 1. dispu. c. 1. & eũ secutus Gouea. 1. lect. c. 48.*

e *In hunc locum Gell. lib. 13. c. 12. 13. & 14.*

f *Hoc accipere possumus vel de recognitione, quam Fab. Maximus instituit, cùm videlicet, equites recensentur, vel de his, qui in caussa publica, dispositis equis cum diplomate, (cuius rei Plinius & Venuleius l. continuus. de verb. obliga. infr. meminerunt) proficiscuntur. E qui autem publici meminit Vlp. in fragm. tit. 7.*

g non decet

h iudicem oportet

i *In hunc locum vide Platonẽ in Eutyphrone.*

k patronæve

l parentes vsque

iores dici. hoc veteres existimasse Pōponius refert. sed Gaius Cassius omnes[a] in infinitū parentes dicit: quod & honestius est, & meritò optinuit. Parentes etiam eos accipi Labeo existimat, qui in seruitute[b] susceperunt. nec tamen vt Seuerus[c] dicebat ad solos iustos liberos,[d] sed & si vOlgo quæsitus sit filius matrem in ius non vocabit:

a Cassius vsque in infinitum omnes
b in seruitute filios susceperunt.
c nec tantùm vt Seruius
d liberos pertinet,

V. PAVLVS libro quarto ad Edictum

QVia||semper|| certa est etiam si vOlgo cōceperit. pater verò is est,[e] quem nuptiæ demonstrant.

e is tantùm est,

VI. IDEM libro primo Sententiarum

PArentes[f] naturales in ius vocare nemo potest: vna est enim omnibus parentibus seruanda reuerentia.

f *Susceptus ex concubina patrem nouit, & naturalis vocatur pater. §. penul. & vlt. de nupt. Insti. Hunc igitur parentem filius in ius vocare non potest.*

VII. IDEM libro quarto ad Edictum

PAtris adoptiui parentes impune vocabit, quoniam hi eius parentes non sunt: cùm his tantum cognatus fiat quibus & adgnatus.

VIII. VLPIANVS libro quinto ad Edictum

ADoptiuum patrem quamdiu in potestate est in ius vocare non potest iure magis potestatis, quàm præcepto prætoris: nisi sit filius, qui castrense habuit[g] peculium. tunc enim causa cognita permittitur. Sed naturalem parentem ne[h] quidem dum[i] est in adoptiua familia in ius vocari.[k] PATRONVM, inquit, PATRONAM.[l] Patroni hic accipiendi sunt, qui ex seruitute manumiserunt: vel[m] *si* collusionē detexit,[n] vel si qui preiudicio pronuncietur esse libertus, cùm alioquin non fuerit: aut si iuraui eum libertum meum esse. quemadmodum per contrarium pro patrono non habebor, si contra me iudicatum est: aut si me deferente iurauerit se libertum non esse. Sed si ad iusiurandum adegi ne vxorem ducat, ne nubat: impune in ius vocabor. & Celsus quidem ait in tali liberto ius[o] ad filium meum me viuo non transire. sed Iulianus contra scribit. plerique[p] Iuliani sententiam probant. secundum quod eueniet vt patronus quidem in ius vocetur, filius quasi innocens non vocetur.

g habeat
h ne tum
i cùm
k vocari licet, *vel* vocare licet.
l patronámve.
m vel qui
n detexerunt,
o ius patronatus
p & plerique, *quasi innocens non vocetur, vide l. qui contra legem. infr. de iure pat.*

VIIII. PAVLVS libro quarto ad Edictum

IS quoque qui ex causa fideicommissi manumittit, non debet in ius vocari: quamuis vt manumittat in ius vocetur.

X. VLPIANVS libro quinto ad Edictum

SEd[q] si hac lege emi vt manumittā, & ex constitutione Diui Marci venit[r] ad libertatē: cùm sim patronus in ius vocari non potero. sed si suis nūmis emi, & fidem fregi: pro patrono non habebor.
1 Prostituta contra legē venditionis venditorē habebit patronū, si hac lege venierat, vt si prostituta esset fieret libera. At si vēditor, qui manus iniectionē[s] excepit, ipse prostituit: quoniā & hęc peruenit ad libertatē, sub illo quidē qui

q & si
r peruenit
s *Idest, vendicationē nulla expectata iudicis auctoritate. Buda. sic infr. l. penul. de seruis export. & l. si vt manus. C. si seru. export. ven.*

qui vendidit, libertatem consequitur, sed honorē haberi ei æ-
quum non est, [a] vt & Marcellus libro sexto digestorum exi-
stimabat.[b] Patronum autem accipimus etiam si capite mi- 2
nutus sit: vel si libertus capite minutus, dū adrogetur per ob-
reptionem. cùm enim hoc ipso, quo [c] adrogatur, celat condi-
cionem: [d] non id actum videtur vt fieret ingenuus. sed si ius
anulorum accepit, puto eum reuerentiam patrono exhibere
debere, quamuis omnia ingenuitatis munia habet. aliud [e] si
natalibus [f] sit restitutus. nam princeps ingenuum facit.
Qui manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel ciui- 3
tate, singulos in ius vocabit: nam non est illorum libertus, sed
reipublicæ honorem habere debet, & si aduersus rempublicā,
vel vniuersitatem velit experiri: veniam edicti petere debet,
quamuis actorem eorum constitutum in ius sit vocaturus. LI
BEROS, PARENTES‖QVE ‖ PATRONI, PATRO-
NAE QVE,[g] vtriusque sexus accipere debemus. ‖Sed‖si per 4
pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patro-
nus, putat Pomponius eum amisisse honorem. sed si fuerit
restitutus, [h]erit [i]ei etiam huius edicti commodum saluum.
Parentes patroni etiam adoptiui excipiuntur: sed tandiu 5
quamdiu adoptio durat. Si filius meus in adoptionem datus
sit, vocari à liberto meo in ius non poterit: *sed* nec nepos in
adoptiua familia susceptus. sed si filius meus emācipatus ado
ptauerit filium, hic nepos in ius vocari poterit: nā mihi alie-
nus est. Liberos autem secundum Cassium vt in parenti- 6
bus & vltra trinepotem accipimus. Si liberta ex patrono 7
fuerit enixa: mutuò se ipsa & filius eius in ius non vocabunt.
Sin autem liberi patroni capitis accusauerunt libertum pa-
ternum, vel in seruitutem petierunt: nullus eis honor debe-
tur. Prætor ait, IN IVS NISI PERMISSV MEO NE 8
QVIS VOCET. permissurus enim est si famosa actio non
sit, vel pudorem non suggilat, qua patronus conuenitur, vel
parentes. & totum hoc causa cognita debet facere. nam inter-
dum etiam ex causa famosa, vt Pedius putat, permittere debet
patronum in ius vocari à liberto: si eum grauissima iniuria
adfecit, flagellis [k] fortè cecidit. Semper autem hunc hono- 9
rem patrono habendum: & si quasi tutor, vel curator, vel de-
fensor, vel actor interueniat patronus. sed si patroni tutor, vel
curator interueniat: impune posse eos in ius vocari Pompo-
nius scribit, & verius est.

Exceptio & interpretatio ex bono & æquo.

XI. PAVLVS libro quarto ad Edictum.

QVamuis non adiciat prætor, causa cognita se pœnale iu-
dicium daturum: tamen Labeo ait moderandam iu-
risdictionem: ‖veluti‖si pæniteat libertum & actionem remit-
tat:

a esse.
b existimat.
c quod arrogatur.
d conditionem suā
e aliud est
f naturalibus. *rectior est Florent.*
g patronæve.
h *Si princeps generaliter in integrum restituerit, pristinum statum condemnatus recipit hic & l. 1. C. de sent. pass. l. 1. §. penul. de postul. Quod si cui tantum indulserit, pœnam tantum remisit: non etiam in pristinū statum restituit. l. tutor. l. in insulam. l. generalis. C. de senten. pass. l. vlt. C. de genera. aboli.*
i fore ei etiam
k vel flagellis
l vaniat,

tat: vel si patronus vocatus non venerit,[a] aut ‖si‖ non inuitus vocatus sit: licet edicti verba non patiantur.

XII. VLPIANVS libro quinquagensimo septimo ad Edictum

SI libertus in ius vocauerit contra prætoris edictum filium patroni sui, quem ipse patronus in potestate habet: probandum est absente patre subueniendum esse filio, qui in potestate est: & ei pœnalem in factum actionem, id est quinquaginta aureorum aduersus libertum competere.

XIII. MODESTINVS libro decimo Pandectarum

GEneraliter eas personas,[b] quibus reuerentia præstanda est, sine iussu prætoris in ius vocare non possumus.

XIIII. PAPINIANVS libro primo Responsorum

LIbertus à patrono reus constitutus, qui se defendere paratus pro tribunali præsidem prouinciæ frequenter interpellat: patronum accusatorem in ius non videtur vocare.

Quid sit in ius vocare.

XV. PAVLVS libro primo Quæstionum

LIbertus aduersus patronum dedit libellum non dissimulato [c] se libertum esse eius: an si ad desiderium eius rescribatur, etiam edicti poena remissa esse videtur? Respondi, non puto ad hunc casum edictum prætoris pertinere. neque enim qui libellum principi vel præsidi dat, in ius vocare patronum videtur.

XVI. IDEM libro secundo Responsorum

QVæsitum est an tutor pupilli nomine patronam suam sine permissu prætoris [d] vocare possit. Respondi eum, de quo quæritur, pupilli nomine etiam in ius vocare patronã suam potuisse sine permissu prætoris.

De eo, qui cauet in iudicio.

XVII. IDEM libro primo Sententiarum

EVm [e] pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Item ‖eum‖ [f] qui apud acta exhibiturum se esse quem permisit, & si officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur.

XVIII. GAIVS libro primo ad Legem duodecim Tabularum

PLerique putauerunt nullum de domo sua in ius vocari licere, quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit: eúmque qui inde in ius vocaret, vim inferre videri:

XVIIII. PAVLVS libro primo ad Edictum

SAtísque pœnæ subire eum si non defendatur & latitet, certum [g] est: quòd mittitur aduersarius in possessionem bonorum eius. Sed si aditum ad se præstet, aut ex publico conspiciatur: rectè in ius vocari eum Iulianus ait.

a veniat,

b *Ne hoc caput vacet, accipiendum est, de iis personis, quæ parentũ loco habentur vt socero, socru, nouerca. arg. §. affines. Instit. de nupt. Eguin. Ba.*

c non dissimulãdo

d prætoris in ius vocare

e *Hoc responsum est idcirco collocatum sub hoc titulo, quia qui in ius vocabatur, non ibat, sed cauebat, infr. in ius voc. vt eant vel sat. vel caut. dent.* Do*cet igitur, quomodo agatur cum eo qui cauit nomine in iudiciũ vocati.*

f *Fortè,* cum quis

g certum enim

XX. GAIVS libro primo ad Legem duodecim Tabularum

SEd etiam à Binea, & Balineo, & theatro nemo dubitat in ius vocari licere.

XXI. PAVLVS libro primo ad Edictum

SEd [a] & si is qui domi est, interdum vocari in ius potest, tamen de domo sua nemo extrahi debet.

a *Hinc sumpta est l. nemo de domo. de diuer. reg.*

XXII. GAIVS libro primo ad Legem duodecim Tabularum

NEque impuberes [b] puellas, quæ alieno iure subiectæ essent, in ius vocare permissum est. Qui in ius vocatus est, duobus casibus dimittendus est: si quis eius personam defendet: & si dum in ius venitur de re [c] transactum fuerit.

b impuberes neque puellas, *rectior est Floren.*

c de ea re

XXIII. MARCIANVS libro tertio Institutionum

COmmunis libertus licet plurium sit, debet à prætore petere, vt ei liceat vel quendam ex patronis [d] in ius vocare, ne in pœnam incidat ex edicto prætoris.

d patronis suis

XXIIII. VLPIANVS libro quinto ad Edictum

IN eum, qui aduersus ea fecerit, quinquaginta aureorum [e] iudicium datur: quod nec heredi, nec in heredem, nec vltra annum datur.

e aureorum ex hoc edicto prætoris

De pœna quæ irrogatur propter inopiam.

XXV. MODESTINVS libro primo de Pœnis

SI sine venia edicti impetrata libertus patronum in ius vocauerit: ex querella patroni vel [f] supradictam pœnā, id est quinquaginta aureos dat: vel à præfecto vrbi quasi inofficiosus castigatur, [g] si inopia dinoscitur laborare.

f vel quinquaginta aureorum pœnam dat.

g quasi inofficiosus litigator castigatur.

SI QVIS IU IUS VOCATVS NON IERIT SIVE QVIS EVM VOCAVERIT QVEM EX EDICTO NON DEBVERIT [h]

TITVLVS V.

h siue per eum cauerit, per quem ex edicto non debuit

VLPIANVS libro primo ad Edictum

SI QVIS in ius vocatus fideiussorem dederit in iudicio sistendi causa non suppositum iurisdictioni illius, ad quem vocatur, [i] pro non dato fideiussor habetur, nisi suo priuilegio specialiter renuntiauerit.

i vocatus est,

II. PAVLVS libro primo ad Edictum

EX quacumque causa ad prætorem vel alios, qui iurisdictioni præsunt, in ius vocatus venire debet: vt hoc ipsum sciatur, an iurisdictio [k] eius sit. Si quis in ius [l] vocatus non ierit: ex causa à competenti iudice multa pro iurisdictione iudicis damnabitur: rusticitati enim hominis parcendum erit. Item si nihil intersit actoris eo tempore in ius aduersarium venisse, remittit prætor pœnam: puta quia feriatus dies fuit.

k iurisdictionis

l *Modò ex numero eorum sit, quos in ius vocari oportet. alioqui si non debuit omnino vocari, vt magistratus. aut certè sine permissu prætoris. vt patronus, & cæteri, de quibus l. 2. 3. & 4. suprà. prox. titu. venire non debet, ac si ducatur iniuriarum. vel in factum agere potest. Eguin. Ba.*

III. VL-

III. VLPIANVS libro quadragesimo septimo ad Sabinum

CVm quis in iudicio [a] sisti promiserit, neque adiecerit pœnam, si status [b] non esset: incerti cum eo agendum esse in id quod interest, verissimum est. * & * ita Celsus quoq; scribit. a iudicium b statum

IN IVS VOCATI VT EANT AVT SATIS VEL CAVTVM DENT TIT. VI.

PAVLVS libro primo ad Edictum

EDICTO cauetur vt fideiussor iudicio sistendi causa datus pro rei qualitate locuples detur: exceptis necessariis personis. ibi enim qualemcunque accipi iubet. veluti pro parente, patrono. [c] c vel pro patrono.

II. CALLISTRATVS libro primo ad Edictum monitorium

ITem pro patrona, liberísve suis, vel vxore, nurúve. tūc enim qualiscunque fideiussor accipi iubetur: [d] & in eum, qui non acceperit cùm sciret eam necessitudinem personarum, quinquaginta aureorum iudicium competit: d debet

III. PAVLVS libro quarto ad Edictum

QVoniam pro locuplete accipitur fideiussor in necessariis personis.

IIII. VLPIANVS libro quinquagesimo octauo ad Edictum

QVi duos homines in iudicio [e] sisti promisit, si alterū exhibet, alterum non: ex promissione non videtur eos stetisse, [f] cùm alter eorum non sit exhibitus. e in iudicium f stitisse

NE QVIS EVM QVI IN IVS VOCABITVR [g] VI EXIMAT TITVLVS VII. g vocatus est

VLPIANVS libro quinto ad Edictum

HOc edictum prætor proposuit, vt metu pœnæ compesceret eos, qui in ius vocatos vi eripiunt. deniq; Pōponius scribit serui quoque nomine noxale iudicium reddendum: nisi sciente domino id fecit. tunc enim sine noxæ deditione iudicium suscipiet. Ofilius putat locum hoc [h] edicto non esse si persona, quæ in ius vocari non potuit, exempta est: veluti parens, & patronus, ceteræque personæ. quæ sententia mihi videtur verior. & sanè si deliquit qui vocat, non deliquit [i] qui exemit. h huic i non deliquit qui patronū vi eximit

II. PAVLVS libro quarto ad Edictum

NAm cum vterque contra edictum faciat, & libertus qui patronum vocat, & is qui patronum vi eximat: deteriore tamen loco libertus est, qui in simili delicto petitoris partes sustinet. Eadem æquitas est in eo, qui alio quàm quo debuerat in ius vocabatur. Sed & fortius dicendum est, non videri vi eximi eum, cui sit ius ibi non conueniri.

III. VLPIANVS libro quinto ad Edictum

QVod si seruum quis exemit in ius vocatum, Pedius putat cessare edictum: quoniam non fuit persona, quæ in ius vocari potuit. quid ergo? ad exhibendum erit agendum. Si quis ad pedaneum [a] iudicem vocatum quem eximat, pœna eius edicti cessabit. Quod prætor præcepit, VI EXEMAT: vi, an & dolo malo? sufficit vi quamuis dolus malus cesset.

a De pedaneis iudicibus Alc. lib. parer. 1. c. 41.

IIII. PAVLVS libro quarto ad Edictum

SEd eximendi verbum generale est vt Pomponius ait. eripere enim est de manibus aufferre per raptum: eximere quoquo modo aufferre. vtputa si quis non rapuerit quem, sed morā fecerit quo minus in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur: videbitur exemisse, quamuis corpus non exemerit. Sed & si eò loci retinuerit [b] non abduxit, his verbis tenetur. Item si quis eum, qui per calumniam vocaVatur, exemerit: cōstat eum hoc edicto teneri. Prætor ait, NEVE FACIAT DOLO MALO QVO MAGIS EXIMERETVR [c]. nam potest sine dolo malo id fieri: veluti cùm iusta causa est exemptionis.

b detinuerit

c eximatur.

V. VLPIANVS libro quinto ad Edictum

SI per alium quis exemerit, hac clausula tenetur, siue præsens fuit siue absens. In [d] eum autem, qui vi exemit, in factum iudicium datur: quo non id continetur, quod in veritate est: sed quanti ea res est ab actore æstimata, de qua controuersia est. hoc enim additum est, vt appareat etiam si calumniator quis sit, tamen hanc pœnam eum persequi. Docere 1
autem debet quis per hanc exemptionem factum quo minus in ius produceretur. ceterum si nihilominus productus est, cessat pœna: quoniam verba cum effectu sunt accipienda. Hoc iudicium in factum est: & si plures deliquerint, in singulos dabitur: & nihilo minus manet qui exemptus est, obligatus. Heredibus autem ita dabitur si eorum intersit. neque autem in heredem neque post annum dabitur.

d Pœna in ius vocatū eximentis est, vt ad id, quod re vera debetur actori, ab eo, qui exemptus est non condemnetur: verùm considerata tantùm actoris aduersus eum petitione summam eam iudicio in factū præstare cogatur, quæ ab actore in libello petita est: licet eam fortè vocatus non debuerit. hæc significant verba sequentia. hoc enim additum &c. Duar. commen. de iu. litem iurando.

VI. IDEM libro trigensimo quinto ad Edictum

IS qui debitorem vi exemit, si soluerit, reum [e] non liberat: quia pœnam suam soluit.

e fortè, cum

QVI SATISDARE COGANTVR VEL IVRATO PROMITTANT VEL SVAE PROMISSIONI COMMITTANTVR. TIT. VIII.

GAIVS libro quinto ad Edictum prouinciale

SATISDATIO eodem modo appellata est, quo satisfactio. nam vt satisfacere dicimur ei, cuius desiderium implemus [f]: ita satisdare dicimur aduersario nostro, qui [g] pro eo, quod *à* nobis petiit, ita [h] cauit vt eum hoc nomine securum faciamus datis fideiussoribus.

f adimplemus
g cum
h ita caueamus

II. VLPIANVS libro quinto ad Edictum

Fideiussor in iudicio sistendi causa locuples videtur [a] dari non tantùm ex [b] facultatibus, sed etiam ex conueniendi facilitate. 1 Si quis his personis, quæ agere non potuerunt, fideiussorum iudicio sistendi causa dederit: frustra erit datio.

a iubetur
b in

2 Prætor ait, SI QVIS PARENTEM, PATRONVM, PATRONAM, LIBEROS, AVT PARENTES PATRONI, PATRONAE, LIBEROSVE SVOS, EVMVE QVEM IN POTESTATE HABEBIT, VEL VXOREM, VEL NVRVM IN IVDICIVM VOCABIT: QVALISCVMQVE FIDEIVSSOR IVDICIO SISTENDI CAVSA ACCIPIATVR. Quod ait prætor, LIBEROSVE SVOS: accipiemus & ex feminino sexu descendentes liberos. parentíque [c] dabimus hoc beneficium non solùm sui iuris, sed etiam si in potestate sit alicuius [d]. hoc enim Pomponius scribit. Et filius fideiussor pro patre fieri potest, etiam si in alterius potestate sit. NVRVM etiam pronurum, & deinceps accipere debemus. 3 Quod ait prætor, QVALISCVMQVE FIDEIVSSOR ACCIPIATVR: hoc quantum ad facultates, id est etiam *non* locuples.

c parenti quidem
d alterius

Fideiussor tenetur, quanti interest, non habita ratione quantitatis petitæ.

4 In fideiussorem, qui aliquem iudicio sisti promiserit, tanti quanti ea res erit, actionem dat prætor. quod vtrum veritatem contineat an verò quantitatem, videamus. & melius est vt in veram quantitatem fideiussor teneatur, nisi pro certa quantitate accessit.

III. GAIVS libro primo ad Edictum prouinciale

Siue in duplum est actio, siue tripli, aut quadrupli: tanti eũdem fideiussorem omnimodo tenere [e] dicemus, quia [f] tanti res esse intellegitur.

e teneri
f quanti res esse intelligemus.

IIII. PAVLVS libro quarto ad Edictum

SI decesserit qui fideiussorem dederit iudicio sistendi causa: non debebit prætor iubere exhibere [g] eum. quòd si ignorans iusserit exhiberi, vel post decretum eius ante diem exhibitionis decesserit: deneganda erit actio. si autem post diem exhibitionis decesserit, aut amiserit ciuitatem: vtiliter agi potest.

g exhiberi

V. GAIVS libro primo ad Edictum prouinciale

SI [h] vero pro [i] condemnato fideiusserit, *&* condemnatus decesserit, aut ciuitatem Romanam amiserit: rectè nihilo minus cum fideiussore eius agetur. Qui pro rei qualitate euidentissimè locupletem, vel si dubitetur, adprobatum fideiussorem iudicio sistendi causa non acceperit: iniuriarum actio aduersus eum esse potest, quia sanè non quælibet iniuria est duci

h *Hoc accipe de stipulatione, indicatum solui, non de satisdatione, iudicio sisti. nam in dicatum post mortem solui potest, licet persona exhiberi non possit. Itaque ratio l. impossibiliũ de reg. iur. quæ impediebat, ne stipulatio iudicio sisti cõmitteretur, nihil prohibet, ne stipulatio indicatum solui cõmittatur.*
i Pro non condemnato

duci in ius eum, qui ſatis idoneum fideiuſſorẽ det. Sed & ipſe fideiuſſor, qui non ſit acceptus, tamquam de iniuria ſibi facta queri poterit.

VI. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum

QVotiens vitioſè cautum vel ſatiſdatum eſt, non videtur cautum.

VII. VLPIANVS libro quartodecimo ad Edictum

SI [a] fideiuſſor non negetur idoneus, ſed dicatur habere fori præſcriptionem, * & * metuat petitor ne iure fori vtatur: videndum quid iuris ſit. & Diuus Pius, vt & Pomponius libro epiſtularum refert, & Marcellus libro tertio [b] digeſtorum, & Papinianus libro tertio quæſtionum: Cornelio Proculo reſcripſit, meritò petitorem recuſare talem fideiuſſorem. ſed ſi aliàs caueri non poſsit, prædicendum ei non vſurum eum priuilegio, ſi conueniatur.

a *Ex tit. de petit. hæred. vbi de ſatiſdatione agitur & fideiuſsione. l. Diuus. Duar.*

b quarto

De loco ſatiſdationis.

Si neceſſaria ſatiſdatio fuerit, & non facilè poſsit reus ibi eam præſtare, vbi conuenitur: poteſt audiri, ſi in alia eiuſdem [c] prouinciæ ciuitate ſatiſdationem præſtare paratus ſit. ſi autẽ ſatiſdatio voluntaria eſt, non in alium locum remittitur: neque enim [d] meretur qui ipſe ſibi neceſsitatem ſatiſdationis impoſuit. 1

2 Si ſatiſdatum pro re mobili non ſit, & perſona ſuſpecta ſit, ex qua [e] ſatis deſideratur: apud officium deponi debebit ſi hoc iudici ſederit, donec vel ſatiſdatio detur, vel lis finẽ accipiat.

c eius

d id meretur

e datio deſyderatur. *ſatiſdatio deſyderatur. ſatiſdatio detur, ſatiſdetur. ſequere Florent.*

De die ſatiſdationis.

VIII. PAVLVS libro quartodecimo [f] ad Edictum

DE die ponenda in ſtipulatione [g] ſolet inter litigatores cõuenire. ſi non conueniat, Pedius putat in poteſtate ſtipulatoris [h] eſſe, moderato ſpatio de hoc à iudice ſtatuendo.

f lib. 43.

g in ſtipulationem

h *Plus tribuitur actori quàm reo aduerſus regulam traditam l. fauorabiliores. infr. de reg. iur. verùm hoc idcirco fit, quia ſi diẽ in iudicio ſiſtendi in arbitrium rei conferremus, nunquam teneretur, & petitionem in Calendas Græcas differret. arg. l. ſi quis. inf. de Iudic.*

Fideiuſſor quis idoneus.

Qui mulierem adhibet ad ſatiſdandum, non videtur caue- 1
re. ſed nec miles, nec minor vigintiquinque annis probandi ſunt: niſi hæ perſonæ in rem ſuam fideiubeant, vt pro ſuo procuratore. Quidam etiam, [i] ſi à marito fundus dotalis petatur, in rem ſuam fideiuſſuram mulierem. Si ſeruus inue- 2
niatur, [k] qui antequam iudicium accipiatur, fideiuſsit iudicatum ſolui: ſuccurrendum eſt actori, vt ex integro caueatur. Minori quoque vigintiquinque annis ſuccurrendum eſt. fortaſſe & mulieri, propter imperitiam. Si fideiuſſor iudicatum ſolui, ſtipulatori heres extiterit, aut ſtipulator fideiuſſori: ex 3
integro cauendum erit. Tutor & curator, vt rem ſaluam fore pupillo caueant, mittendi ſunt in municipio: [l] quia neceſſaria eſt ſatiſdatio. Item de re reſtituenda [m] domino proprietatis, cuius vſusfructus datus eſt. Item legatarius, vt caueat eui-

i quidam etiã aiũt,

k interueniat,

l in municipium

m de reſtituenda domino proprietate is cui,

o amplius quã per

euicta hereditate legata reddi, & quod amplius [n] per legem Falcidiam ceperit. Heres quoque vt legatorum satisdet audiendus est, vt in municipium mittatur. [a] planè si misso iam legatario in possessionem, cum per heredem staret quominus caueret: heres postulet vti [b] de possessione decedat, paratúmque se dicat in municipio cauere: impetrare nõ debebit. Diuersum, si sine culpa aut dolo heredis missus sit in possessionẽ.

a remittatur.
b vt possessione

Iusiurandum de calumnia.

4 Iubetur iurare de calumnia, ne quis vexandi magis aduersarij causa forsitan, cum Romæ posit satisdare, in municipiũ euocet. sed quibusdam hoc iusiurandum de calumnia remittitur: velut parentibus, & patronis. Sic autem iurare debet qui in municipium remittitur, Romæ se satisdare non posse, & ibi posse, quò postulat remitti: ídque se non calumniæ causa facere. nam sic non est compellendus iurare: alibi se, quàm eo loco, satisdare non posse. quia si Romæ non potest, pluribus autem locis posit: cogitur peierare. Hoc autem||tunc||impetrabitur, cùm iusta causa esse videbitur. quid enim si cum erat in municipio, noluit cauere? hoc casu non debet impetrare: cum per eum steterit quominus ibi, vbi||ire||desiderat, satisdaret.

Appellatio ab arbitro.

VIIII. GAIVS libro quinto ad Edictum prouinciale [c]

ARbitro [d] ad fideiussores probandos constituto, si in alterutram partem iniquum arbiterium [e] videatur, perinde ab eo atque ab iudicibus, appellare licet.

c *Ex tit. de arbitris. Duar.*
d arbitrio
e arbitrium

Fideiussoris probatio.

X. PAVLVS libro septuagensimo quinto ad Edictum

SI||ab||[f] arbitro probati sunt fideiussores, pro locupletibus habendi sunt: cum potuerit querella ad [g] competentem iudicem deferri. Qui ex causa improbat ab arbitro probatos, aliás [h] improbatos probat: multóque magis si sua voluntate accepit fideiussores, contentus his esse debet. quòd si medio tempore calamitas fideiussoribus insignis, vel magna inopia accidit, causa cognita ex integro satisdandum erit.

f *Ex tractatu de prætor. stipul. Duar.*
g apud
h alios

XI. VLPIANVS libro septuagensimo quinto ad Edictum

IVlianus ait, si antequam [i] mandarem tibi fundum peteres, satis acceperis petiturus fundum, & postea mandatu meo agere institueris: fideiussores teneri.

i *Vnde petitio principalis, & iudiciũ erat inutile l. item si. infr. negot. gest. & per consequens accessorium, scilicet, acceptio satisdationis. l. cum principalis inf. de reg. iur. atq. etiã magis quod vitiosa ab initio, tractu temporis non conualescunt. l. quod ab initio. de reg. iur. inf. Respondetur tamẽ valere fideiußionem propter ratihabitionem, quæ retrò trahitur & efficit vt perinde sit, ac si mandatum esset ab initio l. vlt. C. ad Macedon.*

Pro debito sub conditione ex vltima voluntate indistinctè cauetur, aliàs non nisi cognita causa.

XII. IDEM libro septuagensimo septimo ad Edictum

INter [k] omnes conuenit, heredem sub condicione||pendente condicione ||posidentẽ hereditatẽ substituto cauere debere de

k *Ex tractatu de prætor. stipul. vers. ea. sequente.*

re de hæreditate: & si defecerit condicio, adeuntem hereditatem substitutum & petere hereditatem posse, & si optinuerit, committi stipulationem. & plerumque ipse prætor, & ante condicionem existentem, & ante diem petitionis venientem, ex causa iubere solet stipulationem interponi.

XIII. PAVLVS libro septuagensimo quinto ad Edictum

SEd & si plures substituti sint, singulis cauendum est.

De filio, & patre.

XIIII. IDEM libro secundo Responsorum

FIliusfamilias defendit absentem patrem. quæro an iudicatum solui satisdare debeat. Paulus respondit, eũ qui[a] absentem defendit, etiam si filius vel pater sit, satisdare petituro[b] ex forma edicti debere.

a qui absentem personam
b petitori

De possessore immobilium.

XV. MACER libro primo de Appellationibus

SCiendum est possessores immobilium rerum satisdare nõ compelli. Possessor autem is accipiendus est, qui in agro vel ciuitate rem soli possidet aut ex asse, aut pro[c] parte. sed & qui vectigalem id est emphyteyticum[d] agrum possidet, possessor intellegitur. item qui solam proprietatem habet, possessor intellegendus est. Eum verò, qui tantùm vsufructum habet, possessorem non esse Vlpianus scripsit. Creditor, qui pignus accepit, possessor non est, tametsi possessionem habeat aut sibi traditam, aut precario debitori concessam. Si fundus in dotem datus sit: tã vxor quàm maritus propter possessionẽ eius fundi possessores intelleguntur. Diuersa causa est eius, qui fundi petitionem personalem habet. Tutores siue pupilli eorũ, siue ipsi possideant, possessorum loco habẽtur. Sed & si vnus ex tutoribus possessor fuit, idem dicendum erit. Si fundum, quem possidebam, à me petieris, deinde cum secundum te esset iudicatũ, appellauerim: an possessor eiusdem fundi sim? & rectè dicetur possessorem me esse, quia nihilominus possideo. nec[e] ad rem pertinet, quòd euinci ‖ mihi ‖ ea possessio possit. Possessor autem quis necne fuerit:[f] tempus cautionis spectãdum est. nam sicut ei, qui post cautionem ‖ possessionẽ ‖ vendidit, nihil obest: ita nec prodest ei qui post cautionem possidere cœpit.

c ex parte
d vel emphyteuticũ
e nec enim ad rem facit:

De eo qui iurato promisit.

XVI. PAVLVS libro sexto ad Edictum

QVi iurato promisit iudicio sisti, non videtur peierasse si ex concessa causa hoc deseruerit.

SI EX NOXALI CAVSA AGATVR QVEMADMODVM CAVEATVR TIT. VIIII.

In eadem causa sistere quid sit.

VLPIANVS libro septimo ad Edictum

SI QVIS eum, de quo noxalis actio est, iudicio sisti pro misit:[a] prætor ait, IN EADEM CAVSA EVM EXHIBERE,[b] IN QVA TVNC EST, DONEC IVDICIVM ACCIPIATVR. In eadẽ causa ‖sistere ‖*quid sit, videamus. & puto verius eũ ‖vider In‖ eadẽ causa*[c] qui ad experiendum non facit ius actoris deterius. Si desinat seruus esse promissoris, vel actio amissa sit: non videri in eadem causa statum Labeo ait. vel[d] si qui pari loco erat in litigando, cœpit esse‖in‖duriore, vel loco, vel persona mutata. Itaque si ‖quis‖ei, qui in foro promissoris conueniri non potest, venditus, aut potentiori datus sit: magis esse putat vt non videatur in eadem causa sisti. Sed & si noxę deditus sit, Ofilius non putat in eadem causa sisti: cum noxæ deditione ceteris noxalem actionem peremi[e] putat.

a promiserit
b exhibeto
c sistere qui ad
d veluti nec si qui pari
e perimi

II. PAVLVS libro sexto ad Edictum

SEd alio iure vtimur. nam ex præcedentibus causis non liberatur noxæ deditus . perinde enim noxa caput sequitur, ac si venisset.

De officio iudicis, cum dominus est præsens, & seruus absens, aut contra.

1 Si absens sit seruus, pro quo noxalis actio alicui competit: siquidem dominus non negat in sua potestate esse: compellendum putat Vindius vel iudicio eum sisti promittere, vel iudicium accipere: aut si nolit defendere, cauturum, cum primùm potuerit se exhibiturum. sin[f] verò falso neget in sua potestate esse: suscepturum iudicium sine noxæ deditione. idq;[g] Iulianus scribit & si dolo fecerit quominus in eius esset potestate. Sed si seruus præsens est, dominus abest, nec quisquam seruũ defendit: ducẽdus erit iussu prætoris . sed causa cognita domino postea dabitur defensio, vt Põponius & Vindius scribũt: ne ei absentia sua noceat. Ergo & actori actio restituẽda est perempta eo quòd ductus seruus in bonis eius esse cœpit.

f si verò
g idémque

Ratio decernendi contra vsufructuarium.

III. VLPIANVS libro septimo ad Edictum

SI cum vsufructuario noxali iudicio agetur, isque seruum non defenderit: denegatur ei per prætorem vsusfructus persecutio.

IIII. GAIVS libro sexto ad Edictum prouinciale

SI cum vno ex dominis noxalis[h] agetur: an pro parte socij satisdare deberet[i]? Sabinus ait non debere: quia quodãmodo totũ suum hominem defenderet, cui insolidum defendẽdi

h noxali
i deberet?

E necess-

necessitas esset: nec auditur si pro parte paratus sit defendere.

De seruo qui sistitur liber factus.

V. VLPIANVS libro quadragesimo septimo ad Sabinum

SI [a] seruum in eadem causa sistere quidam [b] promiserit, & liber factus sistatur: si de ipso controuersia est capitalium actionum iniuriarúmque nomine, non rectè sistitur: quia aliter de seruo supplicium [c] & Berberibus ‖de iniuria‖ satisfit: aliter de libero vindicta sumitur vel condemnatio pecuniaria. Quod autem ad ceteras noxales causas pertinet, etiam in meliorem causam videtur peruenisse.

VI. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum

SEd [d] si statuliberum sisti promissum sit: in eadem causa sisti videtur quamuis liber sistatur, quòd implicitus ei casus libertatis fuerit.

DE EO PER QVEM FACTVM ERIT QVO MINVS QVIS IN IVDICIO SISTAT TIT. X.

VLPIANVS libro septimo ad Edictum

AEQVISSIMVM putauit prætor dolum eius coërcere,
qui impedit aliquem iudicio sisti. Fecisse autem do- 1
lo malo non tantùm is putatur, qui suis manibus vel
per suos retinuerit: verùm qui alios quoque rogauit vt eũ de-
tinerent, vel abducerent ne iudicio sistat: siue sciẽtes, siue igno-
rantes quid esset, quod [e] comminisceretur. Dolum autem 2
malum sic accipimus, vt si quis venienti ad iudicium aliquid
pronuntiauerit triste, propter quod is necesse habuerit ad iu-
dicium non venire: teneatur [f] edicto. quamuis quidam pu-
tent sibi eum imputare, qui credulus fuit. Si reus dolo acto- 3
ris non steterit, [g] non habebit reus aduersus eum actionem
ex hoc edicto: cum contentus esse possit exceptione, si ex sti-
pulatu conueniatur de pœna, quòd ad iudicium non venerit.
aliter atque si ab alio sit impeditus: nam actionẽ propositam
aduersus eum exercebit. Si plures dolo fecerint, omnes te- 4
nentur, [h] sed si vnus præstiterit pœnam, ceteri liberantur, cum
nihil intersit. Serui nomine ex hac causa noxali iudicio a- 5
gendum, omnes consentiũt. Et heredi datur, [i] sed non vltra 6
annum. aduersus heredem autem hactenus puto dandam
‖actionem‖ vt ex dolo defuncti heres non lucretur.

II. PAVLVS libro sexto ad Edictum

SI actoris seruus domino sciente, & cum possit non prohibente, dolo fecerit quo minus in iudicio sistam: Ofilius dãdam mihi exceptionem aduersus dominum ait, ne ex dolo serui dominus lucretur. si verò sine voluntate domini seruus hoc fecerit: Sabinus noxale iudicium dandum ait, nec factum serui domino obesse debere nisi hactenus, vt ipso careat: quando [k] ipse nihil deliquit.

a *Hoc responsum non pugnat cũ l. 1. de pœn. infr. quod enim hic aliter de seruo &c. non tam ad genus pœnæ quàm ad cognitionis ordinem, & rationem referendum est. Nam ob genus pœnæ non fit ius actoris deterius. Certum autem est aliã esse formam cognitionis, cum liber homo quàm cum seruus accusatur. l. 2. infr. de custod. reo. l. Domitianus. inf. ad Turpil. & toto tit. de quæst. Duar.*

b quis

c supplicio

d *Hoc capite non agitur de pœna statuliberi, & an puniatur vt seruus, vel vt liber. Itaque non aduersatur l. statuliberi. de statu lib. Quæritur autem an qui liberum sisti promisit, stitisse & satisfecisse promissioni videatur si liberum stiterit? Et sanè videtur cùm non promiserit, quod non potuit facere, ne statuliber ad libertatẽ perueniat, quæ statuto tẽpore omnibus inuitis illi competit: nec stipulator quoque id à fideiussore stipulatus videtur: cùm sciret libertatem eius impediri non posse.*

e quod committeretur, *vel.* quod comminisceretur.

f teneatur ex hoc edicto

g stiterit

h *Ex edicto omnes in solidum tenẽtur, quia omnes deliquerũt l. si ita vulneratus. infr. ad l. Aquil. actor tamen vna ex actione cõtentus esse debet, quãdo quanti sua interest agit, non in pœnã vt hic. Contrà, si pœnale sit vtrinque iudicium: nã aduersus singulos in solidum expe[d]ietur l. si quis id, quod. sup. de Iuris-dict. & l. Itera Mela. inf. ad l. Aquil. Eguin. Ba.*

i datur hæc actio

k quoniam

De eo quod intereſt actoris.

III. IVLIANVS [a] libro ſecundo Digeſtorum

EX hoc edicto aduerſus eum, qui dolo fecit quo minus quis in iudicium vocatus ſiſtat, in factum actio competit quãti actoris interfuit eum ſiſti. In quo iudicio deducitur ſi quid amiſerit actor ob eam rem : veluti ſi reus tempore dominium rei interim ſibi adquirat, aut actione liberatus fuerit.[b]

1 Planè ſi is, qui dolo fecerit quo minus in iudicio ſiſtatur,
ſoluendo non fuerit, æquum erit aduerſus ipſum reum reſti-
tutoriam actionem competere: ne propter dolum alienũ reus
2 lucrum faciat, & actor damno adficiatur. Si [c] & ſtipulator
dolo Titij, & promiſſor dolo Mæui impeditus fuerit quo
minus in iudicio ſiſtatur : vterque aduerſus eum, cuius dolo
3 impeditus fuerit, actione in factum experietur. Si & ſtipu-
lator dolo promiſſoris, & * promiſſor dolo ſtipulatoris im-
peditus * fuerit quo minus ad iudicium veniret : [d] neutri eo-
rum prætor ſuccurrere debebit, ab vtraque parte dolo [e] com-
penſando. Si à fideiuſſore quinquaginta ſtipulatus fuero ſi
4 in iudicium reus non venerit, petiturus à reo centum, & do-
lo‖malo‖Sempronij factum fuerit ne in iudiciũ reus veniat:
centum à Sempronio conſequar. tanti enim mea interfuiſſe
videtur: quia ſi veniſſet in iudicium, actio mihi centum [f] ad-
uerſus reum, vel aduerſus heredem eius competebat: licet fide-
iuſſor minorem ſummam mihi promiſerit.

a Vlpianus

b ſit.

c Sed & ſi *vel* ſed ſi

d venirent:

e dolo dolum compenſando.

f mihi in centum

SI QVIS CAVTIONIBVS IN IVDICIO SISTENDI CAVSA FACTIS NON OBTEMPERAVERIT [g] TITVLVS XI.

Quantum quoque die ſpatii computandum ſit itineri faciendo.

GAIVS libro primo ad Edictum prouinciale

VIcena milia paſſuum in ſingulos dies dinumerari prætor iubet præter eum diem, quo cautum promittitur, & [h] in quem ſiſtere in iudicium oportet. nam ſanè talis itEneris dinumeratio neutri litigatorum oneroſa eſt.

Tranſactio facta poſt cautionem quam vim habet.

II. VLPIANVS libro ſeptuageſimo quarto ad Edictum

NOn exigimus [i] reum iudicio ſiſti ſi negotium, propter quod iudicio ſiſti promiſit, fuerit tranſactum. ſed hoc ita, ſi‖non‖[k] prius id negotium tranſactum ſit, quàm ſiſti oporteret. ceterum ſi poſtea tranſactum eſt, exceptio doli opponi debet. quis enim de pœna promiſſa laborat poſt negotium trãſactum ? cum etiam tranſacti negotij exceptionem putauerit quis nocere, quaſi etiam de pœna tranſactum ſit : niſi contrarium ſpecialiter partibus placuerit.

g *Addit hæc Baro,* vt edictum reſtituat. Ita demum iudiciũ dabo, ſi nulla iuſta cauſa erit, cur ſiſti non oportebit: Item ſi mihi qua iuſta cauſſa videbitur, exceptionem in iudicium addam.

h & eum, quem

i *Sumptum ex tractatu de exceptio. & cõiungendum cum l.2. de tranſactio. Duar.*

k *vel*, ſi modò prius. *deterior eſt Florent.*

Variis ex cauſſis promiſſor excuſatur.

1 Si quis municipalis muneris cauſa ſine ſuo dolo malo im-

pedi-

peditus, in iudicio ſecundùm ſuam promiſsionem nō ſtetit:
æquiſsimum eſt tribui ei exceptionem. ſimili modo & ſi ad
teſtimonium deſideratus, ad iudicium occurrere non potuit:
erit ei ſubueniendum. Si quis iudicio ſe ſiſti promiſerit: & 2
valetudine, vel tempeſtate, vel vi fluminis prohibitus ſe ſi-
ſtere nō poſsit: [a]exceptione adiuuatur, nec immeritò. cū enim
in tali promiſsione præſentia opus ſit, quemadmodū potuit
ſe ſiſtere qui aduerſa valetudine impeditus eſt? [b] & ideo etiam
lex duodecim tabularū ſi iudex, vel alteruter ex litigatoribus
morbo ſontico impediatur: iubet diē iudicij eſſe diffiſum [c].

Si nō propter valetudinem mulier non ſteterit iudicio, ſed 3
quòd grauida erat, exceptionē ei dandam Labeo ait. ſi tamen
poſt partum decubuerit, probandū erit quaſi valetudine impe
ditam. Idem eſt & ſi quis furere cœperit. nā qui furore impe-
diatur, *valetudine impeditur.* Quod diximus ſuccurri e- 4
tiā ei, qui tēpeſtate aut vi fluminis prohibitus non venit: tem-
peſtatem ſic intellegere debemus, *ſiue maritima, [d]ſiue terre-
ſtris ſit. tēpeſtatē [e] intellegere debemus* talem, quę impedimē
to ſit itineri, vel nauigationi. Vis fluminis etiā ſine tempe- 5
ſtate accipiēda eſt. vim fluminis intellegimus & ſi magnitu-
do eius impedimēto ſit, ſiue pons ſolutus ſit, vel nauigiū non
ſtet. Si quis tamen cū poſſet non incidere in tempeſtatē, vel 6
in fluminis vim ſi ante profectus eſſet, vel tēpore oportuno na
uigaſſet, ipſe ſe artauerit: numquid exceptio ei minimè proſit?
quod quidē cauſa cognita erit ſtatuendū. nam neque ſic artā-
dus ſit, vt poſsit ei dici cur nō multò ante profectus eſt [f] quàm
dies promiſsionis [g] veniret: neque iterum permittendum ei ſi
quid ſit, quod ei imputetur, cauſari tempeſtatem, vel vim flu
minis. Quid enim ſi ‖quis‖ cum Romæ eſſet ipſo tēpore pro-
miſsionis ſiſtendi, nulla neceſsitate vrguente voluptatis cauſa
in municipiū profectus ſit? nónne indignus eſt, cui ‖hæc‖ exce-
ptio patrocinetur? Aut quid ſi tēpeſtas quidē in mari fuit, terra
autē iſte potuit venire, *vel* flumē circumire? æquè dicēdum,
non ſemper ei exceptionē prodeſſe: niſi anguſtiæ non patiebā
tur terra iter metiri, vel circūire. [h]Cum [i] tamen vel flumen ſic
abūdaſſet vt impleſſet omnē locum, in quo ſiſti oportuit: vel
aliqua fortuita calamitas eundē locū euertit: [k]vel præſentiam
venienti periculoſam fecit: ex bono & æquo & hic exceptio
ei adcommodanda eſt. Similimodo exceptio datur ei, qui 7
cum ad iudicium venire volebat, à magiſtratu retentus eſt, &
retentus ſine dolo malo ipſius. nam ſi ipſe hoc affectauit, vel
cauſam præſtitit: non ei proderit exceptio. ſed [l] ipſius quidem
dolus ei oberit, ceterorum [m] non oberit, qui malo dolo fecerūt
vt retineretur. Sed ſi priuatus *eum* detinuerit: nullo modo
ei proderit hæc exceptio.

a potuit:
b erat?
c *Ang. Politia. c. 1. Miſcel. teſtatus eſt ita legi in Florent. Pand. Bud. tamen contendit rectè legi diffuſum: quaſi dicat Iubet diē eſſe diffuſum. i. rem in poſterum diem reiiciēdam.*
d marina,
e tempeſtatēmque
f es
g promiſsionis ſiſtēdi veniret:
h vel flumen circumire.
i ſi tamen
k euertiſſet:
l ac ipſius
m verò non

III. PAVLVS libro ſexageſimo nono ad Edictum

SEd [a] actio ei datur aduerſus eum, qui [b] detinuit, in id quod
eius intereſt.

a Ex tractatu de exceptio. Duar.
b qui eum

IIII. VLPIANVS libro ſeptuageſimo quarto ad Edictum

SEd [c] & ſi quis rei capitalis ante condemnatus iudicio ſiſte-
re ſe non potuit: meritò huic ignoſcitur. Rei capitalis con-
demnatũ accipere debemus, qui morte, exilióue coërcitus eſt.
Dixerit aliquis, quo [d] ergo hæc exceptio dãnato? ſed reſpon-
debitur, fideiuſſoribus eius eſſe neceſſariam: aut ſi fortè in ex-
ilium [e] ſalua ciuitate abiit: vbi deféſori eius exceptio iſta pro-
1 derit. Illud ſciendum eſt: eũ, qui idcirco non ſtetit quia ca-
pitis reus factus eſt, in ea cauſa eſſe vt exceptione vti non poſ-
ſit: damnato enim datur. Planè ſi vinculis vel cuſtodia milita-
ri impeditus ideo non ſtetit: in ea erit cauſa vt exceptione vta-
tur. Præterea ſi funere quis domeſtico impeditus nõ venit, de-
bet ei exceptio dari. Item ſi quis in ſeruitute hoſtiũ fuerit, ac
per hoc in iudicium non ſtetit: debet exceptione adiuuari.

c Ex tractatu de except. Duar.
d quid ergo
e Miratur aliqui exilium ſalua ciuitate fieri poſſe. verùm deſcripſit relegatum qui ſalua ciuitate exul erat, & exilij verbũ impropriè vſurpauit vt & Cic. pro Cec. nõ adimitur exulibus ciuitas, ſed ab eis relinquitur atque deponitur. Aug. 3. emẽd. c. 6.

An valeat conuentio de non opponenda exceptione.

2 Quæſitum eſt an poſſit conueniri ne vlla exceptio in pro-
miſſione [f] deſerta iudicio ſiſtendi cauſa facta obiciatur: &
ait Atilicinus ‖conuentionem iſtam non valere. ‖ſed & ego pu
to conuentionem iſtam ita valere, ſi ſpecialiter cauſæ exceptio
num expreſſæ ſint, quibus à promiſſore ſponte renuntiatum
3 eſt. Item quæritur ſi quis cum iudicio ſiſtẽdi cauſa ſatiſda-
re non deberet, ſatiſdato promiſerit: an fideiuſſoribus eius ex-
ceptio detur. puto intereſſe vtrum per errorem ſatiſdato pro-
miſſum eſt, an ex conuentione. ſi per errorem: dandam fide-
iuſſoribus exceptionem. ſi ex conuentione: minimè dandam.
Nam & Iulianus ſcribit ſi iudicio ſiſtẽdi cauſa pluris, [g] quàm
ſtatutum eſt, per ignorantiam promiſſum fuerit: exceptionẽ
dari debere. ſi autem ex conuentione tantæ ſummæ promiſ-
ſio facta ſit: exceptionem pacti conuenti replicatione infirmã
dam ‖Iulianus ait.‖

f Alc. 2. parer. c. 27. legit diſerta. i. expreſſa. quia nouus loquendi modus videtur, vt promiſſio deſerta dicatur: verum & fidem deſerere, & promiſſũ deſerere, latinè dicuntur, & ita locutus eſt Paulus, ſup. l. vlt. qui ſatiſd. cog.
g plus

An factum vnius ex reis noceat alteri.

V. PAVLVS libro ſexageſimo nono ad Edictum

SI [h] duo rei ſtipulandi ſint, & vni debitor iudicio ſe ſiſti cũ
pœna promiſerit, alter autem impedierit: ita demum exce-
ptio aduerſus alterum danda eſt, ſi ſocij ſint: ne proſit ei dolus
propter ſocietatem.

h Ex tractatu de excep. Duar.

Quid ſi ab vno petatur res, ab altero id quod intereſt.

1 Item ſi duo rei promittendi ſint, & vnus ad iudicium non
venerit contempta ſua promiſſione iudicio ſiſtendi cauſa fa-
cta: actor autem ab altero rẽ petat, ab altero pœnam deſertio-
nis: petendo ‖pœnam‖ exceptione ſummouebitur. Aequè ſi à

patre facta fuerit promisſio iudicio ſiſtendi gratia ex filij cõtractu, deinde de re actor egerit cũ filio, exceptione ſummouebitur ſi cum patre ex eius promisſione agat. & contra idẽ erit ſi filius promiſerit, & actor egerit cum patre de peculio.

VI. GAIVS libro primo ad Legem duodecim tabularum

SI is qui fideiuſſorem dedit, ideo nõ ſteterit, quòd reipublicæ cauſa afuit:[a] iniquum eſt fideiuſſorem ob alium neceſsi tate ſiſtendi obligatum eſſe, cum ipſi liberum eſſet nõ ſiſtere.

a abfuerit:

De eo, qui ſeruum ſiſti promiſit.

VII. PAVLVS libro ſexageſimo nono ad Edictum

SI quis [b] ſeruum in iudicio ſiſti promiſerit, vel alium, qui in aliena poteſtate eſt: iſdem exceptionibus vtitur, quibus ſi pro libero vel patrefamilias fideiuſsit: præterquam ſi reipublicæ cauſa abeſſe diceretur ſeruus. nã ſeruus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt. Præter hanc autem exceptionem, cæteræ, quia communes ſunt, tam in libero homine quàm in ſeruo locum habent.

b Ex tractatu de except. Duar.

Purgatio moræ in ſtipulationibus iudicialibus.

VIII. GAIVS libro viceſimo nono ad Edictum prouinciale

ET ſi [c] poſt tres aut quinque pluréſue dies, quàm iudicio ſiſti ſe reus promiſit, ſecum agendi poteſtatem fecerit, nec actoris ius ex mora deterius factum ſit: cõſequens eſt dici defendi eum debere per exceptionem.

c Ex tractatu de præto. ſtipul. Duar.

VIIII. VLPIANVS libro ſeptuageſimo ſeptimo ad Edictum

SI [d] ſeruus iudicio ſe ſiſti promittat: non committitur ſtipulatio neque in eum, neque in fideiuſſores eius.

d Ex tractatu de præto. ſtipul. Duar.

Diuiſio ſtipulationis prætoriæ.

Si plurium ſeruorũ nomine iudicio ſiſtendi cauſa vna ſtipulatione promittatur: pœnam quidem integram cõmitti licet [e] vnus ſtatus non ſit, Labeo ait: quia verum ſit omnes ſtatos nõ eſſe. verùm ſi pro rata vnius offeratur pœna: exceptione doli vſurum eũ, qui ex hac ſtipulatione conuenitur.

e i. licet omnes ſtati ſint præter vnum

X. PAVLVS libro primo ad Plautium

SI eum iudicio ſiſti promiſero, qui iam tempore liberatus [f] eſſe dicebatur, [g] quia [h] iam actione *fortè* non tenebatur: actio in me danda eſt, vt vel exhibeam eum, vel defendam, vt veritas inquiratur.

f Quæreret quis quomodo ſiſti interſit, ſi fortè liberatus ſit? Nã fideiuſſor tanti tenetur demum quanti interſit. Et conſtat intereſſe vt defendatur, ne fruſtrà edictis euocetur, ſumptus fiãt &c. quod & tunc locum habere puto, ſi quis pro ſeruo fideiubeat de cuius ſtatu dubitetur. ſup l. 9. in princ. licet enim ſtipulatio commiſſa non ſit, & promiſſor minimè teneatur, actio tamẽ datur in fideiuſſorem, vt veritas inquiratur.

g dicatur,

h quamuis fortè iã actione non teneatur

Vbi eſt dies & conditio, expectatur dies licet conditio euenerit.

Homo ſiſti promiſſus, ante diem dolo promiſſoris periit: certo iure vtimur non ante pœnam peti poſſe, quã [i] dies venerit. tota enim ſtipulatio in diem collata videtur.

i quàm dies promiſſionis

Stipu-

Stipulatio alteri acceſſoria aſſumit ſibi naturam eius cui accidit.

1 Qui iniuriarum acturus eſt, ſtipulatus erat ante litem cõteſtatam vt aduerſarius ſuus iudicio ſiſtat: commiſſa ſtipulatione mortuus eſt. non competere heredi eius ex ſtipulatu actionem placuit: quia tales ſtipulationes propter rem ipſam darentur. iniuriarum autem actio heredi non competit. quãuis enim hæc ſtipulatio iudicio ſiſtendi cauſa facta ad heredem tranſeat, tamen in hac cauſa danda non eſt. nam & defunctus ſi vellet omiſſa iniuriarum actione ex ſtipulatu agere, non permitteretur ‖ei.‖ Idem dicendum eſſe [a] & ſi is, cum quo iniuriarum agere volebam ſtipulatione tali cõmiſſa deceſſerit. nam non competit mihi aduerſus heredem ‖eius‖ ex ſtipulatu actio. & hoc Iulianus ſcribit. ſecundùm quod & ſi fideiuſſores dati erant, minimè dabitur in eos actio mortuo reo. Idem [b] Pomponius, ſi non poſt longũ tempus deceſſerit. quia ſi ad iudicium veniſſet, litem cum eo conteſtari actor potuiſſet.

a eſt

b Idem ait Pomponius.

Quid ſit in eadem cauſſa ſiſtere.

XI. VLPIANVS libro quadrageſimo ſeptimo ad Sabinum

SI quis quendam [c] in iudicio ſiſti promiſerit, in eadem cauſa eum debet ſiſtere. in eadem autem cauſa ſiſtere hoc eſt: ‖ita‖ ſiſtere, vt actori perſecutio loco deteriori non ſit: quamuis exactio rei poſsit eſſe difficilior. licet enim difficilior exactio ſit, tamen dicendum eſt videri in eadem cauſa eum ſtetiſſe. nam & ſi nouum æs alienum contraxiſſet, vel pecuniam perdidiſſet: videtur tamẽ in eadem cauſa ſtetiſſe. ergo & qui alij iudicatus ſiſtitur, in eadem cauſa ſtare [d] videtur.

c quempiam

d ſiſti videtur.

XII. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum

QVi [e] autem nouo priuilegio vtitur, non videtur in eadem cauſa ſiſti. Illud tenendum eſt, quòd [f] æſtimationem eius, quod interſit agentis, ad illud tẽpus referẽdũ[g] eſt, quo ſiſti debuit: nõ ad id, quo agitur, quãuis deſierit eius intereſſe.

e *Intellige eum, cui ſpeciali principis beneficio, præter commune priuilegium, vt militare, fortè conceſſum eſt vti priuilegio fori, etiam lite conteſtata, l. idem Vlp. infr. de excuſat. tuto. alioquĩ poſt vocationem in ius nemo ius habet reuocandi forum. l. ſi quis poſteà. infr. de iud.*

f æſtimationẽ eius quod interſit *vel,* quod æſtimatio eius quod interſit

g referenda

Id, quod domini intereſt, refertur.

XIII. IVLIANVS libro quinquageſimo quinto Digeſtorum

QVotiens ſeruus iudicio ſiſtendi cauſa vt ipſe litigaturus vel ab alio ſtipulatur, vel ipſe promittit: nec committitur ſtipulatio, nec fideiuſſores tenẽtur: quia ſeruus conueniri, vel conuenire non poteſt.

Stipulatio procuratoris ſuper re domini in dubio intelligitur facta procuratoris nomine: & ad id quod domini intereſt refertur.

XIIII. NERATIVS libro ſecundo Membranarum

SI procurator ita ſtipulatus ‖eſt‖ vt ſiſtat dumtaxat eũ, quẽ ſtipularetur, non etiã pœnã ſi ſtatus nõ eſſet ſtipularetur:

propemodum nullius momenti est ea stipulatio. quia procuratoris, quod ad ipsius vtilitatem pertinet, nihil interest sisti. Sed cum alienum negotium *in* stipulando egerit: potest defendi non procuratoris, sed eius cuius negotium gesserit, vtilitatem in ea re spectandã esse: vt quantum domini litis interfuit sisti, tantum ex ea stipulatione non stato reo procuratori debeatur. Eadem & fortius adhuc dici possunt, si procurator ita stipulatus esset, QVANTI EA RES ERIT: vt hanc conceptionem verborum nõ ad ipsius, sed ad domini vtilitatem relatam interpretemur.

Si promittens iudicio sisti desiit posse conueniri, stipulatio euanescit.

XV. PAPINIANVS[a] libro secundo Quæstionum

SI tutor iudicio sisti promiserit, & stipulationi non obtemperauerit, & interea pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abstentus sit[b] hereditate: denegabitur[c] ex stipulatu actio. nam & ipsius rei, quæ petebatur, si tutor iudicatus fuerit, & eorum[d] quid acciderit, non esse dandam in eum actionem iudicati probatum est.

a Vlpianus

b ab hæreditate

c denegabiturei, *alij*, in eum.

d aut eorum

DE[e] FERIIS[f] ET DILATIONIBVS ET DIVERSIS TEMPORIBVS TIT. XII.

An excusetur is, qui diebus feriatis non venit ad iudicium.

VLPIANVS libro quarto de Omnibus Tribunalibus

NE QVIS messium vindemiarúmque tempore aduersarium cogat ad iudicium venire, oratione Diui Marci exprimitur. quia occupati circa rem rusticam in forum compellendi[g] non sunt. Sed si prætor aut per ignorantiam, vel socordiam euocare eos perseuerauerit, híque sponte venerint: siquidem sententiã dixerit præsentibus illis, & sponte litigantibus: sententia valebit, tametsi non rectè fecerit qui eos euocauerit. Sin verò cum abesse perseuerauerint, sententiã protulerit *etiam* absentibus illis: consequens erit dicere, sententiam nullius esse momenti. neque enim prætoris factum iuri[h] derogare oportet. ‖Et‖ citra appellationem igitur sentẽtia infirmabitur. Sed excipiuntur certæ causæ, ex quibus cogi poterimus & per id temporis cum messes[i] vindemiæque sunt, ad prætores venire: scilicet si res tempore peritura sit, hoc est si dElatio[k] actionem sit perẽptura. Sanè quotiẽs res vrget, cogendi quidem sumus ad prætorẽ venire: verùm ad hoc tantùm cogi æquum est, vt lis contestetur. & ita ipseis[l] verbis orationis exprimitur. denique alterutro recusante post litem contestatam litigare, dilationem oratio concessit.

II. IDEM libro quinto ad Edictum

EAdem oratione Diuus Marcus in senatu recitata effecit, de aliis[m] speciebus prætorem adiri etiam diebus feriaticis:[n] vt puta vt tutores aut curatores dentur, vt offici Admonean-

e *Quidam addũt* earum & ex quibus causis feriæ non impediantur

f *De his Plato Dial. 2. de legib. Macrob. Saturn. li. 1. c. 16. Gel. lib. 3. c. 17.*

g venire compellendi

h *Prætor iudicando nihil iuri derogare potuit. sed eum oportuit ex iure statuere vt hic, proposuit tamen edicta, quibus interpretatus est, ac suppleuit quæ desyderabantur in iure ciuili, & quibusdam articulis veterum legum derogauit. l. ius autem. & sequ. supr. de Iust. & iur. §. 1. de bon. poss. Instit. deinde ea edicta à populo in honorem prætoris sunt recepta. Itaque magis auctoritate populi quàm prætoris valuerunt. l. 2. sup. de orig. iu.*

i messis

k dilatio

l ipsius verbis

m aliis etiam

n feriatis

neantur,[a] cessantes[b] excusationes allegentur, alimenta constituātur, ætates probentur, ventris nomine in possessionem mittatur. vel[c] rei seruandæ causa vel legatorū, fideiue commissorum, vel damni infecti. item de testamentis exhibendis: [d]vt curator detur bonorum eius, Qui an heres exstaturus[e] sit incertum est: aut de alendis liberis, parentibus, patronis: aut de adeunda suspecta hereditate: aut vt aspectu atrox iniuria estimetur: vel[f] fideicommissaria libertas præstanda.

III. IDEM libro secundo ad Edictum

SOlet etiam messis vindemiarúmque tempore ius dici ‖de‖ rebus, quæ tempore vel morte perituræ sunt. morte: veluti furti, damni iniuriæ, iniuriarum[g] atrocium: qui[h] de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata rapuisse dicuntur: & si quæ similes sunt. Item si res tempore perituræ sunt, aut actionis dies exiturus ‖ est. ‖Liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur. Item in eum, qui quid nundinarum nomine aduersus communem vtilitatem acceperit, omni tempore ius dicitur.

IIII. PAVLVS libro primo ad Edictum

PRæsides prouinciarum ex consuetudine cuiusque loci solent messis vindemiarúmque causa tempus statuere.

V. VLPIANVS libro sexagensimo secundo ad Edictum

PRidie kalendas Ianuarias magistratus neque ius dicere, sed nec sui potestatem facere consuerunt.[i]

VI. IDEM libro septuagensimo septimo ad Edictum

SI[k] feriatis[l] diebus fuerit iudicatum, lege cautum est ne his diebus iudicium fit nisi ex voluntate partium. & quod[m] aliter aduersus ea iudicatum[n] erit, ne quis iudicatum facere, néue solBere debeat: néue quis ad quem de ea re in ius aditū erit, iudicatum[o] facere cogat.

De dilationibus.

VII. IDEM libro primo de Officio Consulis

ORatione[p] quidem Diui Marci amplius quàm semel *nō* esse dandam instrumentorum dilationem expressum est. sed vtilitatis litigantium gratia, causa cognita & iterum dilatio tam ex eadem, quàm ex alia prouincia secundùm moderamen locorum impertiri solet: & maximè si aliquid inopinatum emergat. Illud videndum, si defunctus acceperit aliquam dilationem propter instrumenta, an successori quoque eius dari debeat: an verò quia iam data est, amplius dari non possit: & magis est, vt & hic causa cognita dari debeat.

a admoueantur.
b cessantis
c vt rei
d & vt curator
e exstiturus
f vel si qui fideicōmissaria *aut*, vel cui fideicomissaria
g iniuriarúmque
h quod de *vel*, & quæ de
i consueuerunt
k quod si *vel* quid si
l *Ex tit. iud. solui, cōiunge l. si ferialis. cuius interpretatio pendet ex hac lege. Duar.*
m & si
n iudicium erit,
o *i. sententiæ satisfacere, non solum si in faciendo sit, vt voluit Accur. sed etiam in dando, sic accipitur. l. & si. inf. de noxal. act. & infinitis aliis locis.*
p *Coniunge l. actionē de ver. sig. quarum altera alteram interpretatur. Duar.*

Dies quomodo accipiatur.

VIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Sabinum

MOre Romano dies à media [a] nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur. itaque quidquid in his viginti quattuor horis, id est duabus dimidiatis noctibus & luce media actum est, perinde est, quasi quauis hora lucis actum esset.[b]

Negotia militaria possunt quolibet tempore expediri.

VIIII. VLPIANVS libro septimo de Officio Proconsulis

DIuus Traianus Minicio Natali rescripsit, ferias à forensibus tantùm negotiis dare vacationem: ea autem, quæ ad disciplinam militarem pertinēt, etiam feriatis diebus peragenda. inter quæ custodiarum quoque cognitionem esse.

De dilationibus.

X. PAVLVS libro quinto Sententiarum

IN pecuniariis causis omnis [c] dilatio singulis causis plus semel tribui non potest. in capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duæ dari possunt: sed vtrumque causa cognita.

DE EDENDO TIT. XIII.

Editio actionis.

VLPIANVS libro quarto ad Edictum

QVA [d] QVISQVE actione agere volet, [e] eā [f] edere debet: nam æquissimum videtur eū qui acturus est edere actionem, vt proinde sciat reus vtrum cedere, an contendere vltra debeat: & si contendendum putat, veniat instructus ad agendum cognita actione qua cōueniatur. Edere est ‖ etiam ‖ copiam describendi facere, vel in libello complecti & dare, vel dictare. eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduersarium [g] suum ad album, & demonstret quod dictaturus est, vel id dicendo, quo vti velit.

Editio instrumentorum & rationum.

Editiones sine die & consule fieri debent ne [h] quid [i] excogitetur è die & consule: & [k] prælato die fiat. Diem autem & consulem excepit prætor, quo instrumentum conscriptū est, non in quem solutio concepta est: nam dies solutionis sicuti summa, pars est stipulationis. Rationes tamen cum die & cōsule edi debent: quoniam accepta & data non aliàs possunt apparere, nisi dies & consul fuerit editus. Edēda sunt omnia, quæ quis apud iudicem editurus est: non tamen vt & instrumenta quibus quis vsurus non est, compellatur edere. Edere non videtur qui stipulationem [l] totam non edit. Eis qui ob ætatem, vel rusticitatem, vel ob sexum lapsi nō ediderunt, vel ex alia iusta causa, subuenietur.

Editio

a *Sexta hora noctis fuit. Et quod Harmenopul. ti. de verb. sign. ait diem incipere à septima noctis hora, quē iurisconsultus hic respondet à media, septimam horam apud Constantinum intellige, non exactam, sed incipientem, quā sextam Iurisconsulti vocant. Au. 2. emend. c. 13. huc pertinent c. 2. Gell. lib. 3. & c. 3. Macr. lib. 1.*
b sit

c omnibus

d *Ad interpretationē huius edicti l. 1. de except. l. actionis verbo. de obl. & act. Duar.*
e vult,
f eam prius edere
g i. eum, *vnde lis petitur, siue reum: quem qui ducit ad album prætoris (in quo scilicet actionum descripta sunt formulæ) eiq; demonstrat quā actionem dictaturus sit, edere intelligitur. Duar. 1. disput c. 13. vbi interpretationem Alciati doctè refellit.*
h i. ne ex editione diei *& consulis nascatur occasio fraudis alicuius excogitādæ, vt forte diei repetendæ. l. repetita. inf. de fide instrum. vbi quod repetita die dicitur: hic prælato. malè autem legunt* prolato, *& peius* perlato
i quid fraudis
k aut
l *i. scripturam, qua cōtinetur stipulatio Dua. in tit. de pact.*

Editio testamenti.

II. PAVLVS libro tertio ad Edictum

SI legatum petatur, non iubet prætor verba teſtamenti edere: ideo fortaſſe quia heredes ſolent habere exemplum teſtamenti.

Quatenus ſit edendum fiſco.

III. MAVRICIANVS libro ſecundo de Pœnis

SEnatus cenſuit, ne quiſquam eorum à quibus quid fiſco petetur,[a] alia inſtrumẽta delatori cogatur edere, quàm quę ad eam cauſam pertinerent ex qua ſe deferre profeſſus eſſet.

a petitur.

Edictum prætoris de rationibus edendis & eius interpretatio.

IIII. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

PRetor ait, ARGENTARIAE MENSAE EXERCITORES RATIONEM, QVAE AD SE PERTINET, EDANT ADIECTO DIE ET CONSVLE. Huius edicti ratio æquiſsima eſt: nam cùm ſingulorum rationes argentarij conficiant, æquum fuit, id quod mei cauſa confecit, meum quodammodo inſtrumentum mihi edi. Sed &[b] filiusfamilias continetur his verbis, vt vel ipſe cogatur edere. an & pater, quæritur. Labeo ſcribit patrem non cogendum, niſi ſciente eo argentaria exercetur.[c] ſed rectè Sabinus reſpondit tunc id admittendum, cum patri quæſtum refert. Sed ſi ſeruus argentariam faciat, poteſt enim, ſiquidẽ voluntate domini fecerit, compellẽdum[d] dominũ edere, ac perinde in eum dandum eſt iudicium, ac ſi ipſe feciſſet. ſed ſi inſcio domino ‖fecit‖, ſatis eſſe dominum iurare eas ſe rationes nõ habere. Si[e] ſeruus peculiarem faciat argentariã: dominus de peculio, vel de in rem verſo tenetur. ſed ſi dominus habet rationes, nec edit, in ſolidum tenetur. Etiam[f] is qui deſit argentariam facere, ad editionẽ compellitur, ſed ibi quis compellitur edere, vbi argentariam exercuit: & hoc eſt conſtitutũ. quòd ſi inſtrumẽtum argentariæ in alia prouincia habeat, in alia adminiſtrauerit: ibi puto cogẽdum edere, vbi argẽtariam exercuit: hoc[g] enim primùm deliquit, quòd aliò inſtrumentũ tranſtulit. quòd ſi in alio loco argentariã exercet, alibi autem ad editionem cõpelletur, minimè hoc facere cogitur: niſi deſcriptum[h] velis vbi de ea re agitur, eum[i] tibi dare, tuis videlicet ſumptibus:

b & ſi

c exerceretur

d compelli

e ſed ſi

f is etiam

g hic enim *vel in* hoc enim

h reſcriptũ *Rectior eſt Floren. t. & intelligo exemplar.*

i ibi dari

V. PAVLVS libro tertio ad Edictum

SPatiúmque ad perferendas[k] eas tribuendum eſt.

k præſtandas

VI. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

SI quis ex argẽtariis, vt plerique eorum, in villa habeat inſtrumentũ, vel in horreo:[l] aut ad locum te perducet, aut de-
1 ſcriptas rationes dabit. Cogentur & ſucceſſores argentarij edere rationes. quòd ſi plures ſunt heredes, & vnus habeat, ſolꝰ ad editionẽ cõpelletur. ſed ſi omnes habeãt, & vnꝰ ediderit, omnes

l *In quo homines pretioſiſsima quæque reponunt l. pen. §. effractura. ſup. de off. præf. vig.*

a an omnes

omnes *ad editionem compellendi sunt. quid enim si humilis & deploratus vnus edidit, vt dubitare quis meritò de fide editionis posſit? vt igitur comparari rationes posſint, etiam ceteri edere debent, aut certè vnius editioni ſubſcribere ‖ hoc‖ idem erit & ſi plures fuerint argentarij, à quibus editio deſideratur. Nam & ſi plures tutores tutelam adminiſtrauerunt ſimul, aut omnes edere debent, aut vnius editioni ſubſcribere. Exigitur autem ab aduerſario argentarij iuſiurandũ 2
non calũniæ cauſa poſtulare edi ſibi: ne fortè vel ſuperuacuas rationes, vel quas habet, edi ſibi poſtulet vexandi argentarij cauſa. Rationem autem eſſe Labeo ait vltro*citro*dandi, 3
accipiendi, credendi, obligandi, ſoluendi ſui cauſa negotiationem. nec vllam rationem nuda dumtaxat ſolutione debiti incipere: nec ſi pignus acceperit, aut mandatum, compellendum edere. hoc enim extra rationem eſſe. Sed & quod ſolui conſtituit, argentarius edere debet: nam & hoc ex argentaria venit. Ex hoc edicto in id quod interfuit, actio competit. vn- 4
de apparet ita demum tenere [b] hoc edictum, ſi ad eum pertineat. Pertinere autem videtur ad me ratio, ſi modò eam tractaueris me mandante. ſed ſi procurator meus abſente me mandauerit, an mihi edenda ſit, quaſi ad me pertineat? & magis eſt vt edatur. Procuratori quoque meo edendam rationem, quã mecum habet, non dubito, quaſi ad eum pertineat: & cauturum de rato ſi mandatum ei non ſit. Si initium tabularum 5
habet [c] diem, in quibus Titij ratio ſcripta eſt, poſtmodum mea ſine die & conſule, etiam mihi edendus eſt dies & conſul: communis*enim*omnis rationis eſt præpoſitio diei & conſulis. Edi autem eſt vel dictare, vel tradere libellum, vel co- 6
dicem proferre. Prætor ait, ARGENTARIO EIVE, QVI 7
ITERVM EDI POSTVLABIT, CAVSA COGNITA EDI IVBEBO. Prohibet argentario edi illa ratione, quòd etiam ipſe inſtructus eſſe poteſt inſtrumento ſuæ profeſsionis: & [d] abſurdum eſt cum ipſe in ea ſit cauſa vt edere debeat, ipſum petere vt edatur ei. An nec heredi argentarij edi ratio debeat, videndum: & ſiquidem inſtrumentum argentariæ ad eum peruenit, non debet ei edi: ſi minus, edenda eſt ex cauſa. nam & ipſi argentario ex cauſa ‖ ratio‖ edenda eſt: ſi naufragio, vel ruina, vel incendio, vel alio [e] ſimili caſu rationes perdidiſſe probet, aut in longinquo habere, veluti trans mare.
Nec iterum poſtulanti edi prætor iubet, niſi‖ ex‖ cauſa.[f] 8

b teneri hoc edicto,

c habet diem & cõſulem,

d & quod abſurdũ eſt

e vel alia ſimili cauſa

f cauſa cognita.

VII. PAVLVS libro tertio ad Edictum

VEluti ſi peregrè habere quod primum editum eſt doceat: vel minus plenè editum: vel eas rationes, ‖ quas‖ caſu maiore non verò neglegentia perdiderit. nam ſi eo caſu [g] amiſit, cui ignoſci debeat, ex integro edi iubebit. Hæc vox ITERVM duas

g ſi quo

duas res significat: alteram, [a] qua demonstraretur tempus secundum, quod Græci ΔΕΥΤΕΡΟΝ [b] dicunt: alteram, [c] quę ad insequentia quoque tempora pertinet, quæ græcè dicitur ΠΑΛΙΝ: quod ita accipitur, quotiens opus erit. nam potest fieri vt bis editam sibi rationem quis perdiderit: vt Berbum ITERVM pro SAEPIVS accipiatur.

a altera est.
b *Alc. li. 2. Prætermissi. reposuit δευτέρως non satis rectè, vt hinc apparet.*
c altera,

VIII. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

VBi exigitur argentarius rationes edere, tunc punitur, cum dolo malo non exhibet. sed culpam non præstabit nisi dolo [d] proximam. Dolo malo autem non edit & qui maliciosè edidit, & qui in totum non edit. Is autem, qui in hoc edictum incidit, id [e] præstat, quod interfuit mea rationes edi cum decerneretur à prætore: non quod hodie interest. & ideo licet interesse desiit, vel minoris vel pluris interesse cœpit, locum actio [f] non habebit: neque [g] augmentum, neque deminutionem.

d dolo malo
e id non præstat. *male additur negatio.*
f hæc actio
g neque ad

Quibus actionibus quis edere cogatur.

VIIII. PAVLVS libro tertio ad Edictum

QVædam sunt personæ, quas rationes nobis edere oportet: nec tamen à prætore per hoc edictum compelluntur. veluti cum procurator res rationésve nostras administrauit, non cogitur à prætore per metum in factum actionis rationes edere: scilicet quia id consequi possumus per mandati actionem. & cum [h] dolo malo socius negotia gessit, prætor per hanc clausulam non interuenit: est enim pro socio actio. sed nec tutorem cogit prætor pupillo edere rationes, sed iudicio tutelæ solet cogi edere.
1 Nihil interest si successores aut pater aut dominus argentarij eiusdem fuerunt professionis: quia cum in locũ & in ius succedant argentarij, partibus eius fungi debent. Is autẽ, cui argẽtarius rationes suas legauit, nõ videbitur contineri: quia iuris successor his verbis significatur: non magis, quàm si ei viuus eas donasset. Sed nec heres tenebitur cum nec possideat, nec dolo malo fecerit. Sed si ei antequam eas *legatario* traderet, renuntiatum [i] fuerit ne ante ‖eas‖ tradat, tenebitur quasi dolo fecerit. ‖Item antequam eas tradat, tenebitur. ‖quod si nihil dolo fecerit, causa cognita legatarius cogendus est edere.
2 Nummularios quoque non esse iniquum cogi rationes edere Pomponius scribit: quia & hi nummularij sicut argentarij rationes conficiunt. quia & accipiunt pecuniam, & erogant *per* partes, quarum probatio scriptura codicibúsque eorum maximè continetur: [k] & frequentissimè ad fidem eorũ decurritur.
3 Ceterum omnibus postulantibus, & iurantibus non calũniæ causa [l] petere: rationes, quæ ad se pertineant, edi iubet. Ad nos [m] enim pertinet non tantùm cum ipsi contraximus, vel successimus, ei qui

h sed &
i denuntiatum
k ideo &
l causa se petere
m nos autem

qui contraxit: sed etiam si is qui in nostra potestate est contraxit.

Officium argentarii.

X. GAIVS libro primo ad Edictum Prouinciale

ARgentarius rationes edere iubetur. nec interest cum ipso argentario controuersia sit, an cum alio. Ideo autem argentarios tantùm, neque alios vllos absimiles ‖ eis ‖ edere rationes cogit, quia officium eorum atque ministerium publicam habeat causam: & hæc principalis eorum opera est, vt actus sui rationes diligenter conficiant. Edi autem ratio ita 1
intellegitur, si à capite edatur: nam ratio ni[a] inspiciatur intellegi non potest. scilicet vt non totum cuique codicem rationum, totásque membranas inspiciendi describendíque potestas fiat: sed vt ea sola pars rationum, quæ ad instruendum aliquem pertineat, inspiciatur & describatur. Cum autem 2
in id actio competit, quanti agentis intersit editas sibi rationes esse: eueniet vt siue quis condẽnatus sit, siue quod petierit non optinuerit, eo quòd nõ habuerit rationes, ex quibus causam suã tueri possit: id ipsum quod ita perdiderit hac actione consequatur. Sed an hoc procedat videamus: nam si apud hunc iudicem, qui inter eũ & argentariũ iudicat, potest probare se illo iudicio, quo victus est, vincere potuisse: poterit & tunc probare. & si non probabit,[b] aut probantem iudex nõ curabit, de se ipso aut de iudice queri debet. sed nõ ita est. fieri enim potest vt nunc rationes vel ipso edẽte, vel alio modo nanctus,[c] aut aliis instrumentis vel testibus, quibus illo tempore aliqua ex causa vti non potuit, possit probare potuisse se vincere. sic enim & de cautione subrepta, aut corrupta competit condictio, & damni iniuriæ actio. quia quod ante non potuimus intercepta cautione probare, & ob id amisimus, hoc nunc aliis instrumentis aut testibus, quibus tum vti non potuimus, probare possumus.

[a] nisi à capite inspiciatur, vel incipiatur
[b] probauit
[c] nactus sit,

XI. MODESTINVS libro tertio Regularum

EXempla instrumentorum etiam sine subscriptione edentis edi posse receptum est.

XII. CALLISTRATVS libro primo Edicti Monitorij

FEminæ remotæ videntur ab officio argentarij,[d] cùm ea opera virilis sit.

[d] argentariæ,

XIII. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

HAec actio neque post annum, neque in heredem nisi ex suo facto dabitur. heredi autem dabitur.

DE PACTIS[a] TITVLVS XIIII.

Quid sit pactum & conuentio.

VLPIANVS libro quarto ad Edictum

HVIVS edicti æquitas naturalis est. quid enim tā congruum fidei[b] humanæ, quàm ea quæ inter eos placuerunt seruare? Pactum autem à pactione[c] dicitur. inde etiam pacis nomen appellatum est. Et est[d] pactio duorum pluriúmve in idem placitum consensus.[e] Conuentionis verbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi, transigendique causa consentiunt qui inter se agunt. nam sicuti conuenire dicuntur qui ex diuersis locis in vnum ‖locum‖ colliguntur & veniunt, ita & qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, id est in vnam sententiam decurrunt. Adeo autem conuentionis nomen generale est, vt eleganter dicat Pedius nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conuentionem: siue re, siue verbis fiat. nam & stipulatio, quæ verbis fit, nisi habeat consensum nulla est. Sed conuentionum pleræque in aliud nomen transeunt: veluti in emptionem, in locationem, in pignus, ‖vel‖ in stipulationem.

Quid sit conuenire, & exempla tacitæ conuentionis.

II. PAVLVS libro tertio ad Edictum

LAbeo ait, conuenire posse vel re, vel per epistulam, vel per nuntium. inter absentes quoque ‖posse.‖ sed etiam tacitè[f] consensu cōuenire intellegitur. & ideo[g] si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos conuenisse ne peterē: profuturámque ei conuentionis exceptionem placuit.

III. MODESTINVS libro tertio[h] Regularum

POstquam[i] pignus vero debitori reddatur, si pecunia soluta non fuerit, debitum peti posse dubium non est: nisi specialiter contrarium actum esse probetur.

IIII. PAVLVS libro tertio ad Edictum

ITem quia conuentiones ‖etiam‖ tacitè valent, placet in vrbanis habitationibus locandis inuecta illata pignori esse locatori, etiam si nihil nominatim conuenerit. Secundū hæc & mutus[k] pacisci potest, huius *rei* argumentum etiam stipulatio dotis causa facta est: nam ante nuptias malè petitur, quasi si hoc expressum fuisset: & nuptiis[l] non secutis, ipso iure euanescit stipulatio. idem Iuliano placet. Ex facto etiam consultus cum conuenisset, vt donec vsuræ soluerentur sors nō peteretur: & stipulatio purè concepta fuisset: conditionē inesse stipulationi, atque si hoc expressum fuisset.

Conuentionum diuisio.

V. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

COnuentionum autē tres sunt species. aut enim ex publica causa fiunt,[m] aut ex priuata. *priuata* aut legitima, aut

a Pactū in hoc tractatu, non est generale nomen, nec pro quauis conuentione. Sed pro ea tantum accipitur quæ pactum conuentū dici solet. Duar. in cōment. ad hunc tit. quē omnibus iuris studiosis diligenter legendū censeo. & 2. disput. c. 8.

b Vide Cice. li. 2. de inuen. Rheto. Pactum (inquit) est quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, vt iuri præstare dicatur.

c Siue à pago, aut paciscor: hic enim verbale pro verbo positū est, vt & l. 3. de dam. inf. infra.

d Est autem pactio.

e & consensus.

f tacito

g inde

h septimo

i post pignus verò debitori redditum

k Qui tamen expresso quoque consensu sese obligare potest, quem nutu declarabit l. si stipuler. insti. de verb. obl.

l vt nuptiis

m sunt.

iurisgentium. Publica conuentio est, quæ fit per pacem[a] quotiens[b] inter*se*duces belli quædam paciscuntur.

VI. PAVLVS libro tertio ad Edictum

LEgitima cōuentio est quæ lege aliqua cōfirmatur. & ideo interdum ex pacto actio nascitur vel tollitur, quotiens lege, vel senatusconsulto adiuBatur.

De effectu conuentionum quæ iurisgentium sunt.

VII. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

IVrisgentium conuentiones quædam actiones pariunt, quędam exceptiones. quæ pariunt actiones in suo nomine non stant, sed transeunt in proprium nomē contractus: vt emptio, venditio, locatio, conductio, societas, commodatum, depositum, & ceteri similes contractus. sed & [c] ſIn alium contractum res non transeat, subsit tamen causa: eleganter Aristo Celso respondit esse obligationē, vt puta dedi tibi rem vt mihi aliam dares: dedi vt aliquid facias: hoc [d] ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑ esse, & hinc nasci ciuilem [e] obligationem. Et ideo puto rectè Iulianum à Mauriciano [f] reprehensum in hoc: dedi tibi Stichum vt Pāphilu Manumittas: manumisisti: euictus est Stichus. Iulianus || scribit || in factum actionem à prætore dandam. ille ait ciuilem [g] incerti actionem, id est præscriptis verbis sufficere. esse enim contractum, [h] quod Aristo ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑ dicit, vnde hæc nascitur actio. Si ob [i] maleficium ne fiat promissum sit, nulla est obligatio ex hac conuentione. Sed cum nulla subest causa propter [k] conuentionem hic cōstat non posse constitui obligationē. Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem.

Ex pacto interdum datur actio.

Quinimò interdum format [l] ipsam actionē, vt in bonæ fidei iudiciis. solemus enim dicere pacta conuēta inesse bonę fidei iudiciis. Sed hoc sic accipiēdum est, vt si quidē ex cōtinenti pacta subsecuta sunt, etiā ex parte actoris insint: ex [m] interuallo non inerunt: nec valebunt si agat: [n] ne ex pacto actio nascatur. vtputa post diuortiū cōuenit ne tēpore statuto [o] dilationis dos reddatur, sed statim: hoc nō valebit, ne ex pacto actio nascatur. idē Marcellus scribit. & [p] si in tutelæ actione conuenit vt maiores, quàm statutæ sunt, vsuræ præstentur, locū nō habebit ne ex pacto nascatur actio. ea enim pacta insunt, quæ legē contractui dant, id est quæ [q] in ingressu contractus facta sunt. Idē responsum scio à Papiniano, [r] || & || si post emptionem ex interuallo aliquid extra naturam contractus conueniat: ob hanc causam agi ex empto non posse propter eandem regulam, ne ex pacto actio nascatur, quod & in omnibus bonæ fide Iudiciis erit dicendum. Sed ex parte rei locum habebit pactum. quia solent & ea pacta, quæ postea interponuntur, parere exceptiones.[s]

a principem
b aut quoties
c & si in
d καὶ συνάλλαγμα εἶναι,
e ciuilem actionē.
f Martiano
g *Si ignorans dedidit seruum, alioqui si sciens, de dolo actio competit. l. naturalis. §. sed si dem. inf. de præsc. ver.*
h *Alc. ergo lib. 2. præterm. locum hunc corrumpere conatus est.*
i Si vt maleficium fiat
k præter
l informat
m si ex
n si agatur
o stato
p etiam si in
q *Id est, iam inde ab initio cōtractus, quod exempli causa dictum est. eadémque est ratio eorum quæ statim post contractum subiiciuntur. Nam particula, id est, nō definit in hoc loco, vt credidit Alciatus, sed paradigmatica est: & frequentissimè solet exēplis deseruire, vt in §. pactorum. infrà* Dua. *hic.*
r *lege pacta conuenta inf. de contrah. empt.*
s pactiones *vel* conuentiones.

De pacto quod ad substantiam contractus pertinet.

Adeo autem bonæ fidei iudiciis exceptiones postea factæ, quæ ex eodem sunt contractu, insunt, vt constet in emptione, ceterísque bonæ fidei iudiciis, re nondum secuta posse abiri ab emptione. Si igitur in totum potest, cur non & pars eius pactione mutari potest? Et hæc ita Pōponius libro sexto ad edictum scribit: quod cum est, ‖*etiā*‖ex parte agentis pactio locum habet, vt & ad actionem proficiat nondū re secuta, eadē ratione. nam si potest tota res tolli, cur non & reformari? vt quodammodo quasi renouatus cōtractus videatur. quod nō insuptiliter dici potest. Vnde illud æque non reprobo, quod Pomponius libris lectionum[a], probat: posse in parte[b] recedi pacto ab emptione, quasi repetita partis[c] emptione. Sed[d] cum duo heredes emptori exstiterunt, [e] venditor cum altero pactus est, vt ab emptione recederetur: ait Iulianus valere pactionem, & dissolui pro parte emptionem: quoniam & ex alio contractu paciscendo alter ex heredibus adquirere sibi potuit exceptionem. Vtrumque itaque rectè placet, & quod Iulianus, & quod Pōponius. [f] Ait prætor,

3 PACTA CONVENTA, QVAE NEQVE DOLO MALO, NEQVE ADVERSVS LEGES, PLEBIS SCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA[g] PRINCIPVM: NEQVE QVO FRAVS CVI[h] EORVM FIAT FACTA ERVNT SERVABO[i].

Pactorum diuisio.

Pactorum quædam in rem sunt, quædam in personam. in rem sunt, quotiens generaliter paciscor ne petam. in personā, quotiens ne à persona petam: id est ne à Lucio Titio petam. Vtrum autem in rem, an in personam pactum factum est, nō minus ex[k] verbis, quàm ex mente conuenientium æstimandum est. plerumque enim, vt & Pedius ait, persona pacto inseritur, non vt personale pactum fiat, sed vt demonstretur cum quo pactum factum est.

4 DOLO MALO ait prætor pactum se non seruaturum.

Dolus quomodo accipiatur in edicto.

Dolus malus fit calliditate & fallacia: ‖&‖ vt ait Pedius, dolo malo pactum fit, quotiens circumscribendi alterius causa aliud agitur &[l] aliud agi simulatur. Sed si fraudandi causa pactum factū dicatur, nihil prætor ad Icit[m]. sed eleganter Labeo ait hoc aut iniquum esse, aut superuacuum. iniquū, si quod semel remisit creditor debitori suo bona fide, iterū hoc conetur destruere: superuacuū, si[n] deceptus hoc fecerit. inest enim dolo & fraus. Siue[o] autem ab initio dolo malo pactū factū est, siue post pactum dolo malo aliquid factum est, nocebit exceptio propter hæc verba edicti, NEQVE[p] FIAT.

a libro tertio actionum
b in partem
c *Pacto emptione, vel pacti conuentione.* Duar. hic.
d sed & cum
e cum si venditor cum
f Pomponius ait.
g edicta, decreta principum:
h cuique eorum
i *Romæ quondam ex pactis conuentis nulla dabatur actio, sed exceptio. promittit igitur prætor se effecturum, vt pacta suam vim, qualis videlicet antè fuit, obtineant. non vt maioris sint authoritatis, quàm priùs. Bario. fassus est se hūc locum non intelligere. Dua. in ti. de pact.*
k *Non minus ex mēte, quàm ex verbis: docuit me tamē Dua. hasce* ὑστερολογίας *vsitatas esse Iurisconsultis, aliisque latinis auctoribus Vlp. l. 3. §. Labeo, infrà de incen. rui. naufrag. Seneca lib. 1. cap. 8. de tranquill. vita, & l. 3. §. si emancipatus. de bon. poss. cont. tab.*
l atque agi
m edicit.
n si ipse deceptus
o siue igitur
p ne quid

Verba

Verba stipulationis quæ.

Quod fere noBissima parte pactorum ita solet inseri, ROGAVIT TITIVS, SPOPONDIT MAEVIVS: hæc verba non tantùm pactionis loco accipiuntur, sed etiam stipulationis. ideóque ex stipulatu nascitur actio: nisi contrarium specialiter adprobetur[a], quo[b] non animo stipulantium hoc factum est, sed tantùm paciscentium. 5

a probetur, b quòd non

De qua re liceat pacisci.

Si paciscar ne ‖pro‖ iudicati vel incensarum ædium agatur: hoc pactum valet. Si paciscar ne operis noui nuntiationem exsequar: quidam putant non valere pactionem quasi in ea re prætoris imperium versetur. Labeo autem distinguit: vt si ex re familiari operis noui nuntiatio sit facta, liceat pacisci: si de re publica, non liceat. quæ distinctio vera est. Et in ceteris igitur omnibus ad edictum prætoris pertinentibus, quæ non ad publicam læsionem, sed ad rem familiarem respiciunt, pacisci licet. nam & de furto pacisci lex permittit. Sed & si quis paciscatur ne depositi agat: secundum Pomponiū valet pactū. Item si quis pactus sit vt ex causa depositi omne periculum præstet: Pomponius ait pactionem valere. nec quasi cōtra iuris[c] formam factam non esse seruandam. Et generaliter quotiens pactum à iure cōmuni remotū est, seruari hoc non oportet. nec legari, nec iusiurandum de hoc adactum ne quis agat, seruandum Marcellus libro secundo digestorum scribit. & si stipulatio sit interposita de his, pro quibus pacisci non licet, seruanda non est: sed omnimodo rescindenda. 6

c eius

De pacto inter heredem & creditores facto ante aditam hereditatem.

Si ante aditam hereditatem paciscatur quis cum creditoribus vt minus soluatur, pactum Baliturum est. Sed si seruus sit, qui paciscitur priusquam libertatē & hereditatem apiscatur[d], quia sub condicione heres scriptus fuerat, non profuturum pactum Vindius scribit: Marcellus autem libro octauodecimo digestorum, & suū heredem, & seruum necessarium purè scriptos, paciscentes priusquam se immisceant putat rectè pacisci. quod[e] verum est. Idem & in extraneo herede: qui si mandatu creditorum adierit, etiam mandati putat eum habere actionem. sed si quis vt supra rettulimus, in seruitute pactus est, negat Marcellus. quoniam non solet ei proficere si quid in seruitute egit, post libertatē. quod in pacti exceptione admittendum est. Sed an ‖vel‖ doli ei prosit exceptio, quæritur. Marcellus in similibus speciebus licet antea dubitauit, tamen admisit. vtputa filiusfamilias heres institutus pactus est cum creditoribus, & emancipatus adiit hereditatem: & dicit doli eum posse vti exceptione. Idem probat & si filius viuo patre cum creditoribus paternis pactus sit. nam & hic 7

d adipiscatur, e quod &

doli

doli exceptionem profuturam. Immo & in seruo doli exce-
8 ptio non est respuenda. Hodie tamen ita demum pactio huiusmodi creditoribus obest, si conuenerint in vnum, & cõmuni consensu declarauerint quota parte debiti cõtenti sint. si verò dissentiant, tunc prætoris partes necessariæ sunt, qui decreto suo sequetur maioris partis voluntatem.

VIII. PAPINIANVS libro decimo Responsorum

MAiorem esse partem pro modo debiti non pro numero personarum placuit. quòd si æquales sint in cumulo debiti, tunc pluriũ numerus creditorũ præferendus est. in numero autẽ pari creditorũ, auctoritatem eius sequetur prætor, qui dignitate inter eos præcellit. sin autem omnia vndique in vnam æqualitatem concurrant, humanior sententia à prætore eligẽda est. hoc enim ex Diui Marci rescripto colligi potest.

VIIII. PAVLVS libro sexagensimo secundo ad Edictum

SI plures [a] sint, qui eandem actionem habent, vnius loco habentur. vtputa plures sunt rei stipulandi, vel plures argentarij, quorum nomina simul facta sunt: vnius loco numerabuntur, quia vnum debitum est. Et cum tutores pupilli creditoris plures conuenissent, [b] vnius loco numerãtur, quia vnius pupilli nomine conuenerant. Nec non & vnus tutor plurium pupillorum nomine vnum debitum prætendentium, si conuenerit, placuit vnius loco esse. nam difficile est vt vnus homo duorum vicem sustineat. nam nec is, qui plures actiones habet aduersus eum, qui ‖ vnam ‖ actionem habet, plurium personarum loco accipitur.
1 Cumulũ debiti ‖ & ‖ ad plures summas referemus: si fortè minutæ [c] summæ centum aureorum debeantur, alij verò vna summa aureorum quinquaginta. nã in hunc casum spectabimus summas plures: quia illæ excedũt in vnam summam coadunatæ. Summæ autem applicare debemus etiam vsuras.

a Videnda sunt quæ adnotauimus ad l. ii. de Senatu. Duar.

b conueniunt.

c multæ

X. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

REscriptum ‖ autem ‖ Diui Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant conuenire. quid ergo si quidam absentes sint? num exemplum præsentium absentes sequi debeant? Sed an & priuilegiariis absentibus hæc pactio noceat, eleganter tractatur, si modò valet pactio & contra absentes. Et repeto [d] ante formam à Diuo Marco datam Diuum Pium rescripsisse fiscum quoque in his casibus, in quibus hypothecas nõ habet, & ceteros priuilegiarios exemplum creditorum sequi oportere. hæc enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas non habent, conseruanda sunt.

d reperio

De stipulatione pœnæ.

1 Si pacto subiecta sit pœnæ stipulatio, quæritur vtrũ pacti exce-

exceptio locum habeat, an ex stipulatu actio. Sabinus putat, quod est verius, vtraque via vti posse, prout elegerit qui stipulatus est. si tamen ex causa pacti exceptione vtatur, æquum erit accepto eum stipulationem ferre.

De exceptione pacti & doli.

Plerunque solemus dicere, doli exceptionem subsidium esse pacti exceptionis. quosdam denique, qui exceptione pacti vti non possunt[a], doli exceptione vsuros & Iulianus scribit, & alij plerique consentiunt. vtputa si procurator meus paciscatur, exceptio doli mihi proderit, vt Trebatio videtur, qui putat sicuti pactum procuratoris mihi nocet, ita & prodesse: 2

a posſint.

XI. PAVLVS libro tertio ad Edictum

QVia & solui ei potest.

Pactum procuratoris quatenus prosit aut noceat.

XII. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

NAm & nocere constat: siue ei mandaui vt pacisceretur, siue omnium rerum mearũ procurator fuit: vt & Puteolanus libro primo adsessoriorum[b] scribit: cum placuit eum etiam rem in iudicium deducere.

b adſeſſorum

XIII. PAVLVS libro tertio ad Edictum

SEd si tantùm ad actionem procurator factus sit, conuentio facta domino non nocet: quia nec solui posſit. Sed si in rem suam datus sit procurator, loco domini habetur. & ideo seruandum erit pactum conuentum.

XIIII. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

ITem magistri[c] societatium pactum & prodesse & obesse constat.

c Magister societatis dicebatur, qui ei præerat. l. quibus. infrà de rerum, & verbo. signifi. & vnus quoque ex numero creditorũ, qui patrimonio debitoris vendendo præficiebatur, magister dicebatur. Theoph. ad titu. de Senatusconſ. Clau. Instit.

XV. PAVLVS libro tertio ad Edictum

TVtoris quoque, vt scribit Iulianus, pactum pupillo prodest.

Pactum factum ab eo cui competunt vtiles, nocet ei cui competunt directæ.

XVI. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

SI cum emptore hereditatis pactum sit factum, & venditor hereditatis petat[d], doli exceptio nocet. nam ex quo rescriptum est à Diuo Pio vtiles actiones emptori hereditatis dandas, meritò aduersus venditorem hereditatis exceptione doli[e] debitor hereditarius vti potest. Sed & si inter dominum rei venditæ & emptorem cõuenisset, vt homo, qui emptus erat, redderetur ei, qui pro domino rem vendidit: petenti ei pretiũ doli exceptio nocebit.

d petat à debitore hæreditario,

e doli mali

De obligatione quæ contrahitur re.

XVII. PAVLVS libro tertio ad Edictum

SI tibi decem[f] dem, & paciscar vt viginti[g] mihi debeantur, non nascitur obligatio vltra[h] decẽ. Re enim nõ potest obli-

f decem mutuò dẽ. *vel* si tibi decẽ millia dem,

g viginti millia

h vltra decem millia

1 obligatio contrahi, nisi quatenus datũ sit. Quædam actiones per pactum ipso iure tolluntur: vt iniuriarum, itẽ furti.

Exemplum pacti legitimi.

2 De pignore iure honorario nascitur pacto actio. tollitur autem per exceptionem, quotiens paciscor ne petam.

De pacto personali.

3 Si quis paciscatur ne à se petatur || sed vt ab herede petatur, || heredi exceptio nõ proderit. Si pactus sim ne à me, néve à Titio petatur, non proderit Titio etiam [a] si heres extiterit: quia ex post facto id confirmari non potest [b]. hoc Iulianus scribit in patre, qui pactus erat ne à se, néve à [c] filia peteretur: cùm filia patri heres extitisset.
4 Pactum conuentum cum venditore factum si in rem cõstituatur, secundum plurium sententiam & emptori prodest, & hoc iure nos vti Pomponius scribit. secundum Sabini autem sententiam etiam si in personam conceptum est, || & || in emptorem [d] valet. Qui [e] hoc esse existimat & si per donationem successio facta sit.
5 Cum possessor alienæ hereditatis pactus est, heredi, si euicerit, neque nocere, neque [f] prodesse plerique putant.
6 Filius seruúsve si paciscantur ne à patre dominove petatur,

a etiam si mihi heres
b & hoc.
c à filia sua
d in emptore
e Idem existimat
f Refert hic aliorum sententiã. Alibi enim ex sua persona ait actionem decernendam heredi qui euicit. l. si post. infr. de consti. pec. Eg. Bar.

XVIII. GAIVS libro primo ad Edictum prouinciale

SIue de eo paciscantur, quod cum ipsis: siue de eo, quod cum patre dominóve contractum est:

XVIIII. PAVLVS libro tertio ad Edictum

ADquirent exceptionem. Idem est & in his, qui bona fide seruiunt. Itẽ si filiusfamilias pactus fuerit ne à se petatur, proderit ei, & patri quoque si de peculio || conueniatur: ||

XX. GAIVS libro primo ad Edictum Prouinciale

VEl de in rem verso. vel is [g] quasi defensor filij, si hoc maluerit, conueniatur.

g vel si quasi

XXI. PAVLVS libro tertio ad Edictum

ET heredi patris viuo filio. Post mortem verò filij nec patri, nec heredi eius: quia personale pactum est. Quòd si seruus ne à se peteretur [h] pactus fuerit, nihil valebit pactum. de doli exceptione videamus. Et [i] si in rem paciscatur, proderit domino, & heredi eius pacti conuenti exceptio. quòd si in personam pactum conceptum est: tunc domino doli superest exceptio.
1 Nos autem his, qui in nostra potestate sunt, paciscendo prodesse non possumus: sed nobis id profuturum si nomine eorum conueniamur Proculus ait. quod ita rectè dicitur, si in paciscẽdo id actum sit. ceterum si paciscar ne à Titio petas, deinde actionem aduersus me nomine eius instituas: non est danda pacti conuenti exceptio. nam quod ipsi inutile est, nec defensori competit. Iulianus quoq; scribit, si pater pactus sit ne à se, néve [k] à filio petatur, magis est [l] vt pacti exceptio filio-

h petatur
i Et quidem si
k à filio suo
l esse

 fami-

familias dāda non sit: sed doli prosit. Filiafamilias pacisci §
potest ne de dote agat, cū sui iuris esse cœperit. Item filiusfa-
milias de eo, quod sub condicione [a] legatum est, rectè paci-
scetur.

a conditione sibi

De pacto in rem.

In his, qui eiusdem pecuniæ exactionem habent insoli- §
dum, vel qui eiusdem pecuniæ debitores sunt, quatenus alij quoque prosit vel noceat pacti exceptio, quæritur. & in rem pacta omnibus prosunt, quorum obligationem dissolutam esse eius, qui paciscebatur, interfuit. itaque debitoris conuentio fideiussoribus proficiet.

XXII. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

NIsi hoc actum est vt dumtaxat à reo non petatur ‖ à fideiussore petatur ‖: tunc enim fideiussor exceptione non vtetur.

XXIII. PAVLVS libro tertio ad Edictum

FIdeiussoris autem conuentio nihil [b] proderit reo: quia nihil eius interest à debitore pecuniam non peti. immo nec [c] confideiussoribus proderit, neque enim quoquo modo cuiusque interest. Cum alio conuentio facta prodest: sed tunc §
demum cum per eum, cui exceptio datur, principaliter ei, qui pactus est, proficiat: sicut in reo promittendi, & his qui pro eo obligati sunt.

b non

c *Ita distingue punctis hæc verba, auctore Duareno in partitione pactorum:* Nec cō fideiussoribus proderit. Neque enim quoquo modo cuiusque interest cū alio conuentio facta *&c. Sensus enim est, pacta omnibus proficere, quorum obligationem dissolutam esse eius qui paciscebatur interfuit, si cōuentio principaliter ei qui pactus est, proficiat, non si quoquo modo intersit.*

d Et si *vel* sed &

XXIIII. IDEM libro tertio ad Plautium

SEd [d] si fideiussor in rem suam spopondit, hoc casu fideiussor pro reo accipiendus est; & pactum cum eo factum, cum reo factum esse videtur.

XXV. IDEM libro tertio ad Edictum

IDem in duobus reis promittendi, & duobus argentariis sociis. Personale pactum ad alium non pertinere, quem- §
admodum nec ad heredem, Labeo ait. Sed quamuis fideiussoris pactum reo non prosit, plerumque tamen doli exceptionem reo profuturam Iulianus scribit:

XXVI. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

VIdelicet si hoc actum sit ne à reo quoque petatur. idem & in confideiussoribus est.

De pacto à duobus reis facto.

XXVII. PAVLVS libro tertio ad Edictum

SI vnus ex argentariis sociis cum debitore pactus sit: an etiam alteri noceat exceptio? Neratius, Atilicinus, Proculus

culus

culus [a], nec si in rem pactus sit, alteri nocere. tantùm enim
constitutum vt solidum alter petere posit.idem Labeo. nam
nec nouare alium posse, quamuis ei rectè soluatur. sic enim
& his qui in nostra potestate sunt, rectè solui [b] quod credi-
derint, licet nouare non posint: quod est verum. Idémque in
1 duobus reis stipulandi dicendum est. Si cum reo ad cer-
tum tempus pactio facta sit; vltra neque reo neque fideiusso-
ri prodest. quòd si sine persona ‖ sua ‖ reus pepigerit ne à fide-
iussore petatur, nihil id prodesse fideiussori quidam putant,
quamquam id rei intersit: quia ea demum competere ei de-
beat exceptio, quæ & reo. ego didici prodesse fideiussori ex-
ceptionem. non sic enim illi per liberam personam adquiri,
quàm ipsi, qui pactus sit, consuli videmur. quo iure vtimur.

a & Proculus aiunt,

b solui potest

Pactum quam vim habeat ad tollendam obligationem.

2 Pactus ne peteret, postea conuenit vt peteret: prius pactum
per posterius elidetur: non quidem ipso iure, sicut tollitur
stipulatio per stipulationem si hoc actum est: quia * in * sti-
pulationibus ius [c] continetur, in pactis factum [d] versatur.
& ideo replicatione exceptio elidetur, Eadem ratione con-
tingit ne fideiussoribus prius pactum prosit. Sed si pactum
conuentum tale fuit, quod actionem quoque tolleret, velut
iniuriarum, non poterit postea paciscendo vt agere posit,
agere. quia & prima actio sublata est, & posterius pactum ad
actionem parandam [e] inefficax est. non enim ex pacto iniu-
riarum actio nascitur: sed ex contumelia. Idem dicemus &
in bonæ fidei contractibus si pactum conuentum totam ob-
ligationem sustulerit, veluti empti. non enim ex nouo pacto
prior obligatio resuscitatur, sed proficiet pactum ad nouum
contractum. Quòd si non vt totum contractum tolleret, pa-
ctum conuentum intercesit, sed vt imminueret: posterius pa-
ctum potest renouare primum contractum. Quod & in spe-
cie dotis actionis procedere potest. puta pactam mulierem
vt præsenti die dos redderetur, deinde pacisci vt tempore ei le-
gibus dato dos reddatur: incipiet dos redire ad ius suum. nec
dicendum est deteriorem condicionem dotis fieri per pa-
ctum. quotiens enim ad ius, quod lex naturæ eius tribuit, de
dote actio redit, non fit causa dotis deterior, sed formæ suæ
3 redditur. hæc & Scæuolæ nostro placuerunt. Illud nulla
pactione effici potest, ne dolus præstetur. quamuis si quis pa-
ciscatur ne depositi agat, vi [f] ipsa id pactus videatur, ne de do-
lo agat. quod pactum proderit,

c i. actio: nam actionem iuris esse ostendit eius definitio. §. 1. de act. Inst. in prin.

d i. exceptio, ne petatur, quam plerique tradunt facti esse. l. anus in fi. eod. Alc. li. 1. Paradox. c. vlt.

e i. reparandam, præstandam

f re ipsa. elegantior est Florent.

De quibus rebus pacisci non possimus.

¶ Pacta, quæ turpem causam continent, non sunt obseruan- 4
da: veluti si paciscar ne furti agam, vel iniuriarum, si feceris.
expedit enim timere [a] furti, vel iniuriarum pœnam. sed post
admissa hæc pacisci possumus. Item ne experiar interdicto
VNDE VI, quatenus publicam causam contingit, pacisci nõ
possumus. Et in summa si pactum conuentum à re [b] priuata
remotum sit, non est seruandum. ante omnia enim animad-
uertendum est ne conuentio in alia re facta, aut cum alia per-
sona, in alia re aliáve persona [c] noceat.

a timeri

b *i. super alia re factum, quàm priuata, siue familiari. Nam super publica re factum nullius est momenti, quod ostendunt superiora illa verba, Itẽ ne experiar &c. & l. iurisgentium. §. si paciscar. suprà. eo.*

c aliisve personis

De vi, & effectu pacti.

Si cùm decem mihi deberes, pepigero ne à te viginti petam: 5
in decem prodesse tibi pacti conuenti vel doli exceptionem
placet. Item si cum viginti deberes, pepigerim ne decem petã:
efficeretur [d] per exceptionem mihi opponendam vt tantùm
reliqua decem exigere debeam. Sed *si* stipulatus decem aut
Stichum, ||de|| decem pactus sim, & petam Stichum aut decẽ:
exceptionem pacti conuenti in totum obstaturam. nã vt solu-
tione, & petitione, & acceptilatione vnius rei tota obligatio
solueretur: ita pacto quoque conuento de vna re non petenda
interposito totam obligationem summoueri. Sed si id actum
inter nos sit ne decem mihi, sed Stichus præstetur: possum [e] ef-
ficaciter de Sticho agere, nulla exceptione apponenda. idem
est & si de Sticho non petendo conuenerit. Sed si generaliter
mihi hominem debeas, & paciscar ne Stichum petam: Stichũ
quidem petendo [f] pacti exceptio ||mihi|| opponetur. aliũ au-
tem hominem si petam, rectè agam. Item si pactus [g] ne he- 6
reditatem peterem, singulas res vt heres petam: ex eo, quod pa
ctum erit, pacti conuenti exceptio aptanda erit. quemadmo-
dum si conuenerit ne fundum peterem, & vsumfructum pe-
tam: aut ne nauem, ædificiúmve peterem: & dissolutis his sin-
gulas res petam. nisi specialiter aliud actum est. Si accepti- 7
latio inutilis fuit, tacita pactione id actum videtur, ne petere-
tur. Seruus [h] heredi post adituro nominatim pacisci nõ po- 8
test, quia nondum is dominus sit. sed si in rem pactum con-
uentum factum sit, heredi adquiri potest.

d efficere exceptionem

e posse efficaciter agi

f petenti

g pactus sim

h Seruus hæreditarius hæredi futuro

De personis quæ paciscuntur.

XXVIII. GAIVS libro primo ad Edictum Prouinciale

CONtra iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non ha-
bentur: veluti si pupillus sine tutoris auctoritate pactus
sit ne à debitore suo peteret, aut ne intra certum tempus velu-
ti [i] quinquennium peteret. nam nec solui ei sine tutoris aucto
ritate potest. Ex diuerso autem si pupillus paciscatur ne quod
debeat, à se peteretur: ratum habetur pactum conuentũ. quia
meliorem condicionem suam facere ei etiam sine tutoris au-

i veluti intra quinquennium

8 ctoritate concessum est. Si curator furiosi aut prodigi pactus sit ne à furioso, aut prodigo peteretur: longè vtile est curatoris recipi pactiones, sed non cōtra. Si filius aut seruus pactus sit ne ipse peteret, inutile est pactum. Si verò in rem pacti sunt, id est ne ea pecunia peteretur: ita pactio eorum rata habenda erit aduersus patrē dominúmve, si liberam peculij administrationem habeant: & [a] ea res, de qua pacti sint, peculiaris sit. quod & ipsum non est expeditum: nam cum verū est, quod Iuliano placet, etiam si maximè quis administrationē peculij habeat concessam, donandi ius eum non habere: sequitur vt si donandi causa de non petenda pecunia pactus sit, non debeat ratum haberi pactum conuentum. Quòd si pro eo vt ita pacisceretur, aliquid, in quo non minus vel etiam amplius esset, cōnsecutus fuerit: rata habenda est pactio.

a & si ea res

XXVIIII. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

SIn [b] autem dominicam pecuniam crediderit: quod credendi tempore pactus est, valere Celsus ait.

b Si autem

XXX. GAIVS libro primo ad Edictum Prouinciale

IN persona tamen filiifamilias videndum[c] est ne aliquando & si pactus sit ne ageret, valeat pactio: quia aliquādo filiusfamilias habet actionem, veluti iniuriarum. Sed cū propter[d] iniuriam filio factam habeat & pater actionem, quin pactio filij nocitura non sit patri agere volenti, dubitari non oportet.
1 Qui pecuniam à seruo stipulatus est, quam sibi Titius debebat, si à Titio petat, an exceptione pacti conuenti summoueri & possit & debeat, quia pactus videatur[e] ne à Titio petat: quæsitum est. Iulianus ita summouendum putat, si stipulatori in dominū istius serui de peculio actio dāda est: id[f] est si iustam causam intercedendi seruus habuit, quia fortè tantandem[g] pecuniā Titio debuit. quòd si quasi fideiussor interuenit ex qua[h] causa in peculium actio non daretur: non esse inhibendum creditorem quo minus à Titio petat. Aequè nullo modo prohiberi eum debere si eū seruū liberū esse credidisset.
2 Si sub condicione stipulatus fuerim à te quod Titius mihi purè deberet: an deficiente condicione si à Titio petam, exceptione pacti conuenti & possim & debeam summoueri? & magis est exceptionem non esse opponendam.

c Timide, ac verecunde opinionem suā exprimit. Hanc autem phrasim non intelligens Accur. ait eum non respondere, an filio sit nocitura pactio Duar. 2. dispu. c. 11. Ita Cic. off. 3. videant, ne latebra quaratur periurio.

d per

e videtur

f idem est

g tantundem

h ex causa qua

Pacisci contra ius quatenus liceat.

XXXI. VLPIANVS libro primo ad Edictum ædilium curulium

PAcisci contra edictum ædiliū[i] omnimodo licet: siue in ipso negotio venditionis gerendo conuenisset, siue postea.

i ædilium curuliū

XXXII. PAVLVS libro tertio ad Plautium

QVod[k] dictum est si cum reo pactum sit vt non petatur, fideiussori quoque competere exceptionem: propter rei

k Sumptum ex l. 7. de excep.

personam placuit, ne mandati iudicio conueniatur. Igitur si mandati actio nulla sit, fortè si donandi animo fideiusserit, dicendum est non prodesse exceptionem fideiussori.

Pacto quatenus hæredi consulatur.

XXXIII. CELSVS libro primo Digestorum[a]

a *Cap. 10. de pact. dot.*
b *Coniunge l. si pactum. de probat.*

AVus[b] neptis nomine quam ex filio habebat, dotem promisit, & pactus est ne à se, néve à filio suo dos peteretur: si à coherede filij dos petatur, ipse quidem exceptione conuentionis tuendus non erit: filius verò exceptione conuentionis rectè vtetur: quippe heredi consuli concessum est. nec quicquam obstat vni tantùm ex heredibus prouidere[c] si heres factus sit: ceteris autem non consuli.

c prouideri

XXXIIII. MODESTINVS libro quinto Regularum

IVs adgnationis nō posse pacto repudiari, nō magis quàm vt quis dicat nolle[d] suum esse, Iuliani sententia est.

d nolle suum liberum. *Rectior est Florent. Nam liber pro filio, vt (hic interpretatur Accursius) inusitatum est Latinis auctoribus.*

Pactum generaliter factum ad id, quod dolo subreptum est, non porrigitur.

XXXV. IDEM libro secundo Responsorum

TRes fratres Titius, & Mæuius, & Seia communem hereditatem inter se diuiserunt instrumētis interpositis, quibus diuisisse maternam hereditatem dixerūt: nihilque sibi cōmune remansisse cauerunt. sed postea duo de[e] fratribus, id est Mæuius & Seia, qui absentes erāt tempore mortis matris suæ, cognouerūt pecuniā auream à fratre suo esse subtractam, cuius nulla mentio[f] instrumēto diuisionis cōtinebatur. quæro an post pactum diuisionis, de subrepta pecunia fratribus aduersus fratrē cōpetit actio. Modestinus respōdit, si agentibus ob portionem eius, quod subreptū à Titio dicitur, generalis pacti cōuenti exceptio his, qui fraudē à Titio cōmissam ignorantes transegerūt, obiciatur: de dolo vtiliter replicari posse.

e ex fratribus
f mentio in instrumento

Quatenus exceptio pacti noceat.

XXXVI. PROCVLVS libro quinto Epistularum

SI cum fundum meum possides, conuenisset mihi tecum vt eius possessionem Attio[g] traderes: vindicantem eum fundum à te non aliter me conuentionis exceptione excludi debere, quàm si aut iā[h] tradidisses, aut si tua causa id inter nos conuenisset, & per te non staret quo minus[i] traderes.

g Titio
h aut iam ante tradidisses,
i minùs iam

XXXVII. PAPIRIVS IVSTVS libro secundo de Constitutionibus

IMperatores Antoninus & Verus rescripserunt, debitori reipublicæ à curatore permitti[k] pecunias non posse: & cum Philippensibus remissæ essent, reuocandas.

k remitti

XXXVIII. PAPINIANVS libro secundo Quæstionum

IVs publicum priuatorum pactis mutari non potest.

In-

Interpretatio contra venditorem.

XXXVIIII. IDEM libro quinto Quæstionum

VEteribus placet pactionem obscuram vel ambiguam, venditori, &[a] qui locauit, nocere: in quorum fuit potestate legem apertius conscribere. a & ei, qui locauit

Exemplum pacti in rem.

XL. IDEM libro primo Responsorum

TAle pactum, PROFITEOR TE NON TENERI, non in personam dirigitur: sed cum generale sit, locum inter he-
1 redes quoque litigantes habebit. Qui prouocauit, pactus est intra diem certum pecunia[b] quam transegerat, non soluta, iudicatis se satisfacturum: iudex appellationis nullo alio de principali causa discusso iustam conuentionem velut confessi sequetur. b qua transegerat,

Perceptio vsurarum ab vno non perimit actionem aduersus alios competentem insolidum.

2 Post diuisionem bonorum & æris alieni, singuli creditores à singulis heredibus non interpositis delegationibus insolidũ, vt conuenerat,[c] vsuras acceptauerunt. actiones, quas aduersus omnes pro partibus habent, impediendæ non erunt, si non singuli pro fide rei gestæ totum debitum singulis offerãt. c conuenerant,

Pactum factum vni qui solus recessurus sperabatur, prodest aliis præter spem succedentibus.

3 Pater, qui dotem promisit, pactus est vt post mortem suã in matrimonio sine liberis defuncta filia portio dotis apud heredem suum fratrem remaneret.[d] ea conuentio liberis à socero postea susceptis & heredibus testamento relictis per exceptionem doli proderit: cum inter contrahentes id actum sit, vt heredibus consulatur: & illo tẽpore, quo pater alios ‖filios‖ non habuit, in fratrem suum iudicium supremum contulisse videatur. d maneret.

Exceptio ex pacto.

XLI. IDEM libro vndecimo Responsorum

INTRA ILLVM DIEM DEBITI PARTEM MIHI SI SOLVERIS, ACCEPTVM TIBI RESIDVVM FERAM, ET TE LIBERABO. licet actionem non habet, pacti tamen exceptionem competere debitori constitit[e]. e constat.

XLII. IDEM libro septimodecimo Responsorum

INter debitorem & creditorem conuenerat vt creditor onus tributi prædij pignerati non adgnosceret, sed eius soluendi necessitas debitorem spectaret. talem conuentionem quantũ ad fisci rationem non esse seruandam respondi: pactis etenim priuatorum formam iuris fiscalis conuelli non placuit.

XLIII.

XLIII. PAVLVS libro quinto Quæstionum

a venditor debeat,

IN emptionibus ſcimus quid preſtare debitor [a] debeat, quidque ex contrario emptor. quòd ſi in contrahẽdo aliquid exceptum fuerit, id ſeruari debebit.

Exemplum pacti, quod ad aliam perſonam porrigitur.

XLIIII. SCAEVOLA libro quinto Reſponſorum

b Coniunge l. tutores. de condict. indeb. Duar.

CVm [b] in eo eſſet pupillus, vt ab hereditate patris abſtineretur, tutor cum pleriſque creditoribus decidit vt certam portionem acciperent.‖ idẽ curatores cum aliis fecerunt.‖quęro an & tutor idémque creditor patris eandem portionem retinere debeat. Reſpondi eum tutorem, qui ceteros ad portionem vocaret, eadem parte contentum eſſe debere.

Ex pacto non nudo & ſimplici naſcitur actio.

XLV. HERMOGENIANVS libro ſecundo iuris Epitomarum

c tanquam nudum

DIuiſionis placitum niſi traditione, vel ſtipulatione ſumat effectum, ad actionem, vt [c] nudum pactum, nulli prodeſſe poterit.

Exemplum pacti quod fit de re priuata: ideoque valet.

XLVI. TRYPHONINVS libro ſecundo Diſputationum

PActum inter heredem & legatarium factum ne ab eo ſatis accipiatur, cum in Semeſtribus relata eſt conſtitutio Diui Marci, ſeruari in hoc quoque defuncti voluntatem: validum eſſe conſtat. nec à legatario remiſſa heredi ſatiſdatio per pactionẽ, ex pœnitentia reuocari debet: cũ liceat ſui iuris perſecutionem, aut ſpem futuræ perceptionis deteriorem conſtituere.

Nudo conſenſu non receditur ab emptione cui acceßit ſtipulatio.

XLVII. SCAEVOLA libro primo Digeſtorum

EMptor prædij viginti cauerat ſe ſoluturum, & ſtipulanti ſpoponderat. Poſtea venditor cauit ſibi conueniſſe vt contentus eſſet tredecim: & vt ea intra præfinita tempora acciperet. debitor ad eorum ſolutionem conuentus, pactus eſt ſi ea ſoluta intra præfinitum tempus non eſſent, vt ex prima cautione ab eo petitio eſſet. quæſitum eſt an cum poſteriore pacto ſatisfactum non ſit, omne debitum ex prima cautione peti poteſt [d]. Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, poſſe.

d poſsit.

Pactum generale non porrigitur ad ea quibus veriſimiliter actum non eſt.

e numularium

Lucius Titius Gaium Seium menſularium [e], cum quo rationem implicitam habebat propter accepta & data, debitorem ſibi conſtituit: & ab eo epiſtulam accepit in hęc verba. Ex ratione menſæ, quam mecum habuiſti in hunc diem, ex contractibus plurimis remanſerunt apud me ad menſam meam trecenta octaginta ſex, & vſuræ, quæ competierint. ſummam aureorum, quã apud me tacitam habes, refundam tibi. ſi quo

d instru-

instrumentum à te emissum||id est scriptum||, cuiuscunq; summæ ex quacunque causa apud me remansit, vanum & pro cã cellato [a] habebitur. Quæsitum est, cum Lucius Titius ante hoc chirographum Seio nummulario [b] mandauerat vti patrono eius trecenta redderet, an propter illa verba epistulæ, quibus omnes cautiones ex quocumque contractu vanæ & pro cancellato vt haberentur cautum est, neque ipse, neque filij [c] eius eo nomine conueniri possunt [d]. Respondi. si tantùm ratio accepti atque expensi esset computata, ceteras obligationes manere in sua causa.

a cancellatis
b mensularie
c filius
d possit.

XLVIII. GAIVS libro tertio ad legem duodecim Tabularum

IN [e] traditionibus rerum quodcunque pactum sit, id valere manifestissimum est.

e *Interpretatur fortè illud de lege xij. Tab. E pacto talio esto. Duar.*

Exempla pacti quod iudicatur bonis moribus conuenire.

XLVIIII. VLPIANVS libro trigensimo sexto ad Sabinum

SI quis [f] crediderit pecuniam, & pactus sit vt quatenus facere possit debitor, eatenus [g] agat: an pactum valeat? & magis est hoc pactum valere. nec enim improbum [h] & si quis hactenus desideret conueniri, quatenus [i] facultates.

f *Coniunge l. 12. sol. mat. l. 28. de reg. iur. Duar.*
g hactenus
h improbandum
i quatenus facultates patiuntur *vel* facultates eius patiuntur.

L. IDEM libro quadragensimo secundo ad Sabinum

NOn [k] impossibile puto in cõtractibus depositi, commodati, || & || locati, & [l] ceteris similibus hoc pactum NE FACIAS FVREM [m] SERVVM MEVM: hoc est ne sollicites vt fur fiat, vt [n] fugitiuus fiat: ne ita neglegas [o] seruum, vt fur efficiatur. sicut enim serui corrupti actio locum habet: ita potest etiam hæc pactio locum habere, quæ ad non corrumpendo Seruos pertinet.

k *Coniunge l. 15. de præd. vrb. l. 31. de euict. l. 26. de ver. obl. l. 174. de ver. signi. l. 32. de reg. iur. Duar.*
l & in cæteris
m furem vel fugitiuum seruum
n vel fugitiuus
o néue ita negligas

Exemplum pacti per errorem facti.

LI. IDEM libro vicensimo sexto ad Edictum

SI cum te ex causa legati debere||pacisci||debitori tuo existimas, pactus [p] sit ne ab eo peteres: neque iure ipso liberatur debitor, neque [q] petentem summouebit exceptione conuentionis, vt Celsus libro vicensimo scribit. Idem eodem [r] loco scribit, si debitorem tuum iussisti soluere Titio, cui legatum falsò debere existimas, & debitor pactus sit cũ Titio suo debitore constituto: neque tibi aduersus tuum debitorem, neq; ipsi aduersus suum actionem peremptam.

p pactus sis
q neque te petentẽ
r in eodem libro

LII. IDEM libro primo Opinionum

EPistula, qua quis coheredẽ sibi aliquẽ||esse||cauit, petitionẽ
1 nullã aduersus possessores [s] rerũ hereditariarũ dabit. Si inter debitorẽ & eum, qui fundũ pigneratũ à creditore quasi debitoris negotium gereret [t] emerit, placuit vt habita compensatione fructuum, solutóque quod reliquum deberetur

s possessorem
t gerens

fundus

fundus debitori restitueretur: etiam heres pacto, quod defunctus fecit, fidem præstare debet.

Exemplum iusti pacti de solutione tributorum.

Pactum, vt si quas summas propter tributiones prædij pignori nexi factas creditor soluisset, à debitore reciperet, & vt tributa eiusdem prædij debitor penderet, iustum[a] ideóque seruandum est. 2

a iustum est, & ideo seruandum.

Exemplum pacti, quod ad hæredem non transit.

De inofficioso patris testamento acturis vt eis certa quantitas quoad viueret heres præstaretur, pactus est, produci ad perpetuam præstationem id pactum postulabatur: rescriptũ est neque iure vllo, neque æquitate tale desiderium admitti. 3

Exemplum pacti contra bonos mores facti.

LIII. IDEM libro quarto Opinionum

SVmptus quidem prorogare litiganti, honestum est: pacisci autem vt non quantitas eo nomine expensa cum vsuris licitis restituatur, sed pars dimidia eius, quod ex ea lite datum erit: non licet.

De mora.

LIIII. SCAEVOLA apud Iulianum libro vicensimo secundo Digestorum notat

SI pactus sim ne Stichum, qui mihi debebatur, petam: non intellegitur[b] mora mihi fieri. mortuóque Sticho puto non teneri reum, qui ante pactum moram non fecerat.

b non intelligi moram fieri.

Pactum factum à seruo.

LV. IVLIANVS libro trigensimo quinto Digestorum

SI debitor sit fructuarius, & paciscatur seruus, in quo vsumfructum habet, ne ab eo petatur: paciscendo meliorem cõdicionem eius facit. Item[c] (si) creditor esset fructuarius, & pactus esset ne peteret, seruus autem fructuarius pacisceretur vt peteret: beneficio pacti, quod seruus interposuisset, vtiliter ad petitionem admittetur.

c ita & si

LVI. IDEM libro sexto ad Minicium

SI conuenerit ne dominus à colono quid peteret, & iusta causa conuentionis fuerit: nihilo minus colonus à domino petere potest.

Exemplum pacti taciti.

LVII. FLORENTINVS libro octauo Institutionum

QVi in futurum vsuras à debitore acceperat, tacitè pactus videtur ne intra id tempus sortem petat.

De pacto in rem & personam.

Si ex altera parte in rem, ex altera in personam pactum cõceptum fuerit, veluti ne ego petam, vel ne à te petatur: heres[d] meus ab omnibus vobis petitionẽ habebit: & ab herede tuo omnes petere poterimus.

d & hæres

Con-

Contractus qui consensu celebrantur, solo consensu dissoluuntur re integra. aliàs non nisi actus retro similis intercesserit.

LVIII. NERATIVS libro tertio Membranarum

AB emptione, venditione, locatione, conductione, ceterísque similibus obligationibus quin integris omnibus consensu eorum, qui inter se obligati sint, recedi posit, dubium non est. Aristoni hoc amplius videbatur, si ea quæ me ex empto præstare tibi oporteret præstitissem, & cum tu mihi pretium deberes, conuenisset mihi tecum vt rursus præstitis ||mihi|| à te in re vendita omnibus, quæ ego tibi præstitissem, pretium mihi non dares: túque mihi ||ea|| prestitisses: pretiũ te debere desinere: quia bonæ fidei, ad quam omnia hæc rediguntur, interpretatio hanc quoq; cõuentionẽ admittit. nec quicquã interest vtrũ integris omnibus, in quæ obligati essemus, cõueniret vt ab eo negotio discederetur: an in integrũ restitutis his, quæ ego tibi præstitissem, consentiremus ne quid tu mihi eo nomine præstares. Illud planè conuentione, quæ pertinet ad resoluendum id quod actum est, perfici non potest, vt tu quod iam ego tibi prestiti contra præstare mihi cogaris: quia eo modo non tam hoc agitur vt à pristino negotio discedamus, quàm vt nouæ quædam obligationes inter nos constituantur.

LVIIII. PAVLVS libro tertio Regularum

PEr quos adquiri nobis stipulatione potest, per eosdem etiã pactis conuentis meliorem condicionem nostram fieri posse placet.

LX. PAPIRIVS IVSTVS libro octauo Constitutionum

IMperator [a] Antoninus Auidio Cassio rescripsit, Si creditores parati [b] sint partem ex bonis, licet ab extraneo consequi: rationem habendam prius necessariarum personarum si idoneæ sint.

Exempla pacti inutilis.

LXI. POMPONIVS libro nono ad Sabinum

NEmo [c] paciscendo efficere potest ne sibi locum suum dedicare liceat: aut ne sibi in suo sepelire mortuũ liceat: aut ne vicino inuito prædium alienet.

Species, in qua pactum rei non nocet fideiussori.

LXII. FVRIVS ANTHIANVS [d] libro primo ad Edictum

SI reus postquam pactus sit à se non peti pecuniam, ideóque cœpit id pactum fideiussori quoque prodesse, pactus sit vt à se peti liceat: an vtilitas prioris pacti sublata sit fideiussori quæsitum est. sed verius est semel adquisitam fideiussori pacti exceptionem vlterius ||ei|| inuito extorqueri non [e] posse.

a Creditores auctoritate iudicis bona defuncti poßidentes pacti sunt, vt parti eius, quod cuique debetur, ex bonis vendendis acciperent ab extraneo emptore. Ex hoc rescripto necessariæ personæ extraneo emptori præferuntur: si modo idoneæ facultates sint, & tantum creditoribus dare quantùm extraneus emptor velit. l. cũ bonis. de reb. auctor. iud poss. Egu. Bar. æstuat hic vehementer Accursius.

b pacti

c Emendatur hoc caput l. vlt. de pact. inter emptor. & vend. C.

d Antinus

e Cùm reus solus est pactus, vt petere liceat, vtilitas prioris pacti semel quæsita fideiussori non aufertur, vt hic. Quòd si ipse quoque fideiussor pactus sit, eius exceptio replicatione doli elidetur. l. si vnus. §. pactus. suprà eo. Duar. in part. pact.

DE TRANSACTIONIBVS TIT. XV.

Transigere quid.

VLPIANVS libro quinquagensimo ad Edictum

a Duarenus ad titulum de pactis, ita huc locum interpungit, & explicat. Pactum de non petendo, non trāsactionis solum caussa, sed etiam donationis fieri potest, & is qui paciscitur donationis caussa nō transigit, sed liberalitate rem certam, & indubitatam remittit.
b Extit. quemadm. testa. aper. Duar.
c Qui verò paciscitur donationis caussa,
d Ex tit. de excep. & coniunge cū l. 2. si quis cautionib. Duar.
e subsecuta
f Seuerus
g rescissum videtur esse
h potest
i sunt.
k hæreditariis,

QVI [a] transigit [b], quasi de re dubia, & lite incerta neque finita transigit. qui verò paciscitur, [c] donationis causa rem certā & indubitatā liberalitate remittit.

II. IDEM libro septuagensimo quarto ad Edictum

TRansactum [d] accipere quis potest non solùm si Aquiliana stipulatio fuerit subiecta [e] sed & si pactum conuentum fuerit factum.

Transactio inter scriptum hæredem, & legitimum legatariis non nocet.

III. SCAEVOLA libro primo Digestorum

IMperatores Antoninus & Verus [f] ita rescripserunt: Priuatis pactionibus non dubium est non lædi ius ceterorum. quare transactione, quæ inter heredem & matrem defuncti facta est, neque testamentum rescissum [g] videri posse, [h] neque manumissis vel legatariis actiones suæ adēptæ [i]. quare quidquid ex testamento petunt, scriptum heredem conuenire debent: qui in transactione hereditatis aut cauit sibi pro oneribus hereditatis, [k] aut si non cauit, non debet neglegentiam suā ad alienam iniuriam referre. Cum transactio propter fideicommissum facta esset, ‖&‖ postea codicilli reperti sunt: quæro an quanto minus ex transactione consecuta mater defuncti fuerit, quàm pro parte sua est, id ex fideicommissi caussa consequi debeat. respondit debere.

Transactio facta cum opinato hærede, ad verum hæredem non porrigitur.

l distraxerat:

Debitor, cuius pignus creditor distraxit [l]: cum Mæuio, qui se legitimum creditoris heredem esse iactabat, minimo transegit: postea testamento prolato Septicium heredem esse apparuit. quæsitum est si agat pigneraticia debitor cū Septicio, an is vti posit exceptione transactionis factæ cum Mæuio, qui heres eo tempore non fuerit: posítque Septicius pecuniā, quæ Mæuio vt heredi à debitore numerata est [m], condictione repetere, quasi sub prætextu hereditatis acceptam. respōdit secundum ea, quæ proponerentur, non posse: quia neque cum eo ipse transegit, nec negotiū Septicij Mæuius gerens accepit.

m fuit

De vi Aquilianæ stipulationis.

IIII. VLPIANVS libro quadragensimo sexto ad Sabinum

n omnino

AQuiliana stipulatio omnimodo [n] omnes precedentes obligationes nouat & peremit: ipsáque peremitur per acceptilationem. & hoc iure vtimur. ideóque etiam legata sub cōdicione relicta in stipulationem Aquilianam deducuntur.

V. PA-

V. PAPINIANVS libro primo Definitionum

CVm Aquiliana ſtipulatio interponitur, quæ ex conſenſu redditur, lites, de quibus non eſt cogitatum, in ſuo ſtatu retinentur: liberalitatem[a] enim captioſam interpretatio prudentium fregit.

VI. GAIVS libro ſeptimodecimo ad Edictum Prouinciale

DE his[b] controuerſus, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, neque tranſigi, neque exquiri veritas aliter poteſt, quàm inſpectis cognitiſque BerVis teſtamenti.

Tranſactio poſt rem iudicatam quatenus valeat.

VII. VLPIANVS libro ſeptimo Diſputationum

ET poſt rem iudicatam tranſactio valet ſi vel appellatio interceſſerit, vel appellare[c] potueris. Si fideiuſſor conuentus & condemnatus fuiſſet, mox[d] reus tranſagiſſet cum eo, cui erat fideiuſſor condemnatus: tranſactio valeat[e] quæritur. & puto valere: quaſi omni cauſa & aduerſus reum, & aduerſus fideiuſſorem diſſoluta. ſi tamen ipſe fideiuſſor condemnatus tranſegit, tranſactione[f] non peremit rem iudicatã. tamen eo, quod datum eſt, releuari rem iudicatam oportet. Vſque adeo autem quod datũ eſt etiã ſi non proficit ad tranſactionem, extenuat tamẽ rem iudicatã, vt inde ſit & dictum & reſcriptum, circa alimentorum tranſactionem citra prætoris auctoritatẽ factam vt quod datum eſt proficiat ad alimenta: ita vt ſi quid amplius ex cauſa alimẽtorum deberi poteſt, id præſtetur: quod autem datum eſt, imputetur.

Senatuſconſultum de tranſactione alimentorum, & eius interpretatio.

VIII. IDEM libro quinto de Omnibus Tribunalibus

CVm[g] hi, quibus alimenta relicta erant, facilè tranſigerent contenti modico præſenti: Diuus Marcus oratione[h] in ſenatu recitata effecit ne aliter alimentorũ tranſactio rata eſſet, quàm‖ſi‖ auctore prætore facta. Solet igitur pretor interuenire, & inter cõſentientes arbitrari an tranſactio, vel quę admitti debeat. Eiuſdem prætoris notio ob tranſactionẽ erit ſiue habitatio, ſiue veſtiariũ, ſiue de prædiis alimentum legabitur.

1 Hæc oratio pertinet ad alimenta, quæ teſtamento vel codicillis fuerint relicta[i] ‖ ſiue ad teſtamentũ factis, ſiue ab inteſtato[k]. ‖ Idẽ erit dicendum & ſi mortis cauſa donata fuerint relicta: vel ab eo, cui mortis cauſa donata ſunt[l], relicta. Sed & ſi condicionis implendæ gratia relicta ſunt: adhuc idem dicemus. Planè de alimẽtis, quæ nõ mortis cauſa donata ſunt, licebit & ſine pretore auctore tranſigi[m]. Siue igitur in menſes ſingulos, ſiue in dies, ſiue in annos fuerint relicta: oratio
locũ habet. Sed & ſi non fuerint perpetuò relicta, ſed vſq; ad
2 annos certos, idẽ eſt. Si integra quãtitas alicui fuerit legata

a *Si enim lites, de quibus non eſt cogitatum, remitterentur nullo accepto, liberalis ea eſſet, eáque captioſa: quia verba voluntati anteponimus. argu. l. contra legem. & ſeq. ſuprà de legib. non eſt autem æquum id auferri, de quo cogitatũ non eſt. Eguinarius Baro.*

b Ex tit. *quemad. teſtam. aper. Duar.*

c vel appellari

d & mox

e an valeat

f & ſi tranſactio nõ perimit.

g *Hinc ſumptum eſt cap. 1. de alimen. legi. Duar.*

h *Interdum tranſactio hæc dicitur prohibita ſenatuſconſulto. l. eleganter. §. ob trãſactionem, infrà de condict. indebiti, quia fortè in ſententiam D. Marci factum eſt ſenatuſconſultum.*

i *Vt voluntas teſtatoris ſeruetur: quem veriſimile eſt legatario conſultum voluiſſe. Quæ ratio ceſſat in his, quæ ex contractu debentur: nam obligatio ex conſenſu cõtrahentium orta, eorundẽ conſenſu rectiſſimè diſſoluetur. l. prout, infrà de ſolutionibus. l. nihil tam naturale, infrà de reg. iur.*

k *Alij legunt*, ſiue à teſtato factis. *&c.*

l donata ſint, vel ab eo, *&c.*

m tranſigere.

vt ex vſuris eius ſe alat, & mortis tempore pecunias reſtituat?
non ceſſabit oratio, licet non in annos ſingulos videatur id
relictum. Sed & ſi ſit certa quantitas relicta Titio, vel res, ita
vt inde alimenta Seio præſtentur: magis eſt vt tranſigere Ti-
tius poſsit: nec enim tranſactione Titij minuũtur alimenta
Seij. Idémque eſt & ſi per fideicõmiſſum alimẽta ad hoc [a] le-
gatario fuerint relicta. Eam tranſactionẽ oratio improbat, 3
quæ idcirco fit vt quis repræſentatam pecuniam conſumat.
Quid ergo ſi quis citra prætoris auctoritatem tranſegerit, vt
quod per ſingulos annos erat ei relictũ, cõſequeretur per ſin-
gulos menſes? aut quid ſi [b] quod per ſingulos menſes ei relictũ
erat, conſequeretur [c] per ſingulos dies? quid deinde ſi quod [d]
conſummato anno vt [e] acciperet, initio anni conſequatur? &
puto eam tranſactionem valere: quia meliorẽ condicionẽ ſuã
alimentarius *tali* tranſactione facit. noluit enim oratio ali-
menta per tranſactionem intercipi. Nihil autem intereſt vtrũ
libertini ſint quibus alimẽta relicta ſunt, an ingenui: ſatis lo-
cupletes, an minus. Vult igitur oratio apud prætorem de 4
iſtis quæri: in primis de cauſa tranſactionis, deinde modo, ter
tiò de perſona tranſigentium. In cauſa ‖hoc‖ erit requirendum
quæ cauſa ſit tranſigendi: ſine cauſa enim neminem tranſigẽ-
tem audiet prætor. Cauſæ ferè huiuſmodi ſolent allegari, ſi
alibi domicilium heres alibi alimentarius habeat: aut ſi deſti-
net domiciliũ transferre alter [f] eorũ: aut ſi cauſa aliqua vrgueat
præſentis pecuniæ: aut ſi à pluribus ei alimenta relicta ſint, &
minutatim ſingulos cõuenire difficile ei ſit: aut ſi qua alia cau
ſa fuit, vt plures ſolent incidere quæ prætori ſuadeant [g] tranſ-
actionẽ admittere. Modus quoque pecuniæ, quæ in tranſa 5
ctionẽ venit, æſtimãdus eſt: vtputa quantitas tranſactionis. nã
etiam ex modo fides tranſactionis æſtimabitur. Modus autẽ
pro ætate eius, qui tranſigit, arbitrandus eſt & valetudine: nã
aliàs [h] cũ puero aliàs cũ iuuene, aliàs cũ ſene tranſigi palã eſt.
cõſtat enim alimẽta cũ vita finiri. Sed & perſonarũ contẽ- 6
platio habẽda eſt, hoc eſt cuius vitę ſint hi, quibus alimẽta reli
cta ſunt: vtrum frugi vitę ‖hi ſint‖ qui [i] aliàs ſufficere ſibi poſ-
ſint: an ſequioris [k], qui de alimẽtis pendeant. In perſona eius, à
quo alimẽta relicta ſunt, hæc erũt ſpecienda [l]: in quibus ſunt [m]
facultatibus, cuius propoſiti, cuius opinionis. tunc enim ap-
parebit numquid circumuenire velit eum, cũ quo tranſigit.
Qui tranſigit de alimentis nõ videbitur neq; de habitatio- 7
ne, neque de veſtiario tranſegiſſe: cũ Diuus Marcus ſpeciali-
ter [n] etiam de iſtis tranſigi voluerit. Sed & [o] ſi quis de alimen
tis tranſegerit, non habebit neceſſe etiam de habitatione, vel
ceteris inuitus tranſigere: poterit igitur vel de omnibus ſi-
mul, vel de quibuſdam facere tranſactionem. De calciario
quo-

a *Id eſt, vt inde alij præſtentur.* Aliàs ab hoc, *vt ſenſus ſit, ſi per fideicommiſſum à Titio legatario alimenta ſint alicui relicta, tranſigi poſſe, quòd ceſſet cauſa ſenatuſconſulti, id eſt, interceptio alimentorum.*
b aut quod
c mox conſequeretur
d ſi ita quod
e anno acciperet vt initio
f alteruter
g ſuadeat
h aliter
i & qui
k *Id eſt, deterioris, ait Budæus, quam lectionem tuetur Alciatus. Certè extat aliquot locis apud Apuleium hæc dictio & apud Ammianum Marcellinum lib. 18. Duar. tamen 2. diſputat. cap. 31. legit* ſegnioris, *quod fortaſſe aptius eſt, & in vetuſtiſſimis codicibus reperitur.*
l ſpectanda:
m ſit. *vel*, quibus ſit
n etiam ſpecialiter
o Sed ſi

8 quoque arbitrio prætoris transigendum est. Si vni pluri-
búsve fundus ad alimenta fuerit relictus, velíntque eum di-
strahere: necesse est prætorem de distractione eius & transa-
ctione arbitrari. Sed [a] si pluribus fundus ad alimenta fuerit a sed &
relictus & hi inter se transigant: sine prætoris auctoritate fa-
cta transactio rata esse non debet. Idem est & si ager fuerit in
alimenta obligatus: nam nec pignus ad hoc datum inconsul-
9 to prætore poterit liberari. Arbitratu prætoris vel de vni-
uersis alimentis, vel de parte eorum transigi oportere plus
10 quàm manifestum est. Si prætor aditus citra causæ cogni-
tionem transigi permiserit, transactio nullius erit momenti:
prætori enim ea res quærenda commissa est, non neglegenda
nec donanda. Sed & si non de omnibus inquisierit, quæ ora-
tio mandat: hoc est de causa, de modo, de personis transigen-
tium: dicendum est quamuis de quibusdam quæsierit transa-
ctionem esse irritam. Sed nec mãdare ex hac causa iurisdictio-
11 nem vel præses prouinciæ, vel prætor poterit. Trãsactiones
alimentorum etiã apud procuratorem Cæsaris fieri possunt:
‖scilicet‖ si à fisco petantur alimenta. secundum quæ‖ &‖ apud
12 præfectos ærarij transigi poterit. Si cum lis quidem esset
de alimentis, transactum autem de lite fuisset: transactio va-
lere inconsulto prætore non potest, ne circumueniatur oratio:
fingi enim lites poterunt vt transactio etiã citra prætoris fiat
13 auctoritatem. Si eidem alimenta & præterea legatũ presen
ti die datum sit, & transactum fuerit citra prætoris auctorita-
tẽ: id quod datũ est imputabitur prius in legatũ, quod presen-
14 ti die datũ est: superfluum in alimentariã causam [b]. Si quis b causam est.
de alimentis trãsegerit sine pretoris auctoritate: id quod da-
tum est, in præterita alimenta cedet. nec interest tantũ in quã-
titate sit debita, quantũ datum est, an minus, an [c] plus: nã & c an etiam plus:
si minus sit, adhuc tamen id quod in solutũ datum est in præ-
terita alimenta imputabitur. Sanè si is, qui de alimentis trã-
egit, locupletior factus sit ea solutione: in id quod [d] factus sit d in id quod, vel in quod
locupletior, æquissimũ erit in [e] eũ dari repetitionẽ: nec enim e erit eius in eum
15 debet ex alieno damno esse locuples [f]. Si in annos singulos f locupletior.
certa quãtitas alicui fuerit relicta [g] homini honestioris loci: g relicta veluti homini
veluti salariũ annuũ, vel vsusfructus: trãsactio & sine pretore
fieri poterit. Ceterũ si vsusfructus modicus [h] alimẽtorũ vice sit h vsusfructus vel modicus
relictus: dico transactionem citra prætorem factã nullius esse
16 momenti. Si cui non nummus ad alimenta, sed frumentum
atque oleũ & cetera, quæ ad victũ necessaria sunt, fuerint reli
cta: non poterit de his transigere siue annua, siue menstrua ei
relinquantur. Si tamẽ ita sine prætore transegerit, vt in vicem
eorum nummum quotannis vel quotmensibus acciperet: &
neque diem neque modũ permutauit, sed tantùm genus: vel

ex cōtrario si pactus fuerit vt in generibus alimēta acciperet, quæ in nūmis ei relicta fuissent: vel si vinū pro oleo vel oleū pro vino vel quid aliud cōmutauit: vel [a] locum permutauit, vt quæ erant ei Romæ alimenta relicta, in municipio, vel in prouincia acciperet, vel cōtra: vel personam || commutauit, [*] vt quod à pluribus erat accepturus, ab vno acciperet: vel alium pro alio debitorem acceperit: hæc omnia habent disceptationem prætoris: & pro vtilitate alimētarij recipienda [b] sunt.

a veluti si locum

b accipienda

Si ad habitationē certa quātitas sit annua relicta, & ita sit 17 transactū sine prætore vt habitatio præstetur, valet trāsactio: quia fructus habitationis præstatur, licet ruinæ vel incendio subiecta transactio est. Per contrarium quoque si pro habitatione, quæ erat relicta, placuerit certam quantitatem præstari: transactio rata est & citra [c] prætorem.

c etiam citra, vel etiam circa

De vi, & effectu transactionis.

VIIII. IDEM libro primo Opinionum

QVi cum tutoribus suis de sola portione administratæ tutelę suę egerat & trāsegerat, aduersus eosdem tutores ex persona fratris sui cui heres extiterat agens, præscriptione factæ transactionis non summouetur [d]. Transactio [e] quæcunque fit de [f] his tantum, de quibus inter conuenientes placuit, interposita creditur. 1

d summouebitur.
e Transactio enim quæcunque fit
f si quidem in his tantùm,

Transactio dolo facta.

Qui per fallaciam coheredis ignorans vniuersa, quæ in vero erant, instrumentum transactionis sine Aquiliana stipulatione interposuit, non tam paciscitur quàm decipitur. 2

Ei qui nondum certus ad se querellam contra patris testamentum pertinere, de aliis causis cum aduersariis pacto trāsegit: tantùm in his interpositum pactum nocebit, de quibus inter eos actum esse probatur. His tantùm transactio obest, quamuis maior annis vigintiquinq; eam interposuit, de quibus actum [g] probatur. nam [h] ea quorum actiones competere || ei || postea compertum est, iniquum est peremi [i] pacto. id de quo cogitatum non docetur. 3

g actum esse.
h non autem
i perimi

X. IDEM libro primo Responsorum

DE re filiorum, quos in potestate non habuit, transigentē patrem minimè eis obesse placet.

XI. IDEM libro quarto ad Edictum

POst rem iudicatam etiam si prouocatio non est interposita, tamen si negetur iudicatū esse, vel ignorari potest an iudicatum sit: quia adhuc lis subesse posit, trāsactio fieri potest.

Transactio generaliter de testamento facta.

XII. CELSVS libro tertio Digestorum

NOn est ferendus qui generaliter in his [l], quæ testamento ei relicta sunt, transegerat, si postea causetur dEo solo cogitasse,

l de his.

gitaſſe, quod prima parte teſtamenti ac non etiam quod poſteriore legatum ſit. Si tamen poſtea codicilli proferuntur, non improbè mihi dicturus videtur de eo dumtaxat ſe cogitaſſe, quo illarum tabularum, quas tunc nouerat, ſcriptura contineretur.

XIII. AEMILIVS MACER libro primo ad Legem vicenſimam hereditatium

NVlli procuratorum principis inconſulto principe tranſigere licet.

De tranſactione inter legitimum hæredem, & ſcriptum facta.

XIIII. SCAEVOLA libro ſecundo Reſponſorum

COntrouerſia inter legitimum & ſcriptum heredem orta eſt, eáque tranſactione facta, certa lege finita eſt: quęro creditores quem conuenire poſſunt? Reſpondit ſi idem creditores eſſent: [qui tranſactionem feciſſent [a]]. ſi alij [b] creditores eſſent: propter incertum ſucceſsionis, pro parte hereditatis, quam vterque in tranſactione expreſſerit, vtilibus conueniendus [c] eſt.

a feciſſent, id obſeruandum eſſe de ære alieno quod inter eos conueniſſet.
b ſi verò alii
c vtilibus actionibus conueniendus eſt, *vel* conueniendos eſſe.

Vis pœnalis ſtipulationis.

XV. PAVLVS libro primo Sententiarum

PActo conuento Aquiliana quidem ſtipulatio ſubſci ſolet. ſed conſultius eſt huic pœnalem quoque ſtipulationem ſubiungere: quia reſciſſo fortè pacto pœna ex ſtipulatu peti poteſt.

XVI. HERMOGENIANVS libro primo Iuris Epitomarum

QVi fidem licitæ tranſactionis rupit, non exceptione tantùm ſummouebitur, ſed & pœnam, quam ſi contra placitum fecerit rato [d] manente pacto ſtipulanti rectè promiſerat, præſtare cogetur.

d Id eſt, vt pactũ vim ſuam haberet, ex eóq; exceptio competeret: tamet ſi pœna peteretur. l. cùm proponas, C. eod.

Species in qua tranſactio cum alio facta alii nocet.

XVII. PAPINIANVS libro ſecundo Quæſtionum

VEnditor hereditatis emptori mandatis actionibus, cum debitore hereditario, qui ignoraVat venditam eſſe hereditatem, tranſegit: ſi emptor hereditatis hoc debitum ab eo exigere velit, exceptio tranſacti negotij debitori propter ignorantiam ſuam accommodanda eſt. idem reſpondendum eſt & in eo, qui fideicommiſſam [e] recepit hereditatem, ſi heres cũ ignorante debitore tranſegit.

e fideicommiſſariis

LIBER TERTIVS.

DE POSTVLANDO.

Interpretatio edicti prætoris de postulando.

VLPIANVS libro sexto ad Edictum



Vnc titulum prætor propofuit habendæ ra-
tionis caufa, fuæque dignitatis tuendæ, & de-
coris||fui|| caufa: ne fine delectu pafsim apud fe
poftuletur. ea propter tres fecit ordines: nam
quofdam in totum prohibuit poftulare: qui-
bufdam||vel||pro fe permifit: quibufdam & pro
certis dumtaxat perfonis & pro fe permifit. Poftulare au- 1
tem eft defiderium fuum vel amici fui in iure [a] apud eum, qui
iurifdictioni præeft, exponere: vel alterius defiderio contradi-
cere. Initium autem fecit prætor ab his, qui in totum pro- 2
hibentur poftulare. In quo edicto aut pueritiam, aut cafum
excufauit. Pueritiam, dum minorem annis decem & feptem,
qui eos non in totum cōpleuit, prohibet poftulare: quia mo-
deratam hanc ætatem ratus eft ad procedendū in publicum.
qua ætate, aut paulo maiore fertur Nerua filius & [b] publicè
de iure refponfitaffe. Propter cafum, furdum qui prorfus non
audit prohibet apud fe poftulare: nec enim erat permittendū
ei poftulare, qui decretū prætoris exaudire non poterat: quod
etiam ipfi erat periculofum futurum, nam non exaudito de-
creto prætoris quafi non obtemperaffet, pœna vt contumax
plecteretur. Ait prætor, SI NON HABEBVNT ADVO- 3
CATVM, EGO DABO. nec folùm his perfonis hanc hu-
manitatem prætor folet exhibere, verùm [c] & fi quis alius fit,
qui certis ex caufis vel ambitione aduerfarij, vel metu patro-
num non inuenit. Secundo loco edictum proponitur in 4
eos, qui [d] pro aliis ne poftulent: in quo edicto excepit prætor
fexum, & cafum. item||notauit||perfonas||in||turpitudine no-
tabiles. Sexum [e], dum feminas [f] prohibet pro aliis poftula-
re. & ratio quidem prohibendi[g], ne cōtra pudicitiā fexui con-
gruentem alienis caufis fe immifceant: ne virilibus officiis fun-
gantur mulieres. Origo verò introducta eft à Carfania [h] im-
probifsima femina: quæ inuerecundè poftulans, & magiftra-
tū inquietās caufam dedit edicto [i]. Cafum, dū cæcum vtrifq;
luminibus orbatū prætor repellit: videlicet quòd infignia ma
giftratus videre, & reuereri non pofsit. Refert etiā Labeo Pu-
blilium cæcum [k] Afprenatis [l] NonI patrē auerfa fella à Bru-
to deftitutum, cū vellet poftulare. Quamuis autem cęcus pro
alio poftulare non pofsit, tamen & fenatorium ordinem re-
tinet, & iudicandi officio fungetur [m]. Numquid ergo*&*ma
giftra-

a *Ex quo fequitur, eos qui apud iudices datos fiue pedaneos poftulant, hoc edicto non cōtineri Duar. 1. difputat. cap. 1. Hæc fententia cōfirmatur ex initio huius legis. & §. ait prætor, verf. apud me. & §. item fenatufconfulto, infra eod.*
b etiam publicè
c verùm etiam
d qui prohibentur ne pro aliis poftulent:
e Sexum quidem, dum
f *Quæ mulieres apud magiftratus pro fe aut aliis caufas egerint. Valer. li. 8. ca. 3.*
g eft.
h Calpurnia *Alc. C.* Affrania. 2. *parer. c.* 37.
i huic edicto
k *Hic fortè eft declamator laudatus frequenter à Senec. in li. controu. Declamatores enim cauffas interdum in foro agebant. Labeo autem hunc à filio (opinor) vocat, quòd hic filius lapfu debilitatus in ludicro Troiæ & torque aureo ab Augufto donatus, pacto ea ex re cognomine clarius Afprenatiū nomē vifus fit feciffe.*
l Afprenati
m *Etfi datus fuerit poft cæcitatem. Nec me mouet, quod nouum magiftratum inire nō poffit. Iudicis enim, & magiftratus cauffa diuerfa eft. In iudice enim priuato nihil aliud, quàm iudicium, prudentiam, doctrinā, virtutem requirimus. In magiftratu deligēdo præter hæc omnia decoris cuiufdam, & fplendoris publici ratio habenda eft. l. refcripto infra de munerib. & honorib. Duar. 1. difputat. c. 23*

gistratus gerere posſit? ſed de hoc deliberabim⁹. exſtitat [a] quidem exemplū eius, qui geſsit. Appius denique Claudius [b] cæcus cōſiliis publicis intererat, & in ſenatu ſeueriſsimam dixit ſententiā de PVrrhi captiuis [c]. Sed melius eſt vt dicamus retinere quidem iā cœptū [d] magiſtratum poſſe: adſpirare autē ad nouū penitus prohiberi. idque multis cōprobatur exēplis.

5 Remouet autem à poſtulando pro aliis & eū, qui corpore ſuo muliebria paſſus eſt. Si quis tamen vi prædonū vel hoſtium ſtupratus eſt, nō debet [e] notari, vt & Pomponius ait. Et qui capitali crimine damnatus eſt, non debet pro alio poſtulare. Item ſenatuſconſulto etiā apud iudices pedaneos poſtulare prohibetur calumniæ [f] publici iudicij dānatus. Et qui operas ſuas, vt cum beſtiis depugnaret, locauerit. Beſtias autē accipere debemus ex feritate magis, quàm ex animalis genere: nā quid ſi leo ſit ſed manſuetus? vel alia dentata manſueta? ergo qui locauit ſolus notatur: ſiue depugnauerit ſiue nō. Quòd [g] ſi depugnauerit cū non locaſſet operas ſuas, non tenebitur: non enim qui cū beſtiis depugnauit, tenebitur: ſed qui operas ſuas in hoc locauit. Denique eos, qui virtutis oſtēdendæ cauſa hoc faciunt ſine mercede, nō teneri aiunt veteres: niſi in harena paſsi ſunt ſe honorari [h]. eos enim puto notā non euadere. Sed ſi quis operas ſuas locauerit, vt feras [i] venetur: vel vt depugnaret [k] feram, quæ regioni nocet, extra harenam: non eſt notatus. His igitur perſonis, quæ non virtutis cauſa beſtiis [l] pugnauerūt pro ſe prætor permittit allegare, pro alio prohibet. Sed eſt æquiſsimū ſi tutelā vel curā huiuſmodi perſonæ adminiſtrent, poſtulare eis pro his, quorū curā gerunt, concedi. Qui aduerſus ea feciſſe mōſtretur, & pro aliis interdicta poſtulatione repellitur, & pro æſtimatione iudicis extra ordinē pecuniaria pœna multabitur [m].

6 Vt [n] initio huius tituli diximus, tres ordines prætor fecit nō poſtulantiū: quorū ||hic|| tertius eſt, quibus non in totū denegat poſtulandi facultatē, ſed ne pro omnibus poſtularēt: quaſi minus deliquerint, quàm hi qui ſuperioribus capitib⁹ notātur.

7 Ait prętor, QVI LEGE, PLEBISSCITO, SENATVSCONSVLTO, EDICTO, DECRETO [o] PRINCIPVM, NISI PRO CERTIS PERSONIS, POSTVLARE PROHIBENTVR: HI PRO ALIO, QVAM PRO QVO LICEBIT, IN IVRE APVD ME NE POSTVLENT. Hoc edicto cōtinentur etiā alij omnes, qui edicto pretoris vt infames notātur. qui

8 omnes, niſi pro ſe & certis perſonis, ne [p] poſtulēt. Deinde adiicit pretor: QVI EX HIS OMNIBVS, QVI SVPRA SCRIPTI SVNT, IN INTEGRVM RESTITVTVS NON ERIT, ||eū||, QVI EX HIS, QVI SVPRA SCRIPTI SVNT, ſic accipe [q]; ſi fuerit inter eos, qui tertio edicto continentur: & niſi

a extat. vel, & extat.
b De hoc Liuius li.13 Plutar. in vita Pyrrhi.
c captiuis non recipiendis.
d acceptum
e debet notari hoc edicto
f calumniæ cauſa publico
g Quid ſi
h Id eſt, præmio aliquo adſici: honos enim plerūque præmiū eſt. Nonius Virgil. lib.5. Ipſis præcipuè ductoribus addit honores. Et Cic. Honos alit artes. Hoc addidi propter Accurſium hæſitātem, an legat honorari, vel onerari.
i Adde huc aliū locū Vlpiani l. qui dolo. ad l. Iul. de vi. publi.
k expugnaret
l cum beſtiis
m multatur,
n in initio
o principum placito
p non poſtulent.
q accipitur, accipimus

nisi pro certis personis, postulare prohibentur. ceterum si ex superioribus: difficile in integrum restitutio impetrabitur. De qua autem restitutione prætor loquitur, vtrum de ea quæ à principe[a] vel à senatu: Pomponius quærit. & putat de ea restitutione sensum, quam princeps vel senatus indulsit. An autem * & * prætor restituere possit quæritur. & mihi videtur talia prætorum decreta non esse seruanda: nisi sicubi[b] ex officio iurisdictionis suæ subuenerunt[c]: vt in ætate obseruatur si quis[d] deceptus sit: ceterisque speciebus quas sub titulo DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE exsequemur. Pro qua sententia est, quòd si quis famoso iudicio condemnatus per in integrum restitutionem fuerit absolutus, Pomponius putat hunc infamia[e] eximi. Deinde adIcit prætor, PRO ALIO NE POSTVLENT: PRAETERQVAM PRO PARENTE, PATRONO, PATRONA, LIBERIS PARENTIBVSQVE PATRONI PATRONAE. de quibus personis sub titulo DE IN IVS VOCANDO plenius diximus. Itē adIcit, LIBERISVE SVIS, FRATRE, SORORE, VXORE, SOCERO, SOCRV, GENERO, NVRV, VITRICO, NOVERCA, PRIVIGNO, PRIVIGNA, PVPILLO, PVPILLA, FVRIOSO, FVRIOSA,

II. GAIVS libro primo ad Edictum Prouinciale

FAtuo, fatua: cum istis quoque personis curator detur.

III. VLPIANVS libro sexto ad Edictum

CVI EORVM A PARENTE, AVT DE[f] MAIORIS PARTIS TVTORVM SENTENTIA, AVT AB EO, CVIVS DE EA RE IVRISDICTIO FVIT, EA TVTELA, CVRATIOVE DATA ERIT. Adfinitates nō eas accipere debemus, quæ quondam fuerunt, sed præsentes. Item Pomponius, nurus & generi appellatione & soceri & socrus: & vlteriores, quibus PRO præpositio solet accedere, contineri ait. in curatoribus[g] debuisse eum adIcere: mutis[h] ceterorúmque, quibus dare[i] solent: id est surdo, prodigo, & adulescenti.

IIII. PAVLVS libro quinto ad Edictum

ITem quibus propter infirmitatem curatorem[k] prætor dare solet.

V. VLPIANVS libro nono ad Edictum

ET[l] qui negotiis suis aliquo perpetuo morbo superesse nō possunt.

VI. IDEM libro sexto ad Edictum

PVto autē omnes, qui non sponte, sed necessario officio fungūtur, posse sine offensa edicti postulare: etiā si hi sint, qui nō nisi pro se postulare possunt. Si quis aduocationē pr̨stare fue-

a quæ à principe dantur, an quæ à senatu:
b si cui
c subuenerit:
d Si quis minori
e infamia
f aut maioris
g curatoribus item
h *Mutum accipe, qui intellectu prorsus caret. Mutus enim intelligens omnia agere potest: stipulari tantum prohibetur.*
i dari
k curator dari solet.
l *Ex titu. de procur.* Duar.

fuerit prohibitus, siquidē apud se, vt solent facere tēpore magistrat⁹ sui, puto eū postea apud successorē eius adesse posse.

VII. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale

QVos prohibet pretor apud se postulare, omnimodo prohibet etiam si aduersarius eos patiatur[a] postulare.

De eo, cui aduocatione interdictum est.

VIII. PAPINIANVS libro secundo Quæstionum

IMperator Titus Antoninus rescripsit eum, Qui aduocationibus in quinquennio[b] interdictum esset, post quinquennium pro omnibus postulare non prohiberi[c]. Diuus quoque Hadrianus rescripserat de exilio reuersum postulare posse: nec adhibetur distinctio, quo crimine silentium vel exilium sit irrogatum: ne scilicet pœna tempore determinata contra sententiæ fidem vlterius porrigatur.

VIIII. IDEM libro primo Responsorum

EX ea causa prohibitus pro alio postulare, quæ infamiam non irrogat, ideóque ius pro omnibus postulandi nō aufert, in ea tantū prouincia pro alijs non rectè postulat, in qua præses fuit qui sententiam dixit, in alia verò non prohibetur, licet eiusdem[d] nominis sit.

De aduocato fisci.

X. PAVLVS libro singulari Regularum

HI qui fisci causas agunt, suam vel filiorum, & [e] parentiū suorum, vel pupillorum, quorum tutelas gerunt, causam & aduersus fiscum agere non prohibentur. Decuriones quoque contra patriā suam causas agere prohibentur præter superiores personas.

De tutore aduocato.

XI. TRYPHONINVS libro quinto Disputationum

A Principe[f] nostro rescriptū est non prohiberi tutorem adesse pupillo in negotio, in quo aduocatus contra patrem eius fuisset. Sed & illud permissum ab eo est, agere tutorem pupilli causa Aduersus[g] fiscum, in qua aduersus patrē pupilli antea aduocatus fisci fuisset.‖ Qui autē inter infames sunt, sequenti titulo explanabitur.‖

DE HIS QVI NOTANTVR INFAMIA. TIT. II.

Edictum, ad cuius interpretationem pertinent ferè sequentia capita.

[IVLIANVS libro primo ad Edictum]

PRAETORIS verba dicunt, INFAMIA NOTATVR QVI AB EXERCITV IGNOMINIAE CAVSA AB IMPERATORE, EOVE, CVI DE EA RE STATVENDI POTESTAS FVERIT, DIMISSVS ERIT. QVI ARTIS LVDICRAE PRONVNTIANDIVE CAVSA

a *Prohibitio enim profecta est non ex priuata, sed publica caussa, decoris, scilicet, & iuris publici cōseruādi gratia. l. i. supr. in principio. & l, moris. infrà. de pœnis.*

b in quinquēnium, vel, quinquennio

c *Quocunq; crimine quis fuerit dānatus, si modo iudex sententiam mitiorem dixit, ita vt condemnato infamiam non irrogaret, damnatus ad tēpus, eo tempore elapso, pristino statui restituitur, vt hic et l. 3, C. de causs. ex quib. infam. irrog. Quoties verò condemnatio infamiā irrogauit, nec eam iudex mitiori sententia sustulit, etiā post tempus elapsum non restituitur pristino statui, sed remanet infamis. l. ordine. infr. ad municip. l. ad tempus infrà. de decurioni. Eguin. Baro.*

d *Vt Germania, Mysia. l. 3. de off. aß. suprà, vide Alciatum, 8. parerg. c. 20.*

e vel parentum

f *Coniunge. l. 22. de his qua vt indig. auf. Duar.*

g causam aduersus

IN SCAENAM PRODIERIT. QVI LENOCINIVM FECERIT. QVI IN IVDICIO PVBLICO CALVMNIAE PRAEVARICATIONISVE CAVSA QVID FECISSE IVDICATVS ERIT. QVI FVRTI, VI BONORVM RAPTORVM, INIVRIARVM, DE DOLO MALO ET FRAVDE, SVO NOMINE DAMNATVS PACTVSVE ERIT. QVI PRO SOCIO, TVTELAE, MANDATI, DEPOSITI,[a] SVO NOMINE NON CONTRARIO IVDICIO DAMNATVS ERIT. QVI EAM, QVAE IN POTESTATE EIVS ESSET, GENERO MORTVO CVM EVM MORTVVM ESSE SCIRET, INTRA ID TEMPVS, QVO ELVGERE[b] VIRVM MORIS EST, ANTEQVAM VIRVM ELVGERET IN MATRIMONIVM COLLOCAVERIT: EAMVE SCIENS QVIS VXOREM DVXERIT NON IVSSV EIVS IN CVIVS POTESTATE EST. ET QVI EVM, QVEM IN POTESTATE HABERET, EAM, DE QVA SVPRA COMPREHENSVM EST, VXOREM DVCERE PASSVS FVERIT. QVIVE SVO NOMINE NON IVSSV EIVS, IN CVIVS POTESTATE ESSET, EIVSVE NOMINE, QVEM QVAMVE IN POTESTATE HABERET, BINA SPONSALIA, BINASVE NVPTIAS ‖*IN*‖ EODEM TEMPORE CONSTITVTAS HABVERIT.

a *Cur depositi damnatus sit infamis, tradit Arist. Proble. 29. par. problem. 2. Alc. verò 2. parerg. c. 36. hanc rationem affert. Quia maior fides in depositario requiritur, quem quis sponte elegit, & summae probitatis fiducia caeteris praetulit.*

b lugere

II. VLPIANVS libro sexto ad Edictum

QVod ait prætor, QVI AB EXERCITV DIMISSVS ERIT: dimissum accipere debemus militem caligatum: vel si quis alius vsque ad centyrionem vel præfectum cohortis, vel alæ, vel legionis: ‖vel tribunum siue cohortis, siue legionis‖ dimissus est. Hoc amplius Pomponius ait etiam eũ, qui exercitui præest licet consularibus insignibus vtitur, ignominiæ causa ab Imperatore missum hac nota laborare. Ergo & si dux cum exercitui præest dimissus erit, notatur. Et si princeps dimiserit, & adiecerit[c] ignominiæ causa se mittere, [d]vt plerumque facit, non dubitabis[e] & ex edicto prætoris eum infamia esse notatum. Non tamen si citra indignationem principis successor ei datus est.
Exercitum autem 1
non vnam cohortem, neque vnam alam dicimus: sed numeros multos militum. nam exercitui præesse dicimus eum, qui legionem, vel legiones cum suis auxilijs ab Imperatore commissas administrat. Sed ‖hic‖ etiam eum, qui ab aliquo numero militum missus est, quasi ab exercitu missum sic accipienus.
IGNOMINIAE CAVSA ‖MISSVM: ‖hoc ideo 2
adiectum est, quoniam multa genera sunt missionum. Est honesta, quæ emeritis stipendijs, vel ante ab Imperatore indulgetur:

c *Imò etiam tametsi non adiecerit: sed ex ea causa, quae infamiam aspergit dimiserit, infamia notatur. l. milites. §. missionum infrà. de re militari.*

d se eum mittere,

e non dubitabitur & hoc edicto

dulgetur: & [a] causaria, quæ propter valetudinem laboribus militiæ soluit: est ignominiosa. Ignominiosa autem missio totiens est, quotiens is qui mittit, addit nominatim ignominiæ causa se mittere: semper enim debet addere cur miles mittatur. Sed & si [b] eum exauctorauerit, id est [c] insignia militaria detraxerit: inter infames efficit, licet nō addidisset ignominiæ causa se eum exauctorasse. Est & quartum genus missionis, si quis euitandorum munerum causa militiam subIsset. hæc autem missio existimationem non lædit, vt est sæpissimè

3 rescriptum. Miles, qui lege Iulia de adulterijs fuerit damnatus, ita infamis est, vt etiam ipsa sententia eum sacramento ignominiæ causa soluat. Ignominia [d] ‖ autem ‖ missis ne-

4 que in vrbe, neque alibi, vbi Imperator est, morari licet. Ait prætor, QVI (IN) SCAENAM PRODIERIT ‖ infamis est ‖. Scæna [e] est vt Labeo definit, quæ ludorum faciendorum causa quolibet loco, vbi quis consistat, moueatúrque spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico, priuatóve, vel in vico: quo tamen loco passim homines spectaculi [f] causa admittantur [g]. eos enim, qui quæstus causa in certamina descendunt, & omnes propter præmium in scænam prodeuntes famosos esse Pegasus & Nerua filius responderunt.

III. GAIVS libro primo ad Edictum Prouinciale

QVi autē operas suas locauit vt prodiret artis ludicræ causa, neque prodit, [h] non notatur: quia non est ea res adeo turpis, vt etiam consilium puniri debeat.

IIII. VLPIANVS libro sexto ad Edictum

ATHletas [i] autem Sabinus & Cassius responderunt omnino artem ludicram non facere: virtutis enim gratia hoc [k] facere. & generaliter ita omnes opinantur, & vtile videtur: vt neque [l] thumelici [m], neque exustici [n], neque agitatores, nec qui aquam [o] equis spargunt, ceteráque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. Designatores autem quos Græci ΒΡΑΒΕΥΤΑΣ appellant, artem ludicram non facere Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exerceant. Et sanè locus iste hodie à principe nō

1 pro modico beneficio datur. Ait prætor, QVI LENOCINIVM FECERIT. Lenocinium facit qui quæstuaria mancipia habuerit. sed & qui in liberis hunc quæstum exercet, in eadem causa est. Siue autem principaliter hoc negotium gerat, siue alterius negotiationis accessione vtatur: vtputa si caupo fuit vel stabularius, & mancipia talia habuit ministrantia & occasione ministerij quæstum facientia: siue balneator fuerit, velut in quibusdam prouincijs fit, in balineis ad custodienda vestimenta conducta habent [p] mancipia hoc genus obseruantia in officina [q], lenocinij pœna

a est causaria,
b Sed si ita exauctorauerit,
c vt insignia
d ignominiæ autem causa
e *Hæc definitio, de scæna versatili est accipienda: de qua Vergil. 3. Geor. vel scæna vt versis discedat frontibus. & Plin. 7. nat. hist. li. c. 48.*
f spectandi
g admittat.
h prodiit.
i *Alc. lib. 2. prætermiss. putat hic posse legi* ἀθλυθέτας, *sed contra omnium exemplarium fidem.*
k hoc eos
l thimelici
m *de his vocabulis consule Bud. non Alexandrum Neapolitan. qui in eis explicandis interdum mihi dormitasse videtur.*
n xistici,
o *Alc. 6. parerg. ca. 3.*
p habeat
q non in officina

pœna tenebitur. Pomponius[a] & eum, qui in seruitute pecu-
liaria mancipia prostituta habuit, notari post[b] libertatem ait.
Calumniator ita demum notatur, si fuerit calumniæ causa 2
damnatus: neque enim sufficit calumniatum. item præBari-
cator[c]. Præuaricator[d] autem est quasi varicator, qui diuersam
partem adiuBat prodita causa sua. quod nomen Labeo à va-
ria certatione tractum ait: nam qui præuaricatur, ex vtraque
parte[e] constitit[f]: quinimmo ex aduersa. Item si qui furti, vi
bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, suo nomine
damnatus, pactúsve erit: simili modo infames sunt[g]:

V. PAVLVS libro quinto ad Edictum

QVoniam intellegitur confiteri crimen qui paciscitur.

VI. VLPIANVS libro sexto ad Edictum

FVrti accipe siue manifesti, siue nec manifesti. Sed si furti,
vel alijs famosis actionib⁹ quis condemnatus prouocauit,
pendente iudicio nondum inter famosos habetur. si autē om-
nia tempora prouocationis lapsa sunt, retro infamis est. quā-
uis si iniusta appellatio eius visa sit, hodie notari puto, non
retro notatur[h]. Si quis alieno nomine condemnatus fuerit, 1
non laborat infamia. & ideo nec procurator[l] meus, [l] vel defen-
sor, vel tutor, vel curator, vel heres, furti vel ex alia simili spe-
cie condemnatus, infamia notabuntur. nec ergo[i] si ab initio
per procuratorē causa agitata est. PACTVSQVE[k], inquit, 2
ERIT. pactus[l] sit, accipimus si cum pretio quantocūque pa-
ctus est: alioquin & qui precibus impetrauit ne secum agere-
tur, erit notatus: nec erit veniæ vlla ratio. quod est inhuma-
num. Qui iussu prætoris pretio dato pactus est, non notatur.
Sed & si iureiurando delato iurauerit quis non deliquisse, nō
erit notatus: nam quodammodo innocentiam suam iureiu-
rando adprobauit. MANDATI[l] condemnatus.[l] Verbis edi- 3
cto[m] notatur non solùm qui mandatum suscepit, sed & is, qui
fidem, quam aduersarius secutus est, non præstat, vtputa fide-
iussi pro te & solui: mandati te si condemnauero, famosum
facio. Illud planè addendum est, quòd interdum & heres 4
suo nomine damnatur, & ideo infamis fit si in deposito, vel
in mandato male versatus sit. Non tamen in tutela, vel pro
socio heres suo nomine damnari potest: quia[n] heres neque in
tutelam, neque in societatem succedit: sed tantùm in æs alie-
num defuncti. Contrario iudicio damnatus non erit infa- 5
mis: nec immeritò. nam in contrarijs non de perfidia agitur,
sed de calculo, qui ferè[o] iudicio solet dirimi.

VII. PAVLVS libro quinto ad Edictum

IN actionibus, quæ ex cōtractu proficiscuntur licet famosæ
sint, & dānati notantur, attamē pactus nō notatur, meritò:
quoniā ex his causis nō tam turpis est pactio, quā superiorib⁹.

a Pomponius etiā
b & post
c Coniung l. 1. de præ
uari. Duar.
d c. 1. de preuaricato-
ribus.
e Id est, actoris, & rei:
non autem corporis, &
animi, vt censuit Ac-
cursius.
f constitit:
g infamis sit:
h notari.
i nec ergo
k Pactúsue,
l Pactum sic,
l Hæc verba hunc sen-
sum habent. Dicimus
necesse esse, vt pretium
aliquod intercedat: a-
lioquin diceremus eū,
qui gratis pactus est
notari, nec ei ignosci:
quæ sententia huma-
nitati sanè contraria
esset.
m edicti
n quia his
o ferè in

Locus communis de ignorantia.

VIII. VLPIANVS libro sexto ad Edictum

GEnero inquit MORTVO. meritò adiecit prætor, CVM EVM MORTVVM ESSE SCIRET: ne ignorantia puniatur. sed cum tempus luctus continuum est, meritò & ignoranti cedit ex die mortis mariti. & ideo si post legitimum tempus cognouit, Labeo ait ipsa die & sumere eam lugubria, & deponere.

VIIII. PAVLVS libro quinto ad Edictum

VXores viri lugere non compellentur. Sponsi [a] nullus luctus est.

X. IDEM libro octauo ad Edictum

SOlet à principe impetrari vt intra legitimum tempus mulieri nubere liceat. Quę virum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non nocet.

XI. VLPIANVS libro sexto ad Edictum

LIberorum autē & parentium [b] luctus impedimento nuptijs non est. Et si talis sit maritus, quem more maiorum lugeri non oportet, non posse eam nuptum [c] intra legitimum tempus collocari: prætor enim ad id tempus se rettulit, quo vir elugeretur: qui solet elugeri propter turbationem sanguinis. Pomponius [d] eam, quæ intra legitimum partum ediderit, putat [e] statim posse nuptijs [f] se collocare: quod verum
1 puto. Non solent autem lugeri, vt Neratius ait, hostes, vel perduellionis dānati: nec suspendiosi, nec qui manus sibi intulerunt non tædio vitæ, sed mala conscientia. Si quis [g] ergo post huiusmodi exitum mariti nuptum se collocauerit: infamia notabitur. Notatur etiam qui eam duxit: sed si sciens: ignorantia enim excusatur non iuris, sed facti. Excusatur qui iussu eius, in cuius potestate erat, duxerit: & ipse qui passus est ducere notatur. vtrūque rectè: nā & qui obtemperauit, venia dignus est: & qui passus [h] est ducere, notari [i] ignominia.

XII. PAVLVS libro quinto ad Edictum

QVi iussu patris duxit, quamuis liberatus potestate patria eam retinuit, non notatur.

Locus de ratihabitione.

XIII. VLPIANVS libro sexto ad Edictum

QVid ergo si non ducere sit passus, sed posteaquam duxit ratum habuerit? vtputa initio ignorauit talem esse, postea scit: non notabitur. prætor enim ad initium nuptiarum
1 se rettulit. Si quis alieno nomine bina sponsalia constituerit, non notatur: nisi eius nomine constituat, quem quámve in potestate haberet. Certè qui filium vel filiam constituere
2 patitur, quodammodo ipse videtur constituisse. Quod ait prætor, EODEM TEMPORE: non initia sponsaliorū eodem tempore

a Sponsi enim *Ratio edicti cessat. nimirū turbatio sanguinis. l. liberorum, infrà. eod.*

b parentum

c non posse eam nuptui, vel non poterit tamen nuptū

d Vnde Pomponius.

e putat, vel statim.

f se nuptum

g Si qua

h passus eam

i notatur

a in idem
tempore factorum accipiendum est: sed si in id[a] tempus con-
currant. Item si alteri sponsa, alteri nupta sit: ex sententia edi-
cti punitur. Cum autem factum notetur, etiam si cum ea 3
b faciat nuptias
quis nuptias[b] vel sponsalia constituat, quam vxorem ducere
vel non potest, vel fas non est: erit notatus. Ex cõpromisso 4
arbiter infamiam non facit: quia non per omnia sententia est.
c an in causa,
Quantum ad infamiam pertinet, multum interest in[c] causa,
quæ agebatur, causa cognita aliquid pronuntiatum sit, an
quædam extrinsecus sunt elocuta: nam ex his infamia non in-
rogatur. Pœna grauior vltra legem imposita existimationẽ 5
conseruat: vt & constitutum est, & responsum: vtputa si eum,
qui parte bonorum multari debuit, præses relegauerit: dicen-
dum erit duriori sententia cum eo transactum de existima-
tione eius: idcircóque non esse infamem. Sed si in causa furti
d onerat quidem, vel onerauit
nec manifesti in quadruplum iudex condemnauit, oneratum[d]
quidem reum pœna aucta, nam ex furto non manifesto in du-
e hac re
plum conueniri debuit: verùm hanc[e] rem existimationẽ ei non
f non conseruat
conseruasse[f]. quamuis si in pœna non pecuniaria eum oneras-
set, transactum cum eo videtur. Crimen stellionatus in- 6
famiam irrogat damnato, quamuis publicum non est iudi-
cium.

XIIII. PAVLVS libro quinto ad Edictum

g acceperat,
Seruus, cuius nomine noxale iudiciũ dominus acceperit[g], deinde eundem liberum & heredem instituerit, ex eodem iudicio damnatus non est famosus, quia nõ suo nomine condemnatur: quippe cum initio lis in eum contestata non sit.

XV. VLPIANVS libro octauo ad Edictum

Notatur quæ per calumniam ventris nomine in possessionem missa est, dum se adseuerat prægnatem,

XVI. PAVLVS libro octauo ad Edictum

h prægnans
Cum non prægnas[h] esset, vel ex alio concepisset:

XVII. VLPIANVS libro octauo ad Edictum

i hoc fecit
Debuit enim coërceri quæ prætorem decepit. Sed ea notatur, quæ cum suæ potestatis esset hoc facit[i].

Pœna infamiæ imponitur ratione calumniæ non ratione erroris.

XVIII. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale

k fuisse missa in possessionem.
Ea, quæ falsa existimatione decepta est, non potest videri per calumniam in possessione[k] fuisse.

XVIIII. VLPIANVS libro octauo ad Edictum

l idemque
Non alia autem notatur, quàm ea, de qua pronuntiatum est calumniæ causa eam fuisse in possessionem missam. idque[l] & in patre erit seruandum, qui calumniæ causa passus est filiam, quam in potestate habebat, in possessionẽ ventris nomine mitti.

Mos pronuntiandi.

XX. PAPINIANVS libro primo Responsorum

OB hæc verba sententiæ præsidis prouinciæ, CALLIDO COMMENTO VIDERIS ACCVSATIONIS INSTIGATOR FVISSE: pudor potius oneratur, quàm ignominia videtur irrogari: non enim qui exhortatur[a] mandatoris opera fungitur.

Locus de testimonio reprobato.

XXI. PAVLVS libro secundo Responsorum

LVcius Titius crimen intendit Gaio Seio quasi iniuriam passus, atque in eam rem testationem apud præfectum prætorio recitauit: præfectus fide nô habita testationis,[b] nullam iniuriam Lucium Titium passum esse à Gaio Seio pronuntiauit, quæro an testes, quorum testimonium reprobatum est, quasi ex falso testimonio inter infames habentur. Paulus respondit nihil proponi cur hi, de quibus quæritur, infamium loco haberi debeant: cum non oportet ex sententia siue iusta, siue iniusta pro alio habita alium prægrauari.

XXII. MARCELLVS libro secundo Publicorum

ICtus fOstium infamiam non importat, sed causa, propter quam id pati meruit: si ea fuit, quæ infamiam damnato irrogat[c]. In ceteris quoque generibus pœnarum eadem forma statuta est.

XXIII. VLPIANVS libro octauo ad Edictum

PArentes & liberi vtriusque sexus, nec non & ceteri adgnati vel cognati secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque voluerit, lugendi sunt. qui autem eos non eluxit, non notatur infamia.

XXIIII. IDEM libro sexto ad Edictum

IMperator Seuerus rescripsit, non offuisse mulieris famæ eius quæstum in seruitute factum.

XXV. PAPINIANVS libro secundo Quæstionum

EXheredatum quoque filium luctũ habere patris memoriæ placuit. idémque & in matre iuris est, cuius hereditas ad filium non pertinet[e]. Si quis in bello ceciderit, & si corpus eius non compareat, lugebitur.

DE PROCVRATORIBVS ET DEFENSORIBVS TIT. III.

Procurator quis, & quomodo detur.

VLPIANVS libro nono ad Edictum

PROCVRATOR est qui aliena negotia mandatu[f] domini administrat. Procurator autem vel omnium rerum vel vnius rei esse potest, constitutus vel coram, vel per nuntiũ vel per epistulã: quamuis quidam, vt Pomponius libro vicensimo quarto scribit, non putent vnius rei mandatũ suscipien-

a *Non obstat l. i. §. persuadere. infr. de seru. corr. Nam exhortari, & persuadere longè diuersissima sunt: & maximè eo sensu, quo persuadere accipitur. d. §. persuadere, præcipua enim caussa delicti est, ac potiùs delictum ipsum.*

b testationi. *Testatio est testimonium exceptum, & in scripturam redactum, non autem testimonij dictio, et viua vox.*

c irrogaret

d *Quia fortè silentio præteritus est, & alius ab eo hæres institutus. §. mater. de exhæred. liberor. Instit. Alij legunt,* ad filium pertinet

e mandato

suscipientem, procuratorem esse: sicuti ne is quidem, qui rem perferendam, vel epistulam, vel nuntium perferendum suscepit, propriè procurator appellatur. sed verius est eum quoque procuratorem esse, qui ad vnam rem datus sit. Vsus autem procuratoris perquam necessarius est: vt qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt, per[a] alios possint vel agere, vel conueniri. Dari autem procurator & absens potest:

II. PAVLVS libro octauo ad Edictum

DVmmodo[b] certus sit qui datus intellegetur: & is‖si‖ratum habuerit. Furiosus non est habendus absentis loco: quia in eo animus deest, vt ratum habere‖non‖possit.

III. VLPIANVS libro nono ad Edictum

ITem‖&‖ad litem futuram & in diem, & sub condicione, & vsque ad diem dari potest.

IIII. PAVLVS libro octauo ad Edictum

ET in perpetuum.

V. VLPIANVS libro septimo ad Edictum

PRæsens[c] habetur & qui in hortis est.

VI. PAVLVS libro sexto ad Edictum

ET qui in foro, & qui in vrbe,[d] & in continentibus ædificijs.

VII. VLPIANVS libro septimo ad Edictum

ET ideo procurator eius[e] præsenti esse videtur.

An filiusfamilias dare procuratorem possit.

VIII. IDEM libro octauo ad Edictum

FIliOsfamilias[f] & ad agendum dare procuratorem potest, si quæ sit actio, qua ipse experiri potest: non solùm si castrense peculium habeat[g], sed & quiuis filiusfamilias: vtputa iniuriam passus, dabit ad iniuriarum actionem: si fortè neque pater præsens sit, nec patris procurator velit experiri. & erit iure ab ipso filiofamilias procurator datus. Hoc amplius Iulianus scribit, & si filiofamilias patri per filium eius in eadem potestate manentem fiat iniuria, neque auus præsens sit: posse patrem procuratorem dare ad vlciscendam iniuriam quam nepos absentis passus est. Ad defendendū quoque poterit filiusfamilias procuratorem dare. Sed & filiafamilias poterit dare procuratorem ad iniuriarum actionem. Nam[h] quòd ad dotis exactionē cum patre dat procuratorem, superuacuum esse, Valerius Seuerus scribit: cum sufficiat patrem dare ex filiæ voluntate. sed puto si fortè pater absen sit vel suspectæ vitæ, quo casu solet filiæ competere de dote actio, posse eā procuratorē dare. Ipse quoque filius procurator dari poterit & ad agendū & ad defendendū. Inuitus procurator nō 1
solet dari, inuitū accipere debemus nō eum tantùm qui contradicit: verùm eū quoque qui cōsensisse nō probatur. Vete- 2
rani procuratores fieri possunt. Milites aūt nec si velit aduersarius

a saltem per
b si certus
c Ex tit. si ex noxa. caus. ag. Dnar.
d & qui in
e ei præsenti vel, eius præsentis
f filiusfamilias
g habeat, sed & vim aut putà iniuriam passus procuratorē dabit, &c. vel habeat, sed & quamuis filiusfamilias vtputa, &c. sed & si vim filiusfamilias vtputà, &c.
h Nā ad dotis exactionem cum patre dari procuratorem, vel Nam quod ad dotis exactionem pertinet cum patre dare procuratorem,

ſarius, procuratores dari poſſunt, niſi hoc tempore litis conteſtatæ quocumque caſu prætermiſſum eſt: excepto eo qui in rem ſuam procurator datus eſt: vel qui communem cauſam omnis ſui numeri perſequatur vel ſuſcipit: quibus [a] talis procuratio conceſſa eſt.

a quia

Pars prætorij edicti & eius interpretatio.

3 PROCVRATOREM AD LITEM SVSCIPIENDAM DATVM, PRO QVO CONSENTIENTE DOMINVS IVDICATVM SOLVI, EXPOSVIT, prætor ait, IVDICIVM ACCIPERE COGAM. Verùm ex cauſa non debebit compelli. vtputa inimicitiæ [b] capitales interuenerunt inter ipſum procuratorem & dominum: ſcribit [c] Iulianus debere in procuratorem denegari actionem. Item ſi dignitas acceſſerit procuratori, vel reipublicæ cauſa afuturus [d] ſit.

b ſi inimicitiæ capitales interuenerint
c & ſcribit
d abfuturus.

VIIII. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale.

AVt ſi valetudinem, aut ſi neceſſariam peregrinationem alleget:

X. VLPIANVS libro octauo ad Edictum

VEl hereditas ſuperueniens eum occupet: vel ‖ex‖ alia iuſta cauſa. Hoc amplius [e] & ſi habeat præſentem dominum, non debere compelli procuratorem.

e amplius eſt.

XI. PAVLVS libro octauo ad Edictum

SI tamen dominus cogi poſsit.

XII. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale

SEd etiam ex his cauſis dicitur aliquando cogendum procuratorem iudicium accipere: veluti ſi dominus præſens non ſit, & actor adfirmet tractu temporis futurum vt res pereat.

XIII. VLPIANVS libro octauo ad Edictum

SEd [f] hæc neque paſsim admittenda ſunt, neque deſtrictè [g] deneganda: ſed à prætore cauſa cognita temperanda.

f In quibusdam hoc reſponſum poſtponitur ſequenti.
g diſtrictè.

XIIII. PAVLVS libro octauo ad Edictum

SI poſt datum procuratorem capitales inimicitiæ interceſſerunt: non cogendum accipere iudicium, nec ſtipulationem [h] ob rem non defenſam committi: quoniam noua cauſa ſit.

h Hoc accipe de ſtipulatione iudicatum ſolui. l. iudicatum ſolui, infrà. Iud. ſol.

Caſus, in quo morte mandantis non finitur mandatum.

XV. VLPIANVS libro octauo ad Edictum

SI defunctus ſit [illegible]minus ante litem conteſtatam iudicatum ſolui ſtipulatione pro ſuo procuratore data, procurator compellendus eſt ad iudicium accipiendum: ita tamen ſi hoc dominus ſciente procuratore & nō contradicente fecit.

quod si aliter actum est: inscium quidem procuratorem teneri satis inciuile est. Committitur autem ob rem non defensam stipulationis clausula. Qui ad communi diuidundo iudicium datus est ‖ad‖ agendum, item[a] & ad defendendum videbitur datus, duplici cautela interponenda.

a idem

De reuocatione procuratoris.

XVI. PAVLVS libro octauo ad Edictum

ANte litem contestatā libera potestas est vel mutandi procuratoris, vel ipsi domino iudicium accipiendi.

XVII. VLPIANVS libro nono ad Edictum

POst litem autem contestatam reus qui procuratorem dedit, mutare quidem eum vel in se litem transferre à viuo procuratore vel in ciuitate manente potest: causa tamen prius cognita. Non solum autem ipsi qui dedit procuratorem hoc permittitur: sed etiam heredi eius & ceteris successoribus. In causæ autem cognitione non solum hæc versantur, quæ supra diximus in procuratore non compellendo suscipere iudicium: verùm & ætas:

XVIII. MODESTINVS libro decimo Pandectarum

AVt[b] religionis beneficium.

b Et religionis

XVIIII. VLPIANVS libro nono ad Edictum

ITem si suspectus sit procurator, aut in vinculis, aut ‖in‖ hostium prædonúmve potestate:

XX. PAVLVS libro octauo ad Edictum

VEl iudicio publico priuatóve, vel valetudine, vel maiore re sua distringatur:

XXI. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale

VEl exilio: vel si latitet, vel inimicus postea fiat:

XXII. PAVLVS libro octauo ad Edictum

AVt adfinitate aliqua aduersario iungatur, vel heres ei existat:

XXIII. VLPIANVS libro nono ad Edictum

AVt longa peregrinatio & aliæ similes causæ impedimento sint[c]:

c ei sint

XXIIII. PAVLVS libro octauo ad Edictum

MVtari debebit. vel ipso procuratore postulante.

XXV. VLPIANVS libro nono ad Edictum

QVæ omnia non solùm ex parte rei sed etiam in persona actoris obseruaVuntur. Sed[d] si aduersarius vel ipse procurator dicat dominum mentiri: apud prætorem hæc finiri oportet. nec ferendus est procurator qui sibi adserit procurationem: nam hoc ipso suspectus est[e] qui operam suam ingerit inuito: nisi forte purgare magis conuicium quàm procurationem exsequi maluit. & hactenus erit audiendus si dicat se

d Sed & si

e est quod

procura

procuratione quidē carere velle, ſed [a] ſi id inlæſa exiſtimatione ſua fiat. Ceterū ferendus erit pudorem ſuū purgans. Planè ſi dicat in rem ſuam ſe procuratorem datum & hoc probauerit: non [b] debet carere propria lite. Item ſi retentione aliqua procurator vti velit, non facilè ab eo lis erit transferenda.

a ſed ita ſi id

b *Niſi actor malit dominum potiùs conuenire, quàm eum. l. ſi actor. infra. eo.*

XXVI. PAVLVS libro octauo ad Edictum

NIſi dominus ||ei|| ſoluere paratus ſit.

XXVII. VLPIANVS libro nono ad Edictum

IN cauſæ cognitione etiam hoc verſabitur, vt ita demū transferri à procuratore iudicium permittatur. ſi quis omnia iudicij [c] ab eo transferre paratus ſit. ceterum ſi velit quædam transferre, quædam relinquere: iuſtè procurator hanc conſtantiam [d] recuſabit. Sed hæc ita, ſi mandato domini procurator egit. ceterum ſi mandatum non eſt: cum neque in iudicium [e] quicquam deduxerit, nec tu ea comprobaſti: quæ inuito te acta ſunt tibi non præiudicant. ideóque translatio earum litium non eſt tibi neceſſaria, ne alieno facto onereris.
1 Hæc autem cognitio procuratoris mutandi prætoris eſt. Si ex parte actoris litis translatio fiat: dicimus committi iudicatum ſolui ſtipulationem à reo factam. ídque & Neratius probat & Iulianus, & hoc iure vtimur: ſcilicet ſi dominus ſatis accepit. ſed * & * ſi procurator ſatis accepit, & transferatur iudicium in dominum: verius eſt committi, & ex ſtipulatu actionem à procuratore in dominum transferri. ſed & ſi à domino vel à procuratore in procuratorem iudicium transferatur: non dubitat Marcellus quin committatur ſtipulatio. & hæc vera ſunt. Et licet procuratori commiſſa ſit ſtipulatio, tamen domino erit danda vtilis ex ſtipulatu actio, directa penitus tollenda.

c iudicia

d inconſtantiam

e in iudicio

Caſus, in quo actio quæritur domino per procuratorem.

XXVIII. IDEM libro primo Diſputationum

SI procurator meus iudicatum ſolui ſatis acceperit, mihi ex ſtipulatu actio vtilis eſt ſicuti iudicati actio mihi indulgetur. ſed & ſi egit procurator meus ex ea ſtipulatione me inuito, nihilo minus tamen mihi ex ſtipulatu actio tribuetur. quæ res facit vt procurator meus ex ſtipulatu agendo exceptione debeat repelli: ſicuti cum agit iudicati non in rem ſuam datus, nec ad eam [f] rem procurator factus. Per contrarium autem ſi procurator meus iudicatum ſolui ſatisdederit, in me ||ex|| ſtipulatu actio non datur. Sed & ſi defenſor meus ſatisdederit, in me ex ſtipulatu actio non datur: quia nec iudicati mecum agi poteſt.

f eandem rem

XXVIIII. IDEM libro nono ad Edictum

SI actor malit dominum potius conuenire quàm eum qui in rem suam procurator est: dicendum est ei licere.

XXX. PAVLVS libro primo sententiarum

a ex iudicati actione.

ACtoris procurator non in rem suam datus propter impensas quas in litem fecit potest desiderare vt sibi ex iudicatione [a] satisfiat, si dominus litis soluendo non sit.

De procuratore, qui hæres existit domino litis.

XXXI. VLPIANVS libro nono ad Edictum

SI quis cum procuratorio nomine condemnatus esset, heres extiterit domino litis: iudicati actionem non rectè recusabit. hoc si ex asse. sin autem ex parte heres extiterit & totum soluerit, siquidem ei mandatũ est hoc quoque vt soluat, mandati actionem aduersus coheredes habebit. si non sit mandatum: negotiorum gestorum actio datur. quod est & si heres procurator non exstiterit & soluerit. Vnius litis pluriũ per- 1
sonarum, plures dari procuratores non est prohibitum. Iu- 2
lianus ait eum qui dedit diuersis temporibus procuratores duos: posteriorem dando priorem prohibuisse videri.

XXXII. PAVLVS libro octauo ad Edictum.

PLuribus procuratoribus in solidum simul datis occupantis melior conditio erit: vt posterior non sit in eo, quod prior petit, procurator.

De seruo & filiofamilias.

XXXIII. VLPIANVS libro nono ad Edictum

b in seruo vero.

SEruum quoque & filiumfamilias procuratorem posse habere aiunt. & quantum ad filiumfamilias verum est: in seruo [b] subsistimus. & negotia quidem peculiaria serui posse gerere aliquem & hoc casu procuratorem eius esse admittimus, quod & Labeoni videtur: actionem autem intendere vetamus. Eum verò qui de statu suo litigat procuratorẽ ha- 1
bere posse non dubitamus: non solùm in administratione rerum, sed etiam in actionibus, quæ ei vel aduersus eum competant: ex possessione [c] * siue * seruitutis, siue libertatis de suo statu litigat. Ex contrario quoque eum procuratorem dari posse manifestum est.

c siue ex possessione.

Defensio absentis.

Publicè vtile est absentes à quibuscunque defendi: nam & 2
in capitalibus iudicijs defensio [d] datur. Vbicunque itaque absens quis damnari potest, ibi quemuis verba pro eo facientem & innocentiam excusantem audiri æquum est. & ordinarium admittere: quod ex rescripto Imperatoris nostri apparet.

d vt procurator alleget caussas iustæ absentiæ: ne reus vt contumax damnetur: non enim ita potest interuenire vt absoluatur, vel condemnetur. l.pen.§.vult.infrà de pub.iud.

Pars

Pars alia edicti prætorij cum eius interpretatione.

2 Ait prætor, CVIVS NOMINE QVIS ACTIONEM DARI SIBI POSTVLABIT, IS EVM VIRI BONI ARBITRATV DEFENDAT: ET EI[a] QVO NOMINE AGET, ID RATVM HABERE EVM AD QVEM EA RES PERTINET, BONI VIRI ARBITRATV SATIS DET. Aequum prætori visum est eum qui alicuius nomine procurator[b] experitur, eundem[c] etiam defensionem suscipere. Si quis in rem suam procurator interueniat, adhuc erit dicendum debere eũ defendere: nisi fortè ex necessitate fuerit factus.

a & ex quo

b vt procurator.
c eiusdem

XXXIIII. GAIVS libro tertio ad EdictumProuinciale

SI quis in rem suam procuratorio nomine agit, veluti emptor hereditatis: an debeat inuicem venditorem defendere? & placet, si bona fide & non in fraudem eorum, qui inuicem agere vellent, gestum sit negotium: non oportere eum inuicem defendere.

XXXV. VLPIANVS libro nono ad Edictum

SEd & hæ personæ procuratorum debebunt defendere, quibus sine mandatu[d] agere licet: vtputa liberi licet sint in po-
1 testate. Item parentes, & fratres, & adfines, & liberti. Patronus[e] libertum‖&‖ per procuratorem vt ingratum accusare potest: & libertus per procuratorem respondere. Non solùm autem si actio postuletur à procuratore, sed[f] & præiudicium, vel interdictum: vel si stipulatione legatorum, vel damni infecti velit caueri: debebit absentem defendere in competenti tribunali & eadem prouincia. Ceterũ cogi eum etiam in prouincia[g] de Roma abire, vel econtrario: vel à prouincia in aliã prouinciam, & defendere: durum est.

d mandato

e Et patronus

f sed & si, *vel* sed etiamsi

g in prouinciam

Defendere quid.

2 Defendere autem est id facere quod dominus in litem faceret, & cauere idoneè. nec debebit durior conditio procuratoris fieri, quàm est domini: præterquam in satisdando. Præter satisdationem procurator ita defendere videtur, si iudicium accipiat. vnde quæsitum est apud Iulianum, an compellatur, an verò sufficiat ob rem non defensam stipulationẽ committi. & Iulianus scribit libro tertio Digestorum compellendum accipere iudicium: nisi &[h] agendum causa cognita recusauerit, vel ex iusta causa remotus fuerit. Defendere videtur procurator, & si in possessionem venire patiatur cum quis damni infecti satis, vel[i] legatorum desideret:

h ad agendum.

i satisdari. *vel* satisdationem.

XXXVI. PAVLVS libro octauo ad Edictum

VEl in operis noui nuntiatione. Sed & si seruum ex causa noxali patiatur duci, defendere videtur: ita tamen vt in his omnibus ratam rem dominum habiturum caueat.

XXXVII. VLPIANVS libro nono ad Edictum

OMnium autem actionum nomine debet defendere, etiã earum quæ in heredem non dantur. Vnde est quæsitum si aduersarius plures intendat actiones, & in singulas singuli existant defensores [a] suscipere parati [b]: videri eum rectè defendi Iulianus ait. quo iure nos vti Pomponius scribit.

a defensionem
b parati, an absens defendi videatur & videri eum, &c.

XXXVIII. IDEM libro quadragensimo ad Edictum

NOn tamen eousque procedendum erit, vt si decem ||milia|| petantur, & exstant [c] duo defensores parati in quina [d] defendere: audiantur.

c existant
d quinque

XXXVIIII. IDEM libro nono ad Edictum

NOn solum autem in actionibus & interdictis & in stipulationibus [e] debet dominum defendere: verùm in interrogationibus quoque: vt in iure interrogatus [f] ex omnibus causis respondeat, ex quibus dominus. an igitur heres sit absens respondere debebit: & si responderit vel tacuerit, tenebitur.

e postulationibus. *Rectior est Flor.*
f interrogatus, vt ex

De cautione ratihabitionis, & alijs cautionibus.

1 Qui alieno nomine agit quamcumque [g] actionem, id ratum habiturum eum, ad quem ea res pertinebit, cauere debet. Sed interdum licet suo nomine procurator experiatur, tamen de rato debebit cauere, vt Pomponius libro vicensimo quarto scribit, vtputa iusiurandũ procuratori rettulit, iurabit [h] absenti dari oportere: agit hoc iudicio suo nomine propter suum iusiurandũm: neque [i] enim hæc actio domino competere potuit. sed debebit de rato cauere. Sed & si procuratori constitutum est, & ex ea causa agat: dubitandum non est quin locus sit de rato cautioni: Idque Pomponius scribit.

g quacunque actione,
h iurauitque
i *Directa quidem actio domino non competit: vtili tamen rectè experietur. l. in causa. in fi. suprà.*

2 Quæritur apud Iulianum vtrum dominum solum ratam rem habere debet satisdare, an etiam ceteros creditores. & ait dumtaxat de domino cauendum. nec illis verbis, AD QVEM EA RES PERTINET, creditores contineri. nam nec ipsi domino hæc incũbebat cautio. 3 Si de dote agat pater cauere debet ratam rem filiam habiturã. sed & defendere eam debet, vt & Marcellus scribit. 4 Si pater filij nomine iniuriarum agat: cum duæ sint actiones vna patris altera filij: cessat de rato cautio. 5 Si status controuersiam cui faciat procurator: siue ex seruitute in libertatem aduersus eum quis litiget, siue ipse ex libertate in seruitutem petat: debet cauere ratam rem dominum habiturum. & ita edicto scriptum est, vt ex vtroque latere

6 tere quaſi actor habeatur. Eſt & caſus, quo quis eiuſdē actionis nomine & de rato caueat, & iudicatum ſolui. vtputa poſtulata eſt cognitio de in integrū reſtitutione, cum minor circumſcriptus in venditione diceretur: alterius[a] procurator exiſtit: debet cauere hic procurator ‖&‖ ratam rem dominum habiturum: ne fortè dominus reuerſus velit quid petere: itē iudicatum ſolui: vt ſi quid fortè propter hanc reſtitutionem in integrum præſtari adoleſcenti debeat, hoc præſtetur. * & * hæc ita Pomponius libro vicenſimoquinto ad edictum ſcribit.
7 Item ait ſi ſuſpectus tutor poſtuletur, defenſorem eius oportere etiam de rato cauere: ne reuerſus ille velit retractare quod actum eſt. Sed non facilè per procuratorem quis ſuſpectus accuſabitur[b]: quoniam famæ cauſa eſt: niſi conſtet ei à tutore mandatum nominatim: aut ſi etiam abſente tutore, quaſi non defenderetur, prætor erat cogniturus.

a qui alterius

b excuſabitur

XL. IDEM libro nono ad Edictum

POmponius ſcribit non omnes actiones per procuratorem poſſe quem inſtituere, denique vt liberi, qui in poteſtate abſentis dicuntur, ducantur, interdictum non poſſe deſiderare ait: niſi, vt Iulianus ait, cauſa cognita: id eſt ſi ‖&‖ nominatim ei mandatum ſit, & pater valetudine vel alia iuſta cauſa impediatur.
1 Si ſtipuletur procurator damni infecti, vel legatorum: debebit de rato cauere.

Qui alium defendit in actione reali, etiam de rato debet cauere.

2 Sed & is, qui quaſi defenſor in rem actione conuenitur, præter ſolitam ſatisdationem iudicatum ſolui etiam de rato[c] debet cauere. quid enim ſi in hoc iudicio rem meam eſſe pronuntietur: reuerſus[d] ille, cuius defenſor extiterat, velit fundum vindicare: nónne ratum non videbitur habere quod iudicatum eſt? denique ſi verus procurator extitiſſet, vel ipſe præſens cauſam ſuam egiſſet, & victus eſſet: ſi à me vindicaret, exceptione rei iudicatæ ſummoueretur. & ita Iulianus libro quinquagenſimo[e] digeſtorum ſcribit. nam cum iudicatur rem meam eſſe, ſimul iudicatur illius non eſſe.

c *Si tamen ei mandatum eſſe conſtet, non cauebit. l. ſi is à quo §. ſi procurator. infra. vt in poſſ. leg.*

d & reuerſus

e lib. 5

Cautio de rato.

3 Ratihabitionis autem ſatisdatio ante litis conteſtationē à procuratore exigitur. ceterū ſemel lite conteſtata non compelletur ad cautionē.
4 In his autem perſonis, in quibus mandatum non exigimus, dicendum eſt, ſi fortè euidens ſit contra voluntatem eos experiri eorum, pro quibus interueniunt,

debere eos repelli. Ergo non exigimus vt habeant voluntatem vel mandatum, sed ne contraria voluntas probetur: quãuis de rato offerant cautionem[a].

a actionem. *Rectior est Florent.*

XLI. PAVLVS libro nono ad Edictum

b Fœminis

FEminas[b] pro parentibus agere interdũ permittetur causa cognita: si fortè parentes morbus aut ætas impediat: nec quemquam, qui agat, habeant.

De popularibus actionibus.

XLII. IDEM libro octauo ad Edictum.

c *Hinc sumpta sunt l. 1. & 5. de popu. act. Dua.*

d tamen dicendum

e dari.

LIcet[c] in popularibus actionibus procurator dari non possit Tamen dictũ[d] est, meritò eũ qui de via publica agit & priuato damno ex prohibitione adficitur, quasi priuatæ actionis dare[e] posse procuratorem. multò magis dabit ad sepulchri violati actionem is, ad quem ea res pertinet.

Ad actionem iniuriarum ex lege Cornelia procurator dari potest: nam & si pro publica vtilitate exercetur, priuata tamen est. 1

De obligatione & actione mandati.

Ea obligatio, quæ inter dominum & procuratorem consistere solet, mandati actionem parit. aliquando tamen non contrahitur obligatio mandati: sicut euenit cum in rem suam procuratorem præstamus, eóque nomine iudicatum solui promittimus: nam si ex ea promissione aliquid præstiterim⁹, non mandati, sed ex vendito si hereditatem vendidimus, vel ex pristina causa mandati agere debem⁹: vt fit cum fideiussor reum procuratorem dedit. Is cui hereditas ex Trebelliano senatusconsulto restituta est, heredem iure dabit procuratorem. Sed & dominum pignoris creditor rectè dabit procuratorem ad Seruianam. 2 3

f procuratorem in constitutam.

Porro si vni ex reis credendi constitutum sit, ísque alium[f] in constitutam pecuniam det: non negabimus posse dare. Sed ex duobus reis promittendi alter alterum ad defendendũ procuratorem dabit. Si plures heredes sint, & familiæ herciscundæ, aut communi diuidundo agatur, pluribus eundẽ procuratorem non est permittendum dare: quoniam res expediri[g] non potest circa[h] adiudicationes, & condemnationes, planè permittendum dare, si vni coheredi plures heredes existant. Reo latitante post litem contestatam, ita demum fideiussores eum defendere videbuntur, si vel vnus ex his eum pro solido defendat, vel omnes: vel qui[i] ex his vnum[k] dederint, in quem iudicium transferetur. 4 5 6

g explicari

h citra. *rectior est Florent.*

i vel quidam

k vnum procuratorem dederint.

Quis possit procuratorem dare.

XLIII. IDEM libro nono ad Edictum

l prohibentur.

MVtus & surdus per eum modum, qui procedere potest, procuratorẽ dare non prohibetur.[l] forsitan & ipsi dantur

1 tur: non quidem ad agendum, sed ad administrandũ. Cum quæretur an aliQũi procuratorem habere liceat, inspiciendũ erit an non prohibeatur procuratorẽ dare: quia hoc edictum prohibitorium est.

2 In popularibus actionibus, vbi quis quasi vnus ex popu-
lo agit, defensionem [a] vt procurator præstare cogendus non
3 est. Is qui curatorem alicui præsenti petat, non aliter audie-
tur nisi adulto consentiente. quòd si absenti: ratam rem eum
4 habiturum necesse habet dare [b] Pœna non defendentis pro-
5 curatoris hæc est, vt denegetur ei actio. Si procurator agat,
& præsens sit absentis seruus: Atilicinus ait seruo cauendum,
6 non procuratori [c]. Qui [d] nõ cogitur defendere absentem,
tamen si iudicatum solui satisdedit defendendi absentis *gratia*: cogendũ [e] procuratorẽ iudicium accEpere, nè decipiatur is qui satis accepit. nam [f] eos, qui non coguntur rem [g] defendere, post satisdictionem cogi. Labeo causa cognitatem perandum: & si captio actoris sit propter temporis tractum, iudicium eum accipere cogendum. Quòd si aut adfinitas dirempta sit, aut inimicitiæ intercesserint, aut bona absentis posideri [h] cœperint,

XLIIII. VLPIANVS libro septimo Disputationum

VEl si longinquo sit afuturus, [i] vel alia iusta causa interuenerit.

XLV. PAVLVS libro nono ad Edictum

1 NOn cogendum. Sabinus [k] autem nullas prætoris partes esse ad compellendum defendere, sed ex stipulatu ob rem non defensam agi [l] posse, ac si iustas causas habeat cur iudicium accipere nolit, fideiussores [m] non teneri: quia vir bonus arbitraturus non fuerit, vt qui iustam excusationem adferret, defendere cogeretur. Sed & si satis non dedit, sed repromittenti ei creditum est: idem statuendum est. Qui
2 ita de publico agunt vt & priuatum commodum defendant, causa cognita permittuntur procuratorẽ dare. & postea alius agens exceptione repelletur.

Cautio de rato.

Si procuratori opus nouum nuntiatum sit, isque interdicto vtatur, NE EI VIS FIAT AEDIFICANTI: defensoris partes eum sustinere, nec compelli cauere ratam rem dominum habiturum Iulianus ait. Et si satisdederit: non animaduerto, inquit Iulianus, quo casu stipulatio committatur.

XLVI. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale.

QVi proprio nomine iudicium accepisset [n], si vellet [o] procuratorem dare, in quem actor transferat iudicium: au-
1 diri debet, solemnitérque pro [p] iudicatum solui satisdatione cauere.

a *Qui agit actione populari, non est populi procurator: & ideo non cogitur mutuo agenti quasi in populum respondere. l. Seruũ § ait prætor. suprà eod.*
b satisdare.
c *Cui sanè caueri potest. l. si procurator. sup eo. verum satius est, vt seruo caueatur: quia per hunc directa. l. stipulatio ista. de ver. obl. per illum verò vtilis tantum actio quæritur. l. in caussa, suprà eod.*
d Et qui non
e cogendus iudiciũ
f eos tamen. *vel*, nam & eos.
g reum
h posidere
i absuturus.
k Sabinus ait.
l agere
m nec fideiussores.
n accepit.
o velit.
p pro eo iudicatum

cauere. Ei qui defendit eum, cuius nomine ipſe nō agat, li- 1
berum eſt vel in vnam rem defendere. Qui alium defendit, 2
ſatisdare cogitur: nemo enim alienæ litis idoneus defenſor
ſine ſatisdatione intellegitur. Itē quæritur, ſi iudicium ac- 3
ceperat [a] defenſor, & actor in integrum reſtitutus ſit: an co-
gendus ſit reſtitutorium iudicium accipere. & magis placet
cogendum [b]. Procurator vt in ceteris ‖quoque‖ negotijs ge- 4
rendis, ita & in litibus [c] ‖ex‖ bona fide rationem reddere de-
bet. Itaque quod ex lite conſecutus erit ſiue principaliter
ipſius rei nomine, ſiue extrinſecus ob eam rem: debet manda-
ti iudicio reſtituere. vſque adeo, vt ‖&‖ ſi per errorem, aut in-
iuriam iudicis non debitum conſecutus fuerit: id quoque red-
dere debeat. Item contra, quod ob rem iudicatam procu-
rator ſoluerit, contrario mandati iudicio reciperare [d] debet.
pœnam autem, quam ex ſuo delicto præſtitit, reciperare non
debet. Litis impendia bona fide facta vel ab actoris procu- 5
ratore vel à rei, debere ei reſtitui æquitas ſuadet.

a acceperit
b cogendum procuratorem.
c litibus exercendis
d recuperare

De duobus procuratoribus.

Si duobus mandata [e] ſit adminiſtratio negotiorum, quo- 6
rum alter debitor ſit [f] mandatoris: an alter cum eo rectè a-
cturus ſit? & vtique rectè: non enim ob id minus procu-
rator intellegitur, quòd is quoque cum quo agitur procura-
tor ſit.

e mandata adminiſtratione eorum alter
f ſit

XLVII. IVLIANVS libro quarto ad Vrſeium Ferocem

QVi duos procuratores omnium rerum ſuarum relinquit, [g] niſi nominatim præcepit vt alter ab altero pecuniam petat, non videtur mandatum vtrilibet eorum dediſſe.

g reliquit,

XLVIII. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale

ITaque [h] ſi hoc ſpecialiter mandatum eſt: tunc excipiente eo
cum quo agitur, SI NON MIHI MANDATVM SIT VT 1
A DEBITORIBVS [i] PETEREM: actorem ita debere replicare, [k] AVT [l] SI MIHI MANDATVM [m] EST VT A TE PETEREM.

h *Eadem inſcriptio capitis 46. & huius oſtendit vtrumque eſſe coniungendū & addendum ex Iuliano. l. 47. vt alter mandatariorum ab altero petere poſſit, ei oportere ſpecialiter mandatum eſſe.*
i creditoribus
k placet,
l at ſi
m mandatum non ſit

XLVIIII. PAVLVS libro quinquageſimoquarto ad Edictum

IGnorantis domini condicio deterior per procuratorē fieri non debet.

L. GAIVS libro viceſimo ſecundo ad Edictum prouinciale

QVacunque ratione procurator tuus à me liberatus eſt, id tibi prodeſſe debet.

Idoneus defenſor quis.

LI. VLPIANVS libro ſexageſimo ad Edictum

Minor

MInor [a] vigintiquinque annis si defensor existat, ex [b] quibus causis in integrum restitui possit, defensor idoneus non est: quia & ipsi & fideiussoribus eius per in integrũ restitutionem succurritur. Quoniam [c] tamen defendere est eandem vicem quã reus subire: defensor mariti in amplius quàm maritus facere possit, non est condemnandus [d]. Is qui suscepit defensionem, & si locupletissimus est,

a *Ex ti. quibus ex cau. in poss. eat. Duar.*
b in quibus
c Quoniam autem
d condemnati

LII. PAVLVS libro quinquagensimoseptimo [e] ad Edictũ

ET [f] si consularis sit:

e *Ex ti. de reb. aut. iud. possess. Duar.*
f aut si

LIII. VLPIANVS libro sexagensimo ad Edictum

NOn videtur defendere, nisi satisdare fuerit paratus.

LIIII. PAVLVS libro quinquagensimo ad Edictum

NEque femina, neque miles, neque qui reipublicæ causa afuturus [g] est, aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut inuitus iudicium pati non potest, idoneus defensor intellegitur. Tutores qui [h] in aliquo loco administrauerunt, eodem loco & defendi debent.

g absfuturus
h quo in loco

LV. VLPIANVS libro sexagensimoquinto ad Edictum

PRocuratore in rem suam dato, præferendus non est dominus procuratoris [i] in litem mouendã vel pecuniã suscipiendã: qui enim suo nomine vtiles actiones habet, rite eas intẽdit.

i procuratori

LVI. IDEM libro sexagensimosexto ad Edictum

AD rem mobilem petendam datus procurator, ad exhibendum rectè aget.

LVII. IDEM libro septuagensimoquarto ad Edictum

QVi [k] procuratorem dat vt confestim agat, is intellegendus est permittere procuratori & postea litem peragere. Si quis remisit [l] exceptionem procuratoriam, non poterit ex pænitentia eam opponere.

k *Ex tractatu de excep. Duar.*
l omiserit

Quæ sit potestas procuratoris.

LVIII. PAVLVS libro septuagensimoprimo ad Edictum

PRocurator, cui generaliter libera administratio rerũ commissa est, potest exigere [m], aliud pro alio permutare.

m exigere, nouare, aliud

LVIIII. IDEM libro decimo ad Plautium

SEd & id quoque ei mandari videtur, vt soluat creditoribus.

LX. IDEM libro quarto Responsorum

MAndato [n] generali non contineri etiam transactionem decidendi causa interpositam. & ideo si postea is, qui mandauit, transactionem ratam non habuit: non posse eum repelli ab actionibus exercendis.

n *Ad actionem exercendam. l. transactionis. C. de transact. Nam procurator, cui rerum omnium administratio est mandata, transigere potest. l. præses. C. de transact. Eguin. Baro.*

LXI. IDEM libro primo ad Plautium

PLautius ait: procuratorem damnatum non debere conueniri, nisi [o] aut in rem suam datus esset, aut optulisset se, cum

o nisi si aut

ſe, cum ſciret cautum non eſſe, omnibus placuit. Idem erit obſeruandum & ſi defenſoris loco cum ſatiſdatione ſe liti optulerit.

LXII. POMPONIVS libro ſecundo ex Plautio.

AD legatum petendum procurator datus ſi interdicto vtatur aduerſus heredem DE TABVLIS EXHIBENDIS: procuratoria exceptio, quaſi non & hoc eſſet ei mandatum, non obſtat.

De poteſtate procuratoris.

LXIII. MODESTINVS libro ſexto Differentiarum.

PRocurator totorum bonorũ, cui res adminiſtrandæ mandatæ [a] ſunt, res domini neque mobiles, vel [b] immobiles, neque [c] ſeruus ſine ſpeciali domini mandatu alienare poteſt: niſi fructus aut alias res, quæ facilè corrumpi poſſunt.

a commiſſæ.
b nec immobiles.
c vel ſeruos neque ſeruos.

LXIIII. IDEM libro tertio Regularum.

IS, cuius nomine defenſor exſtitit, ſi ante litem conteſtatam in præſentia fuerit, & poſtulet ſuo nomine litem ſuſcipere: cauſa cognita audiendus eſt.

Caſus, in quo non exigitur cautio de rato.

LXV. IDEM libro ſingulari de Eurematicis.

SI procuratorem abſentem dominus ſatiſdatione releuare velit, litteras ſuas ad aduerſarium derigere debebit, quibus ſignificet quem aduerſus eum procuratorem, & in qua cauſa fecerit: ratúmque ſe habiturum quod cum eo actum ſit. hoc enim caſu literis eius adprobatis velut præſentis procuratorem interuenire intelligendum eſt. Itaque & ſi poſtea mutata voluntate procuratorem [d] eſſe noluerit: tamen iudicium, quo quaſi procurator expertus eſt, ratum eſſe debet.

LXVI. PAPINIANVS libro nono Quæſtionum.

SI is qui Stichum vel Daman, vtrum eorum ipſe vellet, ſtipulatus eſt: ‖ & ‖ ratum habeat quòd alterum procuratorio nomine Titius petit: facit vt res in iudicium deducta videatur, & ſtipulationem conſumit. [e]

Caſus, in quo tenetur procurator nomine ſuo.

LXVII. IDEM libro ſecundo Reſponſorum.

PRocurator, qui pro euictione prædiorum, quæ vendidit, fidem ſuam adſtrinxit, & ſi negoti Agere [f] deſierit, obligationis tamen onere prætoris auxilio non leuabitur: nam procurator, qui pro domino vinculũ obligationis ſuſcepit, onus eius fruſtrà recuſat. [g]

d eum eſſe.
e consumat.
f gerere.
g *Finita negotiorum adminiſtratione, non ſoluitur obligatio procuratoris. Sed ſi quid eius nomine ſoluerit, contraria actione mãdati recuperabit. l. ſeruum. mand. tutoris vero obligatio, finito officio, ſoluitur: quoniã finita tutela ſi quid poſtea ſoluerit, experiri non poßit. l. vlt. ſi quis cautio, & l. tutor. quando ex fact. tuto. Nouella 72. vetitum eſt, ne creditores pupilli ad tutelam accedant: nec enim conſequens eſt teſtamentarios tutores nouella non contineri, quod hi ſatiſdare non teneantur. de ſatiſda. tutor. vel cur. in princ. Inſtit.*

Caſus, in quo quæritur actio domino per procuratorem.

LXVIII. IDEM libro tertio Reſponſorum.

QVod procurator ex re domini, mandato non refragante ſtipulatur, inuito procuratore domin⁹ petere poteſt.

LXVIII.

LXVIIII. PAVLVS libro tertio Responsorum

PAulus respondit etiam eum, qui ad litem suscipiendã procuratorem dedit, causæ suæ adesse non prohiberi.

Casus in quo procurator in rem suam cogitur defendere.

LXX. SCAEVOLA libro primo Responsorum

PAter filio suo pupillo tutorem dedit Sempronium creditorem suum, is administrata tutela reliquit fratrem suum heredem: qui & ipse decessit, & per fidei commissum nomen debitoris Titio reliquit: eique mandatæ sunt actiones ab heredibus. quæro cum tam tutelæ actio, quàm pecuniæ creditæ ex hereditate Sempronij descendant, an non aliter mandata [a] actio ei detur, quã si defendat heredes, à quib9 ei actiones mandatæ sunt. respondi *debere* defendere. a mandati.

LXXI. PAVLVS libro primo Sententiarum.

ABsens reus causas absentiæ (per) procuratorem reddere potest.

An per procuratorem acquiratur domino.

LXXII. IDEM libro primo Manualium.

PEr procuratorem non semper adquirimus actiones sed retinemus: veluti si reum conueniat intra legitimum tempus: vel si prohibeat opus nouum fieri, vt interdictum nobis vtile sit QVOD VI AVT CLAM: nam & hic pristinum ius nobis conseruet.[b] b conseruat.

Oblatio pecuniæ debitæ quam vim habeat.

LXXIII. IDEM libro singulari de officio adsessorum.

SI reus paratus sit ante litem contestatã pecuniam soluere, procuratore agente quid fieri oportet? nam iniquum est cogi eum iudicium accipere, propter[c] quod suspectus videri c propterea quod.
potest qui præsente domino non optulit pecuniam. quid[d] si d quid enim si.
tunc facultatem pecuniæ non habuit? numquid cogi debeat iudicium accipere? quid ‖ enim ‖ si & famosa sit actio? Sed hoc constat, vt ante litem contestatam præses iubeat in æde sacra pecuniã deponi: hoc enim fit & in pupillaribus pecunijs. quòd si lis contestata est: hoc omne officio iudicis dirimendum est.

LXXIIII. VLPIANVS libro quarto opinionum

NEc ciuitatis actor negotium publicum per procuratorem agere potest.

Cautio de rato.

LXXV. IVLIANVS libro tertio digestorum.

QVi absentem emptorem eundémque possessorem fundi defendebat, & iudicium nomine eius accipiebat, postulabat à venditore fundi vt ab eo defenderetur: venditor desiderabat caueri sibi ratam rem emptorem habiturum: puto

eum

cum venditori de rato ſatiſdare debere: quia ſi fundum agenti reſtituerit, nihil prohibet dominum rem petere, [a] & cogi venditorem rurſus defendere.

a repetere

De ſatiſdatione iudicatum ſolui.

LXXVI. IDEM libro quinto ad Minicium

TItius cũ abſentẽ defenderet, ſatisdedit: & prius quàm iudicium acciperet deſiit reus ſoluendo eſſe: quã ob cauſam defenſor recuſabat iudicium in ſe reddi oportere. quæro an id ei concedi oporteat, Iulianus reſpondit, defenſor cum ſatisdedit, domini loco habendus eſt. nec multum ei præſtaturus [b] eſt prætor, ſi eum non coẽgerit iudicium accipere: cum ad fideiuſſores eius [c] iri poſsit: & hi quidquid præſtiterint, à defenſore conſecuturi ſint.

b præſtiturus
c eius actor ire

Defenſio.

LXXVII. PAVLVS libro quinquagenſimo *ſeptimo* ad Edictum.

OMnis qui defenditur, boni viri arbitratu defendendus eſt.

LXXVIII. AFRICANVS libro ſexto Quæſtionum

ET ideo non poteſt videri boni arbitratu litem defendere is qui actorem fruſtrando efficiat ne ad exitum controuerſia deducatur. Ad duas res petendas procurator datus ſi vnã rem petat, exceptione non excluditur: & rem in iudicium deducit. [d]

d *Qui enim ad duas datus eſt, & ad vnam datus eſt, eamque petens nihil facit, quod ſibi non ſit mandatum*

QVOD CVIVSCVNQVE [e] VNIVERSITATIS NOMINE VEL CONTRA EAM AGATVR [f]

e cuiuſque
f agetur.

TIT. IIII.

De collegiis.

GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale

NEQVE ſocietas, [g] neque collegium, neque huiuſmodi corpus paſsim omnibus habere conceditur: nam & legibus & ſenatusconſultis & principalibus conſtitutionibus ea res coërcetur. Paucis admodum in cauſis conceſſa ſunt huiuſmodi corpora: vt ecce vectigalium publicorum ſocijs permiſſum eſt corpus habere: vel aurifodinarum, vel argentifodinarum, & [h] ſalinarum. Item collegia Romæ certa ſunt, quorum corpus ſenatuſconſultis atque conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt: veluti piſtorum, & quorundam aliorum, & nauiculariorum, qui ‖ & ‖ in prouincijs ſunt. Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegij ſocietatis, [i] ſiue cuiuſque [k] alterius eorum nomine proprium eſt, ad exemplũ reipublicæ habere res communes, arcam communẽ, & actorẽ ſiue ſyndicum: per quẽ tanquam in 1
republica

g ſocietatem
h vel ſalinarum
i ſiue ſocietatis
k cuiuſcunque

republica[a] quod communiter agi fieriq; oporteat, agatur fiat. Quòd si nemo eos defendat: quod eorum commune erit possideri: & si admoniti [b] non excitentur ad sui defensionem, venire se iussurum proconsul ait. Et quidem non esse actorem vel syndicum tunc quoque intellegimus, cũ is absit, aut valetudine impedietur, aut inhabilis sit ad agendum. Et si extraneus defendere velit vniuersitatem, permittit proconsul, sicut in priuatorũ [c] defensionibus obseruatur: quia eo modo melior condicio vniuersitatis fit.

a rempub.
b moniti
c priuatorũ quoque

De actore vniuersitatis.

II. VLPIANVS libro octauo ad Edictum

SI municipes vel aliqua vniuersitas ad agendum det actorẽ, non erit dicendum [d] quasi à pluribus datum sic haberi, hic enim pro republica vel vniuersitate interuenit, non pro singulis.

d hic dicendum

III. IDEM libro nono ad Edictum

NVlli permittetur nomine ciuitatis vel curiæ experiri, nisi ei cui [e] lex permittit aut lege cessante ordo dedit, cũ duæ partes adessent aut amplius quàm duæ.

e cui ex lege permittitur

IIII. PAVLVS libro nono ad Edictum

PLane [f] vt duæ partes decurionum adfuerint, is quoque, quẽ decernent, numerari [g] potest.

f vt planè vbi
g annumerari

V. VLPIANVS libro octauo ad Edictum

ILlud notandum Pomponius ait, quòd & patris suffragiũ [h] filio proderit, & filij patri.

h *Quod non in tabella solum ex scripto ferebatur. (vt credidit Accur.) sed etiã voce, quod erat innocentius, ac magnificentius. Bud. in poster. annota.*

VI. PAVLVS libro nono ad Edictum

ITem eorum, qui in eiusdem [i] potestate sunt. quasi decurio enim hoc dedit, non quasi domestica persona. Quod *&* in honorum petitione erit seruandum: nisi lex municipij vel
1 perpetua consuetudo prohibeat. Si decuriones decreuerunt actionem per eum mouendam, quem duumuiri elegerint: is videtur ab ordine electus, & ‖ideo‖ experiri potest. parui enim refert ipse ordo elegerit, an is cui ordo negotium dedit. Sed si ita decreuerint, vt quæcunque incidisset controuersia, eius petendæ negotium Titius haberet: ipso iure id decretum nullius momenti esse: [k] quia non possit videri de ea re, quæ adhuc in controuersia non sit, decreto datam persecutionem. Sed hodie hæc omnia per syndicos solent secundũ lo-
2 corum consuetudinem explicari. Quid [l] si actor datus, postea decreto decurionum prohibitus sit? an exceptio ei noceat? & puto si hoc accipiendum, vt ei permissa videatur, cui [m] & permissa durat [n].

i in eiusdem patris
k esse videtur
l Quod si
m quæ &
n durant

Actor vniuersitatis debet defendere, & de rato cauere, si dubitatur de mandato.

Actor vniuersitatis si agat, compellitur etiam defendere: non autem compellitur cauere de rato. Sed interdum si de decreto dubitetur, puto interponendam & de rato cautionem. Actor itaque iste procuratoris partibus fungitur: & iudicati actio ei ex edicto non datur, nisi in rem suā datus sit: & constitui ei potest. Ex isdem causis mutandi actoris potestas erit, ex quibus etiam procuratoris. Actor etiam filiusfamilias dari potest. 3

Vniuersitas agit, & contra eam agitur.

VII. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

SIcut municipum nomine actionem prætor dedit, ita & aduersos eos iustissimè edicendū putauit. Sed & legato qui in negotium [a] publicum sumptum fecit puto dandam actionem in municipes. Si quid vniuersitati debetur, singulis non debetur, nec quod debet vniuersitas, singuli debent. In decurionibus vel alijs vniuersitatibus nihil refert vtrum omnes idem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati sint. Sed si vniuersitas ad vnum redit, [b] magis admittitur posse eū conuenire & conueniri: cum ius omnium in vnum reciderit, & stet [c] nomen vniuersitatis.

a in negotio publico.

1

2

b recidit.

c exstet.

VIII. IAVOLENVS libro quintodecimo ex Cassio

AN] ciuitates si per eos qui res earum administrant non defenduntur: nec quicquam est corporale reipublicæ quod possidetur: per actiones debitorum ciuitatis, agentibus satisfieri oportet. [d]

d *Sic in executione iudicati mobilia primum, deinde res soli, tum nomina debitorū pignori capiuntur. l. à diuo Pio. infr. de re iudic.*

VIIII. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

SI tibi cum municipibus hereditas communis erit: familiæ herciscundæ iudicium inter vos redditur. Idémque dicendum est in [e] finium regundorum, & aquæ pluuiæ arcendæ iudicio.

e & in finium

X. PAVLVS libro primo Manualium.

COnstitui potest actor etiam [f] ad operis noui nuntiationē, & ad stipulationes interponendas: veluti legatorum, damni infecti, iudicatum solui: quamuis seruo potius ciuitatis caueri debeat. sed & si actori cautum fuerit, vtilis actio administratori rerum ciuitatis dabitur.

f &

DE NEGOTIIS GESTIS

TIT. V.

Interpretatio edicti.

VLPIANVS libro decimo ad Edictum

HOC edictum necessarium est: quoniam magna vtilitas absentium versatur, ne indefensi rerum possessionem aut venditionē patiantur, vel pignoris distractionem, vel pœnæ committendæ actionem, vel iniuria rem suā amittant.

De actione

De actione negotiorum gestorum.

II. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale

SI quis absentis negotia gesserit licet ignorantis: tamen quidquid vtiliter in rem eius impenderit, vel etiã ipse[a] se in † re absentis alicui obligauerit: habeat eo nomine actionem. Itaque eo casu vltro citróque nascitur actio, quæ appellatur negotiorum gestorum. Et sanè sicut æquum est ipsum actus sui rationem reddere: & eo nomine condemnari quidquid vel non vt oportuit gessit, vel ex his negotiis retinet ita ex diuerso iustum est si vtiliter gessit præstari ei quidquid eo nomine vel abest ei, vel afuturum[b] est.

a si se
† rem
b absuturum

Edictum, & eius interpretatio.

III. VLPIANVS libro decimo ad Edictum

AIt prætor. SI QVIS NEGOTIA ALTERIVS, SIVE QVIS NEGOTIA, QVAE CVIVS QVE[c] CVM IS MORITVR FVERINT, GESSERIT: IVDICIVM EO NOMINE DABO. Hæc verba SI QVIS, sic sunt accipienda, SIVE QVAE: nam & mulieres negotiorum gestorum agere posse & conueniri non dubitatur: NEGOTIA sic accipe: siue vnum siue plura. ALTERIVS inquit. & hoc ad vtrumque sexum

c cuius

1 refertur. Pupillu Sanè si negotia gesserit, post rescriptum Diui Pij ||etiam|| conueniri potest in id quod factus est locupletior. agendo autem compensationem eius quod gessit patitur. Et si furiosi negotia gesserim: competit mihi aduersus eum negotiorum gestorum actio. Curatori autem furiosi vel furiosæ aduersus eum eámue dandam[d] actio-

2 nem Labeo ait. Hæc verba, SIVE QVIS NEGOTIA, QVAE CVIVSQVE CVM IS MORITVR[e] FVERINT, GESSERIT: significant illud tempus, quo quis post mortem alicuius negotia gessit. de quo fuit necessarium edicere: quoniam neque testatoris iam defuncti neque heredis qui nondum adiit[f] negotium gessisse videtur. Sed si quid accessit post mortem, vt puta partus, & fetus, & fructus, vel si quid serui adquisierint: & si {ex} his verbis non continentur,[g] pro adiecto tamen debent[h] accipi. Hæc autem actio cum ex negotio gesto oriatur,

d dandam negotiorum gestorum actionem
e moreretur
f adiit hæreditatem
g continetur
h debet

3 & heredi & in heredem competit. * Si exsecutor à prætore in negotio[i] meo datus dolum mihi fecerit, dabitur mihi aduersus eum actio. * Interdum in negotiorum gestorum actione Labeo scribit dolum solummodo versari: nam si affectione coactus ne bona mea distrahantur negotiis te meis optuleris: æquissimum esse dolum dumtaxat te præstare. quæ sententia habet æquitatem. Hac actione te-

i negotio gerendo

4 netur non solùm is qui sponte & nulla necessitate cogente

immiſcuit ſe negotijs alienis & ea geſsit: verum & is qui aliqua neceſsitate vrguente vel neceſsitatis ſuſpicione geſsit.

Mandatum verum Titij, vel putatiuum domini non impedit actionem negotiorum geſtorum contra dominum oriri.

Apud Marcellum libro ſecundo digeſtorum quæritur, ſi cum propoſuiſſem negotia Titij gerere, tu mihi mandaueris vt geram: an vtraque actione vti poſsim. & ego puto vtramque locum habere: quemadmodum ipſe Marcellus ſcribit ſi fideiuſſorem accipero negotia geſturus: nam & hic dicit aduerſus vtrumque eſſe actionem. 5

IIII. IDEM libro quadrageſimo quinto ad Sabinum

SEd videamus an fideiuſſor hic habere aliquam actionem poſsit. & verum eſt negotiorum geſtorum eum agere poſſe, niſi donandi animo fideiuſsit.

Falſa opinio.

V. IDEM libro decimo ad Edictum

ITem ſi cum putaui [a] à te mihi mandatum, negotia [b] geſsi: & hîc naſcitur negotiorum geſtorum actio, ceſſante mandati actione. Idem eſt etiam ſi pro te fideiuſſero dum puto mihi à te mandatum eſſe. Sed & ſi ‖cum‖ putaui Titij negotia eſſe cum eſſent Sempronij, ea geſsi: ſolus Sempronius mihi actione negotiorum geſtorum tenetur.

VI. [c] IVLIANVS libro tertio Digeſtorum ſcribit

SI pupilli tui negotia geſſero non mandatu tuo, ſed ne tutelæ iudicio tenearis: negotiorum geſtorum te habebo obligatum. ſed & pupillum: modo ſi locupletior fuerit factus.

Datum procuratori.

Item ſi procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui cõtemplatione vt creditorem tuum vel pignus tuum liberet: ad uerſus te negotiorum geſtorum habebo actionem aduerſus eum cum quo contraxi nullam. Quid tamen ſi à procuratore tuo ſtipulatus ſum? poteſt dici ſupereſſe mihi aduerſus te negotiorum geſtorum actionem: quia ex abundanti hanc ſtipulationem interpoſui. 1 Si quis pecuniam vel aliam quandam rem ad me perferendam acceperit: quia meum negotium geſsit, negotiorum geſtorum mihi actio aduerſus eum competit. 2

Gerens ſui lucri cauſſa.

Sed [d] & ſi quis negotia mea geſsit non mei contemplatione ſed ſui lucri cauſa: Labeo ſcripſit ſuum eum potius quàm meum negotiũ geſsiſſe: qui enim deprædãdi cauſa accedit, ſuo lucro nõ meo cõmodo ſtudet. ſed nihilo minus immo magis & is tenebitur negotiorum geſtorũ actione. Ipſe [e] tamen ſi circa res meas aliquid impenderit: non [f] in id quod ei abeſt,

a *Quia tam re quàm voluntate geritur negotiũ, error non omnino infirmat, quod geritur vtiliter, tit. de legat. §. ſi rem. inſtit. cũ alioqui, quod ex ſolo animo pendeat, falſa opinione vitietur. l. is qui. de acqu. hæred.*
b tua negotia
c vt Iulianus lib. iij *Ex notis hic error natus eſt: nam pro VI. facile fuit ſcribere vt.*

d ſed ſi
e *Hic non occupauit animo donãtis: nec vi poſſeſsionẽ ad ſe transferret. Sed poſſedit gerẽs negotium eius, cuius res eſt. Itaque nihil mirum eſt, ſi conſequitur quod impẽdit: nec ſimilis eſt malæ fidei poſſeſſori, qui pro domino ſe gerit: & rem alienam animo donãtis occupat. l. 7. §. ex diuerſo. de acqu. rer. domini.*
f non etiam in id

abest, quia improbe a T[a] negotia mea accessit, sed in quod[b] ego locupletior factus sum habet contra me actionem. a ad b in quo ego

Negotium alterius quid sit.

3 Si[c] quis ita simpliciter versatus est, vt suum negotium in suis bonis quasi meum gesserit: nulla ex vtroque latere nascitur actio: quia nec fides bona hoc patiatur. Quòd si & suũ & meum quasi meum gesserit: in meum tenebitur. nam & si cui mandauero vt meum negotium gerat, quod mihi tecũ erat commune: dicendũ esse Labeo ait si & tuum gessit sciẽs, c Sed si quis

4 negotiorum gestorum eum tibi teneri. Si quis quasi seruus meus negotium meum gesserit, cum esset vel libertus vel ingenuus: dabitur negotiorum gestorum actio.

Gerens negotia filij, vel serui.

5 Sed si ego tui filij negotia gessero vel serui: videamus an tecum negotiorum gestorum habeam actionem. & mihi videtur verum quod Labeo distinguit, & Pomponius libro vicensimo sexto probat: vt siquidem contemplatione tui negotia gessi peculiaria, tu mihi tenearis. quod si amicitia filij tui vel serui, vel eorum contemplatione: aduersus patrem vel dominum de peculio dumtaxat dandam actionem. Idémq; est & si sui iuris esse eos putaui. Nam & si seruum non necessarium emero filio tuo & tu ratum habueris: nihil agitur[d] d nihil agi ratihabitione. Eodem loco Pomponius scribit hoc adiecto: quòd putat & si nihil sit in peculio, quoniam plus patri dominóue debetur, & in patrem dandam actionem in quantum locupletior ex mea administratione factus sit.

Falsa opinio.

6 Sed si hominis liberi qui tibi bona fide seruiebat negotia gessero: siquidem putans tuum esse seruum gessi: Pomponius scribit earum rerum ||peculiarium|| causa quæ te sequi debent, tecum mihi fore negotiorum gestorum actionem: earum verò rerum quæ ipsum sequuntur, [e] non tecum sed cum e sequi debent ipso. Sed si liberum sciBi: earum quidem rerum quæ eum sequuntur, habebo aduersus eum actionem: earum verò quæ

7 te sequuntur, aduersus te. Si Titij seruum putans qui erat Sempronij, dedero pecuniam ne occideretur: vt Pomponius ait habebo negotiorum gestorum aduersus Sempronium

8 actionem. Item quæritur apud Pediũ libro septimo: si Titium quasi debitorẽ tuum extra iudicium admonuero, & is mihi soluerit cum debitor[f] non esset: túque postea cognoueris & ratum habueris: an negotiorum gestorum actione me poßis conuenire. Et*ait* dubitari posse: quia nullum negotium tuum gestum est cum debitor tuus non fuerit. sed ratihabitio, inquit, fecit tuum negotium. & sicut ei à quo exactũ est, aduersus eum datur repetitio qui ratũ habuit: ita & f debitor tuus

ipsi debebit post ratihabitionem aduersus me competere actio. sic ratihabitio constituet tuum negotium quod ab initio tuum non erat, sed tua[a] contemplatione gestum. Idem[b] 9
ait si Titij debitorem, cui te heredem putabam cum esset Seius heres, conuenero similiter & exegero: mox tu ratum habueris: esse mihi aduersus te, & tibi mutuam negotiorum gestorum actionem. ADquin alienum negotiũ gestum est: sed ratihabitio hoc conciliat. quæ res efficit vt tuum negotium gestum videatur, & à te hereditas peti possit. Quid ergo, inquit Pedius, si cùm te heredem putarem insulam fulsero hereditariam, túque ratum habueris: an sit mihi aduersus te actio? Sed non fore ait: cum hoc facto meo alter sit locupletatus, & alterius re ipsa gestum negotium sit: nec possit quod alij adquisitum est ipso gestu, hoc tuum negotiũ videri.

a tui
b Item

Gestoris negligentia.

Videamus in persona eius qui negotia administrat, si 10
quædam gessit, quædam non: contemplatione tamen eius alius adhec[c] nõ accessit, & si vir diligens, quod ab eo exigimus, etiam ea gesturus fuit: an dici debeat negotiorum gestorum eum teneri & propterea quæ non gessit. quod puto verius. Certè si quid à se exigere debuit, procul dubio hoc ei imputabitur. quamquam enim hoc ei imputari non possit cur alios debitores non conuenerit: quoniam conueniendi eos iudicio facultatem non habuit qui nullam actionem intendere potuit: tamen à semetipso cur non exegerit, ei imputabitur. & si fortè non fuerit vsurarium debitum, incipit[d] esse vsurarium: vt Diuus Pius Flauio Longino rescripsit: nisi fortè, inquit, vsuras ei remiserat.

c ad hoc
d incipiet

VII. PAVLVS libro nono ad Edictum

QVia tantundem in bonæ fidei iudiciis officium iudicis valet, quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio.

VIII. VLPIANVS libro decimo ad Edictum

SI autem is fuit qui negotia administrauit, à quo mandatum non exigebatur: posse ei imputari cur oblata de rato cautione eum non conuenit: si modo facile ei fuerit satisdare. certè in sua persona indubitatum[e] est. & ideo si ex causa fuit obligatus quæ certo tempore finiebatur, & tempore liberatus est: nihilo minus negotiorum gestorum actione erit obligatus. Idem erit dicendum & in ea causa, ex qua heres non
† tenetur, vt Marcellus scribit. Item si fundum tuum vel 1
ciuitatis per obreptionem petiero negotium tuum vel ciuitatis gerens, & ampliores quàm oportuit fructus fuero consecutus: debebo hoc ipsũ tibi vel reipublicæ præstare, licet petere non potuerim.

e non dubitatum
† teneretur

Excep-

Exceptio rei iudicatæ.

2 Si quocunque modo ratio cõpensationis habita non est à iudice: potest contrario iudicio agi. Quòd si post examinationem reprobatæ fuerint pensationes:[a] verius est quasi re iudicata, amplius agi contrario iudicio non posse, quia exceptio rei iudicatæ opponenda est.

a compensationes

Prohibitus gerere.

3 Iulianus libro tertio tractat, si ex duobus sociis alter me prohibuerit administrare, alter non: an aduersus eum qui non prohibuit, habeam negotiorum gestorum actionem. mouetur eo quòd si data fuerit aduersus eum actio, necesse erit & eum pertingi[b] qui vetuit. Sed & illud esse iniquum, eum qui non prohibuit, alieno facto liberari: cum si[c] mutuam pecuniam alteri ex sociis prohibente socio dedissem, vtique eum obligarem. & puto secundum Iulianum debere dici superesse contra eum qui non prohibuit, negotiorũ gestorum actionem: ita tamen vt is qui prohibuit, ex nulla parte neque per socium neque per[d] ipsum aliquid damni sentiat.

b perstringi
c cum & si
d per se ipsum

Ratum habens, quod gestum est.

VIIII. SCAEVOLA libro primo Quæstionum

Pomponius scribit si negotium à te quamuis male gestum probauero: negotiorum tamen gestorum te mihi non teneri. Videndum[e] ergo ne in dubio hoc an ratũ habeam, actio negotiorum gestorum pendeat: nã quomodo cum semel cœperit nuda voluntate tolletur? sed superius[f] ita verũ se putare si dolus malus à te absit. Scæuola: immo puto & si cõprobem, ad huc negotiorum gestorum actionẽ esse. sed eo dictum[g] te mihi non teneri, quòd reprobare non possim semel probatum: & quemadmodum quod vtiliter gestum est necesse est apud iudicem[h] pro rato haberi: ita omne quod ab ipso probatum est. Ceterum[i] si vbi probaui non est negotiorum[k] actio: quid fiet si à debitore meo exegerit & probauerim, quemadmodũ recipiam? Itẽ si vendiderit? ipse denique si quid impẽdit, quemadmodũ recipiet? nã vtiq, mandatũ nõ est. erit igitur & post[l] ratihabitionẽ negotiorũ gestorũ actio.

e *Quasi dicat Scæuola refellens Pomponium: tãtisper dũ dubium est, an ratum habeam necne gestũ negotium, actio negotiorum gestorum non pẽdet sed iam nata est. Ea enim nascitur, simulatque negotia gesta sunt. Quod si iã nata sit, non potest nuda voluntate ratum habentis tolli. Iniquũ enim est id tolli solo cõsensu, quod re contractũ est. l. nihil tam naturale. in fr. de reg. iuris.*
f *Pomponij verba.*
g eo dicto *Pomponij verba.*
h *Hoc transfertur in superiora verba ita, quod vtiliter gestum est apud iudicẽ.*
i *Scæuola ostẽdit falsũ esse post ratihabitionem negotiorum gestorum actionem non competere, & incommoda quæ ex eo consequerentur.*
k negotiorũ gestorum actio.
l *Post ratihabitionẽ negotiorum gestorum actionem competere Scæuola probat, reiecta sententia Pomponij.*

Contraria actio negotiorum gestorum.

X. VLPIANVS libro decimo ad Edictum

Sed an vltro mihi tribuitur actio sumptuum quos feci? & puto competere: nisi specialiter id actum est vt neuter aduersus alterum habeat actionem. Is autem qui negotiorum gestorum agit, non solùm si effectum habuit negotium quod gesit, actione ista vtetur: sed sufficit si vtiliter[m] gesit &[n] si effectum non habuit negotium. & ideo si insulam fulsit vel seruũ ægrum curauit: etiã si insula exusta est vel seruus obIt, aget negotiorum gestorum:[o] idque & Labeo probat.

m si vtiliter cœpit.
n etiam si
o gestorũ actione.

Sed vt Celsus refert, Proculus apud eum notat nõ semper debere dari. quid enim si eam insulam fulsit quã dominus quasi impar sumptui dereliquerit vel quam sibi necessariam non putauit? oneraBit, inquit, dominum secundum Labeonis sententiam, cum vnicuique liceat & damni infecti nomine rem derelinquere. Sed istam sententiam Celsus eleganter deridet: is enim negotiorum gestorum, inquit, habet actionem, qui vtiliter negotia gessit: non autem vtiliter negotia gerit qui rẽ non necessariam vel quæ oneratura est patremfamilias, adgreditur. iuxta hoc est & quod Iulianus scribit: eum qui insulã fulsit vel seruum ægrotum[a] curauit, habere negotiorum gestorum actionem si vtiliter hoc faceret, licet euentus non sit secutus. Ego quæro quid si putauit se vtiliter facere, sed patri familias non expediebat? dico hunc non habiturũ negotiorũ gestorum actionem: vt enim euentum non spectamus, debet vtiliter esse cœptum.

De culpa, dolo, & casu.

XI. POMPONIVS libro vicensimo primo ad Quintum Mucium

SI negotia absentis &[b] ignorantis geras: & culpam[c] & dolum præstare debes. sed Proculus, interdum[d] etiam casum præstare[e] debere: veluti si nouum negotium quod non sit solitus absens facere, tu nomine eius geras: veluti venales nouicios coëmendo[f] vel aliquam negotiationem ineundo. nam si quid damnũ ex ea re secutũ fuerit, te sequetur: lucrum verò absentẽ. quòd si in quibusdã lucrum factũ fuerit, in quibusdã damnũ: absens pensare[g] lucrum cum damno debet.

Cui detur hæc actio.

XII. VLPIANVS libro decimo ad Edictum

SVccessori eius cuius fuerunt negotia qui[h] apud hostes decessit, hæc actio danda erit. Sed si filiifamilias militis defuncti testamento facto[i] gessi: similiter erit danda actio. Sicut autem in negotiis viuorum gestis sufficit vtiliter negotium gestum:[k] ita & in bonis mortuorũ, licet diuersus exitus sit.[l]

De casu & culpa.

XIII. PAVLVS libro nono ad Edictum

DEbitor meus qui mihi quinquaginta debebat, decessit: huius hereditatis curationẽ suscepi, & impendi decem. deinde[m] redacta ex vẽditione rei hereditariæ centũ in arca reposui. hæc sine culpa mea perierũt. quæsitũ est an ab herede, qui quandoque extitisset: vel creditam[n] pecuniã quinquaginta petere possim, vel[o] decẽ quæ impẽdi. Iulianus scribit in eo verti quæstionẽ, vt animaduertamus an iustã causam habuerim seponendorũ centum: nam si debuerim & mihi & ceteris hereditariis creditoribus soluere: periculũ nõ solũm sexaginta sed & reli-

a ægrum

b etiam ignorãtis

c *Nec nos moueat, quòd sol. vtilitas domini in negotiis gerẽdis versatur, vt in deposito l. 5. §. nunc videndum inf. commod. nam præsens eligere potuit, apud quem deponeret. Itaque merito solus dolus præstatur: & ei imputatur qui hominẽ negligẽtem elegit. Absens vero nõ potuit eligere negotiorũ gestorẽ qui etiã culpa nõ caret quod rei ad se non pertinenti immiscuerit. l culpa. infra. de regu. iur.*

d interdum ait

e præstari

f emendo

g compensare

h si apud

i facto negotia gessit.

k negotium cœptũ:

l exitus sit secutus.

m demum

n credita quinquaginta

o & decem

& reliquorum quadraginta { milium } me præſtaturum: decem tamen quæ inpenderim retenturum, ||id eſt ſola nonaginta reſtituẽda. ||Si verò iuſta cauſa fuerit, propter quam integra centum cuſtodirentur: veluti ſi periculum erat ne prædia in publicum committerentur, ne pœna traiecticiæ pecuniæ augeretur, aut ex cõpromiſſo committeretur: nõ ſolùm decẽ quæ in hereditaria negotia impẽderim, ſed etiã quinquaginta quæ mihi debita ſunt, ab herede me conſequi poſſe.

XIIII. VLPIANVS libro decimo ad Edictum

SI filiusfamilias negotia geſsiſſe proponatur: æquiſsimum erit in patrem quoque actionem dari: ſiue peculium habet ſiue in rem patris ſui vertit. & ſi ancilla,[a] ſimili modo.

[a] ancilla ſit

Initium ſpectandum.

XV. PAVLVS libro nono ad Edictum

POmponius libro vicenſimo ſexto in negotiis geſtis initio cuiuſque temporis condicionem ſpectandã ait. quid enim inquit, ſi pupilli negotia cœperim gerere, & inter[b] moras pubes factus ſit? vel ſerui aut filiifamilias: & interea liber aut paterfamilias effectus ſit? hoc &[c] ego verius eſſe didici: niſi ſi ab initio quaſi vnum negotiũ geſturus acceſſero, deinde alio animo ad alterum[d] acceſſero eo tempore, quo iam pubes vel liber vel paterfamilias effectus eſt. hic enim quaſi plura negotia geſta ſunt: & pro qualitate perſonarum & actio formatur, & condemnatio moderatur.

[b] interim is

[c] & hoc

[d] ad aliud acce tempore

XVI. IDEM libro ſeptimo ad Plautium

SEd & cum aliquis negotia mea gerit: non multa negotia ſunt ſed vnus contractus: niſi ſi ab initio ad vnum negotiũ acceſsit vt finito eo diſcederet: hoc enim caſu ſi noua voluntate aliud quoque adgredi cœperit, alius contractus eſt.[e]

[e] ſit

Seruus qui geſſit poſtea liber factus.

XVII. VLPIANVS libro trigenſimo quinto ad Edictũ

EVm[f] actum quem quis in ſeruitute egit, manumiſſus non cogitur reddere. Planè ſi quid conexum[g] fuit vt ſeparari ratio eius quod in ſeruitute geſtum eſt, ab eo quod in libertate geſsit, non poſsit: conſtat venire in iudicium vel mandati vel negotiorum geſtorum & quod in ſeruitute geſtum eſt. Denique ſi tempore ſeruitutis aream emerit, & in ea inſulam ædificauerit, eáque corruerit: deinde manumiſſus fundum locauerit: ſola locatio fundorum[h] in iudicio[i] negotiorum geſtorũ deducetur: quia ex ſuperioris temporis adminiſtratione nihil amplius iudicio[k] deduci poteſt quàm id ſine quo ratio libertatis tempore adminiſtratorum negotiorum expediri non poteſt.

[f] *Sumptum ex tracta tu de tute. Duar.*

[g] connexum

[h] fundi

[i] iudicium

[k] in iudicium

XVIII. PAVLVS libro nono ad Edictum

PRoculus & Pegasus bonam fidem eum qui in seruitute ge
rere cœpit, præstare debere aiunt. ideóque quantum si a-
lius eius negotia gessisset seruare potuisset, tantum eum qui
à semetipso non exIgerit, negotiorum gestorum actione præ
staturum si aliquid habuit in peculio, cuius retentione id ser-
uari[a] potest‖ Idem Neratius.‖

a seruare

XVIIII. IDEM libro secundo ad Neratium.

ADquin[b] natura debitor fuit etiam si in peculio nihil ha-
buit: ‖et‖ sibi postea soluere debet in eodẽ actu perseuerans
sicut is qui temporali actione tenebatur, etiam post tempus
exactum negotiorum gestorum actione id præstare cogitur.

b Atqui,& qui

Scæuola noster ait putare se quod Sabin⁹ scribit, debere A 1
CAPITE RATIONEM REDDENDVM[c] sic
intelligi, vt appareat quid reliquum fuerit tunc cum primũ
liber esse cœperit: non vt dolum aut culpam in seruitute ad-
missam in obligationẽ reuocet. itaque si inueniatur vel ma-
lo more pecunia in seruitute erogata, liberabitur. Si libero 2
homini qui bona fide mihi serBiebat, mandem vt aliquid
agat non fore cum eo mandati actionem Labeo ait: quia nõ
libera volũtate exsequitur rem sibi mandatam, sed quasi ex
necessitate seruili. erit igitur negotiorũ gestorum actio: quia
& gerendi negotij mei habuerit affectionem,[d] & is fuit quẽ
obligare possem.

c reddendam

d habuit affectum,

De gestore, qui rem domini vsucepit.

Cum[e] me absente negotia mea gereres, imprudens rem 3
meam emisti & ignorans[f] vsucepisti:[g] mihi negotiorum
gestorum vt restituas obligatus non es. sed si antequam vsu-
capias cognoscas rem meam esse: subIcere debes aliquem
qui à te petat meo nomine: vt & mihi rem & tibi stipulatio-
nem euictionis committat. nec videris dolum malum facere
in hac subiectione: ideo enim hoc facere debes ne actione ne-
gotiorum gestorum tenearis.

e Si cum

f *Singulare est, vt ad vsucapiendum nõ sufficiat ab initio bona fides: nisi perseueret, dũ compleatur longa possessis. l. vnica. C. de vsucap. transfor. quia vtiliter gerere non videtur, qui vsucapionem non impedit, vt qui a seipso non exigit. l. 5. in fi. sup. eo.*

g *Hinc apparet eos imponere, qui in Florẽtinis aiunt legi* suscepisti.

Vsuræ in hoc iudicio.

Non tantũ sortem verum ætiam vsuras ex pecunia alie- 4
na perceptas negotiorum * gestorum * iudicio præstabimus:
vel etiam quas percipere potuimus. Contra quoque vsuras,
(quas) præstaVimus[h] vel quas ex nostra pecunia percipere
potuimus quam in aliena negotia impendimus, seruabimus
negotiorum gestorum iudicio.

h præstitimus

Captus ab hostibus.

Dum apud hostes esset Titius negotia eius administraui: 5
postea reuersus est. negotiorum gestorum mihi actio compe
tit: etiam[i] si eo tempore quo gerebantur dominum non ha-
buerunt.

i &si

XX. VLPIANVS libro decimo ad Edictum

SIn [a] autem apud hostes constitutus decessit: & successori *a si autem*
& aduersus successorem eius negotiorum gestorum dEre-
cta [b] & contraria competit. *b directa*

Quod vnus pro alio redimendo cogitur soluere recuperat hac actione.

XXI. PAVLVS libro nono ad Edictum

NAm & Seruius respondit, vt est relatum apud Alfenum
libro trigensimo [c] nono digestorum, cum à Lusitanis tres *c libro 37.*
capti essent, & vnus ea condicione missus vti pecuniam pro
tribus adferret, & nisi redisset vt duo pro eo quoque pecu-
1 niam darent: isque reuerti noluisset, & ob hanc causam illi
pro tertio quoque pecuniam soluissent: {Seruius respondit}
æquum esse, prætorem in eum reddere iudicium. Qui ne-
gotia hereditaria gerit, quodammodo sibi hereditatem, seque
2 ei obligat, ideóque nihil refert an etiam pupillus heres existat
quia id æs alienum cum ceteris hereditariis oneribus ad eum
transit. Si viuo Titio negotia eius administrare cœpi, inter
mittere mortuo eo non debeo. noua tamen inchoare necesse
mihi non est, vetera [d] explicare ac conseruare necessarium est: *d licet vetera*
vt accidit cum alter ex sociis mortuus est. nam quæcumque *e nihil refert,* *f consumuntur, consumantur.*
3 prioris negotij explicandi causa gerentur, nihilum [e] refert
quo tempore consummentur [f] sed quo tempore inchoarētur. *Florentina lectio longe præstat aliis.*
Mandatu tuo negotia mea Lucius Titius gessit: quod [g] is *g quod si non*
non rectè gessit, tu mihi actione negotiorum * gestorum *
teneris non in hoc tantùm vt actiones tuas præstes, sed etiam
quòd imprudenter eum elegeris : ||vt|| quidquid detrimenti *h vt mihi. Rectior est Florent. ne vt frustra repetatur in eadē clausula.*
negligentia eius fecit, tu [h] mihi præstes

De casu.

XXII. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale.

SIue hereditaria negotia siue ea quæ alicuius essent gerens
aliquis, necessario rem emerit: licet ea interierit, poterit
quod impēderit iudicio negotiorū gestorū cōsequi. veluti si
frumentū aut vinum familiæ parauerit [i] idque casu quodam *i comparauerit*
interierit: fortè incendio, ruina. Sed ita scilicet hoc dici po-
test, si ipsa ruina vel incendium sine vitio eius acciderit: nam
cum propter ipsam ruinam aut incendium damnandus sit,
absurdum est eum istarum rerum nomine quæ ita consump-
tæ sunt quicquam consequi.

Indebitum exactum, vel solutum.

XXIII. PAVLVS libro vicensimo ad Edictum

SI quis [k] negotia aliena gerens indebitum exegerit: restitue- *k Sumptum ex tit. de pet. hæc. Duar.*
re cogitur. de eo autem quod indebitum soluit, magis est
vt sibi imputare debeat.

Pecunia soluta gestori.

XXIIII. IDEM libro vicesimo quarto ad Edictum

SI ego hac mente pecuniam procuratori [a] dem vt ea ipsa creditoris fieret: proprietas quidem per procuratorem non adquiritur. potest tamen creditor etiam inuito me ratum habendo, pecuniam suam facere: quia procurator in accipiendo creditoris dumtaxat negotium gessit. & ideo creditoris ratihabitione liberor.

a *Procuratoris nomẽ generale est: & hic sumitur pro negotiorũ gestore, qui sine mãdatu negotia procurat: Id quod apparet ex verbis, ratũ habendo nã si mandatũ habuisset, nihil fuisset necesse ratũ habere. arg. l. 8. § sed. eo. s. co. Quod si cũ mãdatu negotia procuraret, & dominiũ & proprietas per eũ creditori acquireretur. l. 13. inf. de adquir. rer. dom.*

Contraria actio.

XXV. IDEM libro vicesimo septimo ad Edictum

SI quis [b] negotia aliena gerẽs, plus quàm oportet impẽderit: reciperaturum [c] eum id quod præstari debuerit.

b *Sumptum ex titul. de relig. Duar.*
c recuperaturum

Casus, in quo actores bonorum ciuitatis non tenentur in solidum.

XXVI. MODESTINVS libro primo Responsorum

CVm [d] alicui ciuitati per fideicommissum restitui iussa esset hereditas, magistratus actores horum bonorum Titium & Seium & Gaium idoneos [e] creauerunt. postmodum hi actores inter se diuiserunt administrationem bonorum: idque egerunt sine auctoritate & sine consensu magistratuum. post aliquo T [f] tempus testamentum, [g] per quod restitui ciuitati hereditas fideicommissa [h] esset, irritum probatum est pro tribunali: atque ita ab intestato Sempronius legitimus heres defuncti extitit: sed ex his actoribus vnus non soluendo decessit, & nemo heres eius [i] extitit. Quæro, si Sempronius conueniet actores horum bonorum, periculum inopis defuncti ad quos pertinet? Herennius Modestinus respondit, quod ab vno ex actoribus ob ea quæ solus gessit, negotiorum gestorum actione seruari non potest, ad damnum eius cui legitima hereditas quæsita est pertinere.

d cum aliquando
e tunc idoneos
f aliquod
g testamentum quoq; per
h fideicõmissa iussa *Rectior est Florent.*
i hæres ei

Gestor expensas voluptarias non repetit.

XXVII. IDEM libro secundo Responsorum

EX [k] duobus fratribus vno quidem suæ ætatis, alio verò minore annis, cum haberent communia prædia rustica, maior frater in saltu communi habenti habitationes paternas ampla ædificia ædificauerat: cúmque eundem saltum cum fratre diuideret, sumptus sibi quasi re meliore ab eo facta desiderabat fratre minore iam legitimæ ætatis constituto. Herennius Modestinus respondit, ob sumptus nulla re vrguente, sed voluptatis causa factos eum de quo quæritur, actionem non habere. Titium [l] si pietatis respectu sororis aluit filiam: actionem hoc nomine contra eam non habere respondi.

k *Coniunge. l. tres fratres de pact. sup. Duar*
l Idem Titium

Soluisse intelligitur, qui obligatus est alteri.

XXVIII. IAVOLENVS libro octauo ex Cassio

SI quis mandatu Titij negotia Seij gessit, Titio mandati tenetur: lisque [m] æstimari debet quanto [n] Seij & Titij in-

m tanti æstimari.
n quanti

tij intereſt, Titij autem [a] intereſt quantum is Seio præſtare debet, Qui vel mandati vel negotiorum geſtorũ nomine obligatus eſt. Titio autem actio competit cum eo cui mandauit aliena negotia gerenda, & antequam ipſe quicquam domino præſtet: quia id ei abeſſe videtur in quo obligatus eſt.

a autem tantum intereſt

Tutela poſthumi.

XXVIIII. CALLISTRATVS libro tertio Edicti monitorij

CVm pater teſtamento poſtumo tutorem dederit, iſque tutelam interim adminiſtrauerit, nec poſtumus natus fuerit: cum eo non tutelæ ſed negotiorum geſtorum erit agendum. quòd ſi natus fuerit poſtumus, tutelæ erit actio: & in eam [b] vtrumque tempus veniet: & quo antequam naſceretur infans geſsit, & quo poſteaquam natus ſit.

b & in ea

Curatori aduerſus ſubcuratorem datur hæc actio.

XXX. IVLIANVS libro tertio Digeſtorum

EX facto quærebatur: [c] quendam ad ſiliginem emendam curatorem decreto ordinis conſtitutum: eidem alium ſubcuratorem conſtitutum ſiliginem miſcendo corrupiſſe: atque ita pretium ſiliginis quæ in publicum empta erat curatori adflictum [d] eſſe: quáque [e] actione curator cum ſubcuratore experiri poſsit & conſequi id vt ei ſaluum eſſet, quod cauſa eius dãnum cepiſset. [f] Valerius Seuerus reſpõdit aduerſus contutorẽ negotiorum geſtorum actionem tutori dandam. Idem reſpõdit, vt magiſtratui aduerſus magiſtratum eadem actio detur: ita tamen ſi non ſit conſcius fraudis. Secundum quæ etiam [g] in ſubcuratore idem dicendum eſt.

c ferebatur:
d inflictum
e quærebaturque, qua actione
f accepiſſet.
g & in

XXXI. PAPINIANVS libro ſecundo Reſponſorum

LIberto vel amico mandauit pecuniam [h] accipere mutuam: cuius litteras creditor ſecutus contraxit, & fideiuſſor interuenit. etiam ſi pecunia non ſit in rem ‖eius‖ verſa, tamen dabitur in eum negotiorũ geſtorũ actio creditori vel fideiuſſori, ſcilicet ad exemplum inſtitoriæ actionis.

h vt pecuniam acciperet

Error.

1 Inter negotia Sempronij quæ gerebat ignorans Titij negotiũ geſsit: ob eã quoq; ſpeciem Sempronio tenebitur: ſed ei cautionem indemnitatis officio iudicis præberi neceſſe eſt aduerſus Titium Qui datur actio. Idem in tutore iuris eſt.

Differt is qui abſentiæ cauſſas allegat, ab eo, qui defendit.

2 Litem in iudicium deductam & à reo deſertam fruſtratoris amicus vltro egit, cauſas abſentiæ eius allegans iudici: culpam contraxiſſe non videbitur quòd ſententia [i] contra abſentem dicta ipſe non prouocauit. Vlpianus notat: hoc [k] verum eſt, quia [l] fruſtrator condemnatus eſt. ceterum ſi amicus ‖cum‖ abſentem defenderet, condemnatus negotiorum geſtorũ aget: poterit ei imputari ſi cum poſſet non appellaſſet.

i quod ab ſententia
k & hoc
l cum fruſtrator

Vſuræ.

Vsuræ.

Qui[a] aliena negotia gerit vsuras præstare cogitur: eius sci 3
licet pecuniæ quæ purgatis[b] necessariis sumptibus superest.

a Papinianus qui aliena
b putatis

Sumptuum repetitio.

Libertos certam pecuniam accipere testator ad sumptum 4
monumenti voluit. si quid amplius fuerit erogatum iudicio
negotiorum gestorum ab herede non rectè petetur de[c] iure
fideicommissi: cum voluntas finem erogationis[d] fecerit.

c nec de iure
d erogationi

Tutoris heres impubes filius ob ea quæ tutor eius in rebus 5
pupillæ paternæ gessit, non tenetur: sed tutor proprio no-
mine iudicio negotiorum gestorum conuenietur.

Mater gerens negotia filij.

Quamquam mater filij negotia secundum patris volunta 6
tem pietatis fiducia gerat, tamen ius actoris periculo suo liti-
um causa constituendi non habebit: quia nec ipsa filij nomi-
ne rectè agit, aut res bonorum eius alienat, vel debitorem im-
puberis accipiendo pecuniam[e] liberat.

e *Quæ oniã pertinẽt ad officium tutoris, quo fungi non potest mulier. l. 2. infr. de regu. iur. Iure authenticorũ fœminæ liberorum suorum tutelam suscipiũt & actores constituunt.* Nou. 117. *in princ.*

Lis communis.

Vno defendente causam communis aquæ, sententia 7
prædio datur: sed qui sumptus necessarios[f] probabiles in com
muni lite fecit, negotiorũ gestorum actionem habet.

f ac probabiles.

De fideiussore.

XXXII. IDEM libro tertio Responsorum

FIdeiussor[g] imperitia lapsus alterius quoque contractus
qui personam eius non contingebat, pignora vel hypote-
cas suscepit: & vtramque pecuniam creditori soluit existi-
mãs indemnitati suæ confusis prædiis consuli posse ob eas res
iudicio mandati frustra cõuenietur, & ipse debitorem frustra
conueniet: negotiorum autem gestorum actio vtrique ne-
cessaria erit. in qua lite culpam æstimari satis est non etiam
casum: quia predo fideiussor non videtur. creditor ob id fa-
ctum ad restituendum iudicio, quod de pignore dato reddi-
tur, cum videatur ius suum vẽdidisse non tenebitur. Igno-
rante virgine mater à sponso filiæ res donatas suscepit: quia 1
mandati vel depositi cessat actio, negotiorum gestorum a-
gitur.[h]

g *Coniunge. l. 2. de pignor.* Duar.

h agetur.

Qua actione vxor conueniatur.

XXXIII. IDEM libro decimo Responsorum

HEres viri defuncti vxorem, quæ res viri tempore nuptia-
rum in sua potestate habuit, compilatæ[i] hereditatis[k] po-
stulare non debet. prudentius itaque faciet, si ad exhibendum
& negotiorum gestorum, si negotia quoque viri gessit, cùm
ea fuerit expertus.

i expilatæ
k hæreditatis crimine postulare.

Quæstio facti de repetitione alimentorum.

XXXIIII. PAVLVS libro primo Quæstionum

Nesennius

NEſennius Apollinaris Iulio Paulo Salutem : Auia nepotis ſui negotia geſsit : defunctis vtriſque auiæ heredes conueniebantur à nepotis heredibus negotiorum geſtorum actione : reputabant heredes auiæ alimenta præſtita nepoti. Reſpondebatur auiam iure pietatis de ſuo præſtitiſſe : nec enim aut deſideraſſe vt decernerentur alimenta, aut decreta eſſent.[a] præterea conſtitutum eſſe dicebatur, vt ſi mater aluiſſet non poſſet alimenta quæ pietate cogente de ſuo præſtitiſſet repetere. Ex[b] contrario dicebatur ‖tunc‖ hoc rectè dici, vt[c] de ſuo aluiſſe mater probaretur. at in propoſito auiam quæ negotia adminiſtrabat veriſimile eſſe de re ipſius nepotis eum aluiſſe. tractatum eſt numquid vtroque[d] patrimonio erogata videantur. quæro quid tibi iuſtius videatur. Reſpondi, hæc diſceptatio in factum conſtitit: nam & illud quod in matre conſtitutum eſt, non puto ita perpetuo obſerBandum. quid enim ſi etiam proteſtata eſt ſe filium ideo alere, vt aut ipſum aut tutores eius conueniret? pone peregre patrem eius obiſſe, & matrem, dum in patriam reuertitur, tam filium quàm familiam[e] eius exhibuiſſe: in qua ſpecie etiam in ipſum pupillum negotiorum geſtorum dandam actionem Diuus Pius Antoninus conſtituit. Igitur in re[f] facti facilius putabo auiam vel heredes eius audiendos ſi reputare velint alimenta: maximè ſi etiam in ratione impenſarum ea rettuliſſe auiam apparebit. Illud nequaquam admittendum puto vt de vtroque patrimonio erogata videantur.

a eſſe.
b è contrario
c cùm de
d de vtroque
e quàm filiam
f in re facta

An dos repetatur hac actione, cùm maritus negotia vxoris geſsit.

XXXV. SCAEVOLA libro primo Quæſtionum[g]

DIuortio facto negotia vxoris geſsit maritus: dos non ſolum dotis actione, verùm[h] negotiorum geſtorum ſeruari poteſt. Hæc ita, ſi ‖in negotiis geſtis‖ maritus dum gerit[i] facere potuit: aliàs enim imputari non poteſt quòd à ſe non exegerit. Sed & poſteaquam patrimonium amiſerit, plena erit negotiorum geſtorum actio: quamuis ſi dotis actione maritus conueniatur, abſoluendus eſt. Sed hic quidam modus ſeruandus eſt, vt ita querellæ locus ſit QVANTVM FACERE POTVIT QVAMVIS POSTEA[k] AMISERIT ſi illo tempore ei ſoluere potuit[l] non enim eueſtigio in officio deliquit ſi non protinus res ſuas diſtraxit ad pecuniam redigendam. præterire denique aliquid temporis debebit quo ceſſaſſe videatur. Quòd ſi interea prius quàm officium impleat, res amiſſa eſt: perinde negotiorum geſtorum non tenetur ac ſi numquam facere poſſit.[m] Sed & ſi facere poſsit maritus, actio negotiorum geſtorum

g *Debitor creditoris ſui negotia gerens ſi à ſe non exegerit, tenetur negotiorum geſtorum actione, ſi modò, & interfuerit creditoris, & imputari poſsit debitori, cur à ſe non exegerit. Quod ſi nec interfuit creditoris vt debitor à ſe exigeret, aut ſi interfuit, ſed non potuit, nec debuit à ſe exigere non tenetur hac actione, quod tribus exemplis hic docetur.*
h verum &
i geſsit:
k poſtea quā is
l potuit quo geſsit: non enim
m potuiſſet

rũ inducitur: quia fortè periculũ est ne facere[a] desinat. Illum 1
autẽ[b] non credimus teneri, qui gerit negotia debitoris ad reddendum pignus: cum pecunia ei debeatur nec fuerit quod sibi possit exsoluere. Sed nec redhibitoriæ speciem venire in negotiorum gestorum actionem: & per hoc ex[c] mensibus exactis perire si[d] vel mancipium in rebus non inuenit: vel eo inuento,[e] quod accessionum nomine additum est, vel quod deterior homo factus esset, vel quod per eum esset adquisitum non ex re emptoris nec inuenit nec recepisset: nec esset in ipsis emptoris negotiis quæ gerebat vnde sibi in præsenti redderet. Ceterum si ex alia causa perpetuæ obligationis, cum sit locuples, debeat: non est imputandum quo[f] non soluerit: vtique si neque vsurarum ratio querellam mouet. Diuersúmque est in tutore debitore: quia ibi interfuit ex priore obligatione solui, vt deberetur ex tutelæ actione.

a ne facere posse
b etiam
c sex mensibus
d siue
e *Alij*, vel eo inuento aut deterior homo factus est, aut quod accessionum nomine additum erat, vel per eũ acquisitum nõ ex re emptoris, nec inuenit, nec recepit, nec erat.
f quod non

Qui seruo creditoris sui soluit, liberatur.

XXXVI. PAVLVS libro quarto Quæstionum

SI liber homo bona fide mihi seruiens mutuam pecuniam sumpserit, eámque in rem meam verterit: qua actione id quod in rem nostram[g] vertit reddere debeam,[h] videndum est: non enim quasi amici sed quasi domini negotium gessit. sed negotiorum gestorum actio danda est: quæ desinit competere si creditori[i] eius soluta sit.

g meam
h *Imponunt ergo qui in Florentinis aiunt legi* debeamus.
i creditoribus

XXXVII. IDEM libro primo Sententiarum

LItis contestate tempore quæri solet an pupillus, cuius sine tutoris auctoritate negotia gesta sunt, locupletior sit ex ea re factus cuius[k] patitur actionem. Si pecuniæ quis negotium gerat: vsuras quoque præstare cogitur, & periculum eorum nominum quæ ipse contraxit: nisi fortuitis casibus debitores ita suas fortunas amiserunt, vt tẽpore litis ex ea actione contestatæ soluendo non essent. Pater si emancipati filij res à se donatas administrauit: filio actione negotiorum gestorum † tenetur.

k eum is
† tenebitur.

De vsuris.

XXXVIII. TRYPHONINVS libro secundo Disputationũ

QVi[l] sine vsuris pecuniã debebat, creditoris sui gessit negotia: quęsitũ est an negotiorũ gestorum actione summæ illius vsuras præstare debeat. dixi si à semetipso exigere eũ oportuit, debiturum vsuras. quòd si dies soluendæ pecuniæ tẽpore quo negotia gerebat nondum venerat: vsuras non debiturũ. sed die præterito si non intulit: rationibus creditoris cuius negotia gerebat, eam pecuniam à se debitam: meritò vsuras bonæ fidei iudicio præstaturum. Sed quas vsuras debebit videamus: vtrum eas quibus aliis idẽ creditor fænerasset, an & maximas vsuras;

l *Coniunge l. 54. de admini. tut. Duar.*

vsuras quoniam vbi quis eius pecuniam cuius tutelam negociáue administrat, [a] aut magistratus municipij publicam in vsus suos conuertit: maximas vsuras præstat, vt est constitutum à Diuis principibus. Sed istius diuersa causa est, qui [b] non sibi sumpsit ex administratione nummos sed ab amico accepit ‖&‖ ante negotiorum [c] administrationem. nam illi [d] de quibus constitutum est, cum gratuitam, certè integram*&*abstinentem omni [e] lucro præstare fidem deberent: licentia, qua videntur abuti maxVmis vsuris vice cuiusdam pœnæ subIciũtur. [f] hic bona ratione accepit ab alio mutuum: & vsuris [g] quia non soluit, non quia ex negotiis, quæ gerebat, ad se pecuniã transtulit: condemnandus est. Multum autem refert incipiat nũc debitum, an ante nomen fuerit debitoris: quod satis est ex non vsurario facere vsurarium.

a administrauit
b quia non
c negotiorum gestorum
d nam in illis
e in lucro
f subiicitur,
g & in vsuras

Solutio facta pro alio.

XXXVIIII. GAIVS libro tertio de verborũ Obligationibus

SOluendo quisque pro alio licet inuito & ignorante liberat eum. quod autem alicui debetur alius sine volũtate eius nõ potest iure exigere, naturalis enim simul & ciuilis ratio suasit alienam condicionem meliorem quidem‖etiam‖ignorantis & inuiti nos facere posse: deteriorem non posse.

Differentia actionis communi diuidundo, & negotiorum gestorum.

XL. PAVLVS libro decimo ad Sabinum

SI [h] communes ædes tecum habeam, & pro tua parte damni infecti vicino cauero: dicendum est quod prestitero, negotiorum gestorum actione potius quàm communi diuidundo iudicio posse me petere: quia potui partem meam ita defendere, vt socij partem defendere non cogerer.

XLI. IDEM libro trigensimo ad Edictum

QVi [i] seruum meum me ignorante vel absente in noxali causa defenderit, negotiorum gestorum insolidum mecum non de peculio aget.

Differentia mandati, & admonitionis.

XLII. IDEM libro trigensimo secundo ad Edictum

SI [k] serui mei rogatu negotia mea susceperis: si duntaxat admonitus à seruo meo id feceris, erit inter nos negotiorum gestorum actio. si verò quasi mandatu serui: etiam de peculio & de in rem verso [l] agere te posse responsum est.

h *Discrimen insigne est actionis communi diuidundo, & negotiorum gestorũ, quãdo in rem communẽ geritur negotiũ. Hæc enim datur, cum sponte negotiũ gessit: Illa vero cum non potuit pro parte tantum gerere. Exemplum est damni infecti cautio, quam pro parte indiuisa præstare licet. l. si quis putans. §. fine autem. commu. diuid. l. plures de dã. infec. Contra, seruum communem, qui noxam nocuit pro parte defendere non licet: & ideo, qui in solidum defendit actione familiæ ercíscundæ, aut communi diuidendo, partem sumptuum recipiet. l. heredes. §. si vnus famil. ercisc. & l. si socius. Commu. diuid. Cautio quoque legatorum pro parte expediri non potest quòd in vniuersa bona defuncti missio fiat. d. l. heredes.*
i *Ex tit. de pecul.* Duar.
k *Ex tit. mãd.* Duar.
l verso, actione

Solutum pro alio.

XLIII. LABEO libro sexto Posteriorum Epitomatorum à Iauoleno

CVm pecuniam eius nomine solueres [m] qui tibi nihil mandauerat: negotiorum gestorum actio tibi competit, cùm ea solutione debitor à creditore liberatus sit: nisi

m solueris

a Vt si exceptione, retentionémue, aut compensandi ius habuit debitor, aut si dies soluendi nondum venit. l si in area. l. qui exceptionem, l. ex quibus. l. nam & de cõd. indeb. & l. 6 de compensat.
b Secundum quod. D Seueri constitutione declaratur.
c Quidam tamen aiũt in Florentinis legi pertingentes, obtin gentes
d in veritate
e sed quia
f quòd tibi necessarium
g Sed ego

nisi si quid debitoris interfuit eam pecuniam non solui.[a]

Factum actione paterna non venit in hac actione.

XLIIII. VLPIANVS libro sexto Disputationum

IS qui amicitia ductus paterna pupillis tutorem petierit, vel suspectos tutores postulauit, nullam aduersus eos habet actionem secundum Diui Seueri[b] constitutionem.

Sumptus in honores factus.

XLV. IDEM libro quarto Opinionum

QVæ vtiliter in negotia alicuius erogantur, in quibus est etiam sumptus honestè ad honores per gradus pertinentes[c] factus: actione negotiorum gestorum peti possunt.

Qui purè testamento libertatē acceperunt, actus, quem viuentibus dominis administrauerunt, rationē reddere *non* coNpelluntur. 1
Titius pecuniam creditoribus hereditariis soluit existimans sororem suam defuncto heredem testamento exstitisse: quamuis animo gerendi sororis negotia id fecisset, veritate[d] tamen filiorum defuncti qui sui heredes patri sublato testamento erant, gessisset: quia[e] æquum est in damno *eum* non versari, actione negotiorum gestorum id cum petere placuit. 2

In hac specie tantùm inspicitur cuius contemplatione gestum sit negotium.

XLVI. AFRICANVS libro septimo Quæstionum

MAndasti filio meo vt tibi fundum emeret: quod cum cognouissem, ipse eum tibi emi. puto referre qua mēte emerim: nam si propter ea quæ[f] tibi necessaria esse scirē, & te eius voluntatis esse vt emptum habere velles: agemus inter nos negotiorum gestorum: sicut ageremus si aut nullũ omnino mandatum intercessisset, aut Titio mandasses &[g] ego quia per me commodius negotium possim conficere emissem. Si verò propterea emerim ne filius mandati iudicio teneatur: magis est vt ex persona eius & ego tecũ mandati agere possim, & tu mecum actionem habeas de peculio: quia & si Titius id mandatum suscIpisset, & ne eo nomine teneretur ego emissem: agerem cum Titio negotiorum gestorũ: & ille tecum & tu cum illo mandati. Idem est & si filio meo mandaueris vt pro te fideiuberet, & ego pro te fideiussérim. 3
Si proponatur te Titio mandasse vt pro te fideiuberet: méque, quòd is aliqua de causa impediretur quo minus fideiuberet, liberandæ fidei eius causa fideiussisse: negotiorum gestorum mihi competit actio.

De actione directa & vtili.

XLVII. PAVLVS libro primo Sententiarum

ACtio negotiorum gestorum illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri. Nec refert directa quis an vtili

actione

actione agat vel conueniatur: quia[a] in extraordinariis iudiciis vbi conceptio formularũ non obseruatur, hæc suptilitas superuacua est: maximè cum vtraque actio eiusdem potestatis est[b] eundémque habet[c] effectum.

XLVIII. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum

IGnorante quoque sorore si frater negotium eius gerens dotem à viro stipulatus sit: iudicio negotiorũ gestorum vt virum liberaret, iure conuenitur.

Species, in qua datur hæc actio ob negotium non meo nomine gestum.

XLVIIII. AFRICANVS libro octauo Quæstionum

SI rem quam seruus venditus subripuisset à me venditore, emptor vendiderit, eáque[d] in rerum natura esse desierit: de pretio negotiorum gestorum actio mihi danda sit,[e] vt dari deberet si negotiũ, quod tuum esse existimares cum esset meũ, gessisses. Sicut ex contrario in me tibi daretur si, cum hereditatem quæ ad me pertinet tuam putares, res tuas proprias legatas[f] soluisses [quandoque[g] de ea solutione liberarer.]

1 DE CALVMNIATORIBVS

TIT. VI.

Edicti interpretatio.

VLPIANVS libro decimo ad Edictum

IN EVM qui vt calumniæ causa negotium faceret vel non faceret, pecuniã accepisse dicetur, intra annum in quadruplum eius pecuniæ quã accepisse dicetur: post annum sim-
1 pli in factum actio competit. Hoc autem iudiciũ non solùm in pecuniariis causis, sed & ad publica crimina pertinere Pomponius scribit: maximè cum & lege Repetundarum[h] teneatur qui ob negotium faciendũ aut non faciendum per ca-
2 lumniã pecuniã accepit. Qui autẽ accepit pecuniã siue ante iudiciũ siue post iudicium acceptũ, tenetur. Sed & constitutio Imperatoris nostri quæ scripta est ad Cassium Sabinũ prohibuit iudici vel aduersario[i] in publicis vel priuatis vel fiscalibus causis pecuniam dare: & ex hac causa litem perire iussit. Nam tractari potest si aduersarius non per calumniam transigendi[k] animo accepit,[l] an constitutio cessat: & puto cessare sicuti hoc quoque iudicium: neque enim transactionibus[m] est interdictum, sed sordidis concussionibus. Pecuniam autẽ accIpisse dicemus, etiam si aliquid pro pecunia acceptũ.[n]

II. PAVLVS libro decimo ad Edictum

QVin etiam[o] si quis obligatione[p] liberatus sit potest videri cepisse.[q] Idémque[r] si gratuita pecunia vtenda data sit, aut minoris locata venditáve res sit. nec refert[s] ipse pecuniã acceperit, an alii dari iusserit, vel acceptum[t] suo nomine ratum habuerit.

a plane in extraordinariis
b sit
c habeat
d *Significat, si extent non competere hanc actionem, nihil enim eius interest esse venditã (hæc autẽ actio datur ei cuius interest. l. 46. sup. e.) cum vel rei vindicatione contra possessorem experiri dominus possit, vel condictione contra emptorem serui, vel actione furti si sciens prudens eam vendiderit.*
e danda est
f legatariis
g quandoquidem ea
h lege Iulia
i *Alii quam principali. Nam aut aduersarius sciẽs litem calũniosam instituit, aut bona fide: si sciens, ei nocere debebit pecunia turpiter data nõ mihi: si bona fide, mult[ò] minùs ego caussam amittam: cùm transactio cum aduersario permissa sit. Non potest igitur hoc intelligi de aduersario principali, sed de patrono illius, aduocato, aut procuratore.*
k sed transigendi
l pecuniam accepit
m transsactionibus licitis est,
n accepit. *imponunt qui in Florent. aiunt legi,* accepimus.
o *Hinc sumpta est l. si quis obligatione. 116 de reg. iur. Duar.*
p ab obligatione
q accepisse
r Idémque est si
s refert an ipse
t vel acceptam

III. VLPIANVS libro decimo ad Edictum

ET generaliter idem erit si quid omnino compendij sensit propter hoc: siue ab aduersario siue ab alio quocunque. Si igitur accepit vt negotium faceret, siue fecit siue non [a] fecit: & qui accepit ne faceret, & si fecit tenetur. Hoc edicto tenetur etiam is qui depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus. Illud erit notandum, quòd qui dedit pecuniã vt negotium quis pateretur, non habebit ipse repetitionem: turpiter enim fecit. sed ei dabitur petitio, [b] propter quem datum est vt calumnia ei fiat. Quare si quis & à te pecuniã accipit vt mihi negotiũ faceret, & à me ne mihi faceret: duobus iudicijs mihi tenebitur.

1 (right margin, beside "& qui accepit ne faceret… Hoc edicto tenetur")
2 (right margin, beside "piter pactus. Illud erit notandum")

a & qui non fecit, tenetur.

b repetitio,

IIII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

HAec actio heredi quidẽ non competit: quia sufficere ei debet quòd eã pecuniã quã defunctus dedit repetere potest.

V. VLPIANVS libro decimo ad Edictum

IN heredem autem competit in id quod ad eum peruenit. Nam est constitutum turpia lucra heredibus [c] quoque extorqueri licet crimina extinguantur. vtputa ob falsum, [d] vel iudici ob gratiosam sententiam datum, ‖& ‖heredi extorquebitur: & si quid aliud scelere quæsitum. Sed etiã præter hanc actionem condictio competit si sola turpitudo accipientis versetur: nam si [e] & dantis: melior causa erit possidentis. Quare [f] si fuerit condictum, vtrum tollitur hæc actio, an verò in triplum danda sit? an exemplo furis & in quadruplum actionẽ damus & condictionem? Sed puto sufficere alterutram actionem. [g] Vbi autem condictio competit, ibi non est necesse post annum dare in factum actionem.

c ab heredibus

d ob falsum testimonium, vel

e & si

f Quæritur

g *Vtraque enim persecutio pecuniæ continetur. Itaque altera alteram consumit. Vbi verò duæ pœnales actiones concurrunt, altera expertus, altera agit in id, quod amplius est. l. 1. arbor. furt. cæsar. infr. & l. 1. vi bonor. raptor. infr. & actio furti meram pœnam complectitur, nec condictionem vllo modo tollit. l. 7. infr. de condict. furtiu.*

VI. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

ANnus autem in personam [h] quidem eius qui dedit pecuniam ne secum ageretur, ex eo tempore sedit ex quo dedit: si modò potestas ei fieret [i] experiundi. In illius verò personã cum quo vt agatur, alius pecuniã dedit, dubitari potest vtrũ ex die datæ pecuniæ numerari debeat, an potius ex quo cognouit datã esse: quia qui nescit is videtur experiundi potestatem nõ habere. & veri⁹ est ex eo annũ numerari ex quo cognouit.

h in persona

i fuerit

VII. PAVLVS libro decimo ad Edictum

SI quis ab alio acceperit pecuniam ne mihi negotium faciat: siquidẽ mandatu meo [k] datũ est vel à procuratore meo Omnium rerum, vel ab eo qui negotiũ meum gerere volebat, & ratum habui: ego dedisse intellegor. [l] Si autem non mandatu meo alius ei licet misericordiæ causa dederit ne fiat, neque ratum habui: tunc & ipsum repetere, & me in quadruplũ agere [m] posse. Si vt filiofamilias negotiũ fieret acceptum est: & patri actio danda est. Itẽ si filiusfamilias pecuniã acceperit vt faceret

k meo ei datum

l *Itaque condicere potero l. 5. suprà eod.*

m *Nec altera alteram consumit, quod diuersis dentur, vt hic, & l. 5. supr. eo. quæ ratione nec quadruplum vlla ex his actio excedit. §. omnes. in Instit. de actionib.*

ceret negotium vel non faceret: in ipsum iudicium dabitur. Et si alius non meo mandatu [a] ei dederit ne fiat: tunc etiam ipsum repetere, & me in quadruplũ agere posse. Cum publicanus mancipia retineret, dat*á*que ei pecunia esset quæ non deberetur: & ipse ex hac parte edicti in factũ actione tenetur.

a nomine meo

VIII. VLPIANVS libro quarto Opinionum

SI ab eo qui innocens fuit, sub specie criminis alicuius quod in eo probatum non est, pecuniam acceptam is cuius de ea re notio est edoctus fuerit: id quod illicite extortum est, secundum edicti formam quod de his est qui pecuniam vt negotiũ facerent aut nõ facerent accepisse dicerentur, restitui iubeat: & ei qui id commisit, pro modo delicti pœnam irroget.

Quæstio habita de seruo.

VIIII. PAPINIANVS libro secundo de Adulteriis

DE seruo qui accusatur, si postuletur, quæstio habetur. quo absoluto, in duplum pretium [b] accusator domino damnatur, sed & citra pretij æstimationem quæritur de calumnia eius: separatum est etenim calumniæ crimen à damno quod in seruo propter quæstionem domino datum est.

b precij

LIBER QVARTVS.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS.

VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum



TILITAS huius tituli non eget cõmendatione: ipse enim se ostendit. Nam sub hoc titulo plurifariam prætor hominibus vel lapsis vel circumscriptis subuenit: siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia inciderunt in captionem.

II. PAVLVS libro primo Sententiarum

SIue per status mutationem, aut iustum errorem.

III. MODESTINVS libro octauo Pandectarum

OMnis [c] in integrum restitutiones causa cognita à prætore promittuntur: [d] scilicet vt iustitiam earum causarũ examinet, an veræ sint quarum nomine singulis subuenit. [e]

c omnes
d permittuntur
e subuenitur.

IIII. CALLISTRATVS libro primo Edicti monitorij

SCio illud à quibusdam obseruatum, ne propter satis minimã rem vel summã, si maiori rei vel summæ præiudicetur, audiatur is qui in integrum restitui postulat.

V. PAVLVS libro septimo ad Edictum

NEmo videtur exclusus quem prætor in integrum se restituturum polliceatur.

Restitutio transit ad quemcunque successorem.

VI. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

NOn solum minoris, verùm eorum quoque qui reipublicæ causa afuerunt, [a] item omnium qui ipsi potuerunt restitui in integrum, successores in integrum restitui possunt: & ita [b] sæpissime est constitutum. Siue igitur heres sit, siue is cui hereditas restituta est, siue filijfamilias militis successor, in integrum restitui poterit. Proinde & si minor in seruitutem redigatur vel ancilla fiat: dominis eorum dabitur non [c] vltra tempus statutum in integrum restitutio. Sed & si fortè hic minor erat captus in hereditate quā adierit: Iulianus libro septimodecimo [d] digestorum scribit, abstinendi facultatem dominum posse habere non solùm ætatis beneficio, verùm & si ætas non patrocinetur: quia non apiscendæ [e] hereditatis gratia legum beneficio vsi sunt, sed vindictæ gratia.

a abfuerunt
b vt sæpissime
c non tamen vltra
d lib.13.Digestorū
e adipiscendæ

Absentis restitutio.

VII. MARCELLVS libro tertio Digestornm

DIuus [f] Antoninus Marcio Auito pretori de succurrendo ei qui absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit. Et si nihil facilè mutandum est ex sollemnibus: tamen vbi æquitas euidens poscit subueniendū est. itaque si citatus non respondit & ob hoc more [g] pronuntiatum est, confestin auté pro tribunali te sedente [h] adijt: existimari potest non sua culpa, sed parum exaudita voce præconis defuisse: ideóque restitui potest. Nec intra has solùm species consistet huius generis auxiliū: etenim deceptis sine culpa sua, maximè si fraus ab aduersario interuenerit, succurri oportebit: cùm [i] etiam de dolo malo actio cōpetere soleat. & boni pretoris est potius restituere litem vt & ratio & æquitas postulabit: quàm actionem [k] famosam constituere: ad quam tunc demum descendendum est cùm remedio locus esse non potest.

f *Hinc sumpta est. l. & si de regu. iur.* Duar.
g more solito
h sedentem
i quamuis etiam
k *Verisimile est omnes alias actiones priùs moturum fuisse, quàm ad famosam actionē perventurum. Cic. pro Quintio.*

Differentia minoris & absentis gratia Reipublicæ.

VIII. MACER libro secundo de Appellationibus

INter minores vigintiquinque annis & eos qui reipublicæ causa absunt, hoc interest: quòd minores [l] annis etiā [m] qui per tutores curatorésve suos defensi sunt, nihilo minus in integrum contra rempublicā [n] restituuntur, cognita scilicet causa. ei verò qui reipublicæ causa absit, ceteris quoque qui in eadem causa habentur, si per procuratores suos defensi sunt, hactenus [o] in integrum restitutione subueniri solet, vt appellare his permittatur.

l minores vigintiquinque annis. *verū satis intelligebatur ex superiore clausula.*
m etiam si
n rem iudicatam. *Nemo enim dubitat, qui in Iurisconsultus in hac l. loquatur de restitutione aduersus res iudicatas. Gou. lib. 1. lect. c. 44.*
o hactenus per in integrum

QVOD

QVOD[a] METVS CAVSA GESTVM ERIT TIT. II.

Interpretatio edicti de metu.

VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

AIt prętor,[b] QVOD METVS CAVSA GESTVM ERIT, RATVM NON HABEBO. Olim ita edicebatur, QVOD VI METVSVE CAVSA: vis enim fiebat mentio propter necessitatem impositam contrariam voluntati: metus [c] instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatione. [d] sed postea detracta est vis mentio: ‖ideo‖ quia quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videatur.

a De eo quod metus

b *Coniunge l. creditores. ad l. Iul. de vi publ. Duar.*

c metus autem propter instantis

d trepidationem.

II. PAVLVS libro primo Sententiarum

VIs autem est maioris rei impetus, qui repelli non potest.

III. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

COntinet igitur hec clausula & vim & metũ. & si quis vi cõpulsus aliquid fecit, per hoc edictum restituitur. Sed vim accipimus atrocem & eam quæ aduersus bonos mores fiat: non eam quam magistratus ‖rectè‖ intulit, scilicet iure licito & iure honoris quem sustinet. Ceterum [e] si per iniuriam quid fecit populi Romani magistratus vel prouinciæ præses, Pomponius scribit hoc edictũ locum habere: si forte, inquit, mortis aut verberum terrore pecuniam alicui extorserit.

e etenim

IIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

EGo puto etiam seruitutis timorem similiúmque admittendum.

V. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

MEtum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorẽ sed maioris malitatis.[f]

f mali, *fortè legendum est*, calamitatis.

VI. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

MEtum autem non vani hominis, sed qui meritò & in homine [g] constantissimo cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus.

g in hominem constantissimum

VII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

NEc timorem infamiæ hoc edicto contineri Pedius dicit libro septimo:[h] neque alicuius vexationis timorem per hoc edictum restitui. Proinde si quis meticulosus rem nullã[i] frustra timuerit,[k] per hoc edictũ non restituitur: quoniã neque vi neque metus causa factum est. Proinde si quis in furto vel adulterio deprehensus vel in alio flagitio, vel dedit aliquid vel se obligauit: Pomponius libro vicensimo octauo rectè scribit posse eum ad hoc edictum [l] pertinere: timuit enim vel mortem vel vincula. quamquam non omnem adulterum liceat occidere vel furem, nisi se telo defendat: sed potuerunt vel nõ iure occidi, & ideo iustus fuerit metus. sed & si ne prodatur ab eo qui deprehenderit, alienauerit: succurri & [m] per hoc

h lib. 8.

i rem vllam

k metuerit

l *Condici non potest pecunia turpiter data l. 4. de condict. ob turp. caus. at repeti potest hac actione, quia metus illatus sit, quod vnum ad hanc actionẽ dandam satis est. Non est autem absurdum diuersarum caussarũ diuersos esse effectus.*

m ei

hoc edictum videtur: quoniam ſi proditus eſſet, potuerit ea pati quæ diximus.

VIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

ISti quidem & in legem Iuliam incidunt, quòd [a] pro conperto ſtupro acceperunt, prætor tamen ‖etiam‖ vt reſtituant interuenire debet: nam & geſtum eſt malo more, & prætor non reſpicit an adulter ſit qui dedit, ſed hoc ſolùm quòd hic accipit [b] metu mortis illato. Si is accipiat pecuniam qui inſtrumenta ſtatus mei interuerſurus eſt niſi dem: non dubitatur quin maximo metu compellat. [c] vtique ſi iam in ſeruitutem petor, & illis inſtrumentis perditis liber pronuntiari nô poſſum. Quòd ſi dederit ne ſtuprum patiatur vir ſeu mulier: hoc edictum locum habet: cum viris bonis iſte metus maior quàm mortis eſſe debet. [d] Hæc quæ diximus ad edictum pertinere, nihil intereſt in ſe quis veritus ſit an ‖in‖ liberis ſuis: cùm pro affectu parentes magis in liberis terreantur.

a qui quid pro
b accepit
c compellas
d debeat

VIIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

MEtum autem præſentem accipere debemus, non ſuſpicionem inferendi eius: & ita Pomponius libro vicenſimo octauo ſcribit. ait enim metum ‖illatum‖ accipiendum, ‖id eſt‖ ſi illatus eſt timor ab aliquo. Denique tractat ſi fundũ meum dereliquero audito [e] quòd quis cũ armis veniret: an huic edicto locus ſit, & refert Labeonem exiſtimare edicto locũ non eſſe. & [f] VNDE VI interdictum ceſſare: quoniam non videor vi deiectus qui deici non expectaui ſed profugi. Aliter atque ſi poſteaquam armati ingreſſi ſunt, tunc diſceſſi: huic enim edicto locum facere. [g] Idem ait & ſi fortè adhibita manu in meo ſolo per vim ædifices: & interdictum QVOD VI AVT CLAM, & hoc edictum locum habere: ſcilicet quoniã metu patior id te facere. Sed & ſi per vim tibi poſſeſſionem tradidero: dicit Pomponius hoc [h] edicto locum eſſe. Ani- 1
maduertendum autem quòd prætor hoc edicto generaliter, & in rem loquitur, nec adicit à quo geſtum. & ideo ſiue ſingularis ſit perſona quæ metum intulit vel populus vel curia vel collegium vel corpus: huic edicto locus erit. Sed licet vim factam à quocumque prætor conplectatur: eleganter tamen Pomponius ait, ſi quo magis te de vi hoſtium vel latronum vel populi tuerer vel liberarē, aliquid à te accepero vel te obligauero: non debere me hoc edicto teneri, niſi ipſe hanc tibi vim ſummiſi. ceterum ſi alienus [i] ſum à vi, teneri me non debere: ego enim operæ potius meæ mercedem accepiſſe videor.

e At in l. non ſolum. §. ſi dominus. de vſuca. videbas armatos venientes. Itaque iuſtior ibi metus cauſa fuit, quàm hic: quia oculi hominum magis quàm aures terreantur.
f ſed & vnde vi
g locum fore.
h huic edicto
i ſi alius vim ſubmiſit.

Idem Pomponius ſcribit quoſdam bene putare etiam ſerui 2
manumiſſionem vel ædificij depoſitionem quam quis coactus fecit, ad reſtitutionem huius edicti porrigendam eſſe.

Ex hoc

Ex hoc edicto datur actio, & exceptio.

3 Sed quod prætor ait, ratum[a] se non habiturum: quatenus accipiendum est videamus. Et quidem aut inperfecta res est, licet metus interuenerit, vtputa stipulationem numeratio non est secuta: aut perfecta, si post stipulationem & numeratio facta est aut per metum accepto debitor liberatus est vel quid simile contigerit quod negotiũ perficeret. Et Pomponius scribit in negotijs quidem perfectis & exceptionem interdum & actionem competere: in imperfectis autẽ solam exceptionem. Sed ex facto scio cùm Campani metu cuidam illato extorsissent cautionem pollicitationis, rescriptum esse ab Imperatore nostro posse eum à prætore in integrum restitutionem postulare: & prætorẽ me adsidente interlocutum esse vt siue actione vellet aduersus Campanos experiri, esse propositam: siue exceptione aduersus petentes non deesse exceptionẽ. Ex qua constitutione colligitur, vt siue perfecta siue imperfecta res sit: & actio & exceptio detur.

a ratum non habebo:

Præter actionem quod metus caussa in quadruplum restituitur actio amissa, siue in rem sit, siue in personam.

4 Volenti[b] autem datur & in rem actio & in personam,
5 rescissa acceptilatione vel alia liberatione. Iulianus[c] libro tertio digestorum putat eum cui res metus causa tradita est, nõ solùm reddere, verùm & de dolo repromittere debere. Li-
6 cet[d] tamen in rem actionem dandam existimemus, quia res in bonis est eius qui vim passus est: verùm non sine ratione dicetur si in quadruplum quis egerit, finiri in rem actionem
7 vel contra. Ex hoc edicto restitutio || talis || facienda est, || id est || in integrum officio iudicis, vt[e] si per vim res tradita est retradatur, & de dolo sicut dictum est repromittatur: ne fortè deterior res sit facta. Et si acceptilatione liberatio interuenit, restituenda erit in pristinum statum obligatio: vsque adeo, vt Iulianus scribat libro quarto || digestorum || si pecunia debita[f] fuit quæ accepta[g] per vim facta est, nisi vel soluatur vel restituta obligatione iudiciũ accipiatur, quadruplo[h] eum condemnandum. Sed & si per vim stipulanti promisero, stipulatio accepto facienda erit. Sed & si vsusfructus vel seruitutes
8 amissæ sunt restituendæ erunt. Cùm autẽ hæc actio in rem sit scripta nec personam vim facientis coërceat, sed aduersus omnes restitui velit quod metus causa factum est: non iNmeritò Iulianus à Marcello notatus est scribens, si fideiussor vim intulit vt accepto liberetur, in reum non esse restituendam actionem: sed fideiussorem nisi aduersus reum quoque actionem restituat debere in quadruplum condemnari. Sed est verius quod Marcellus notat, etiam aduersus reum

b *Actio de eo, quod metus causa datur metum passo, aut si malit, in rem, vel in personam prout ante metum illatum competierat.*

c Item Iulianus

d licet etiam

e id est, vt si per vim

f quæ debita fuit

g accepto

h in quadruplo, *vel* quadruplum

 compe-

competere hancactionem, cum[a] in rem ſit ſcripta.

X. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

ILlud verum eſt, ſi ex facto debitoris metum adhibentis fideiuſſores acceptilatione liberati ſunt: etiam aduerſus fideiuſſores agi poſſe vt ſe reponant in obligationem. Si metu à te coactus acceptã tibi ſtipulationē fecerim: arbitratu iudicis apud quē ex hoc edicto agitur nō ſolùm illud continetur vt in tua perſona redintegretur obligatio, ſed vt fideiuſſores quoque vel eoſdem vel alios non minus idoneos adhibeas. prætereà vt & pignora quæ dederas in eandē[b] cauſam reſtituas.

a *Quia edictum, quo propoſita eſt generaliter concipitur nullo proprio nomine expreſſo: & propterea datur nō tantùm in eum, qui metum intulit, ſed etiam in quemcunque qui lucrum ex metu illato ſenſit. hinc ergo malè collegerunt hanc actionem realam eſſe, quæ re vera perſonalis eſt.*

b eadem cauſa

XI. PAVLVS libro quarto Iuliani Digeſtorum notat

SI quis alius ſine malitia fideiuſſoris vt fideiuſſori accepto fieret,[c] vim fecit: non tenebitur fideiuſſor vt rei quoque obligationem reſtituat.

c ferret

XII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

SEd & partus ancillarum & fetus pecorum & fructus reſtitui & omnem cauſam oportet. nec ſolum eos qui percepti ſunt, verùm ſi plus ego percipere potui & per metum impeditus ſum: hoc quoque præſtabit.[d] Quæri poterit an etiam 1
ei qui vim fecerat paſſo vim reſtitui prætor velit per hoc edictum ea quæ alienauit: & Pomponius ſcribit libro viceſimo octauo non oportere ei prætorē opem ferre: nam cùm liceat, inquit, vim vi repellere, quod fecit paſſus eſt. Quare ſi metu te coëgerit ſibi promittere, mox[e] ego eū coëgero metu te accepto liberare: nihil eſſe quod ei reſtituatur. Iulianus ait eum qui 2
vim adhibuit debitori ſuo vt ei ſolueret, hoc edicto non teneri, propter naturam[f] metus[g] cauſa actionis quæ damnū exigit: quamuis negari non poſsit in Iuliam[h] eum de vi incidiſſe, & ius crediti amiſiſſe.

d præſtabitur.

e ego tum eum

f naturam ſuam

g quod metus

h in legem Iuliam

De eo, qui ſibi ius dicit.

XIII. CALLISTRATVS libro quinto de Cognitionibus

EXſtat[i] enim decretum Diui Marci in hæc verba: Optimū eſt vt ſi quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris. cū Marcianus diceret, vim nullã feci: Cæſar dixit. tu vim putas eſſe ſolùm ſi homines vulnerētur? vis[k] eſt & tunc quotiens quis id quod deberi ſibi putat, non per iudicem repoſcit. [l] Quiſquis igitur probatus mihi fuerit rem vllã debitoris ‖ vel pecuniam debitam, ‖ non ab ipſo ſibi ſponte datam, ſine vllo iudice temere poſſidere vel accepiſſe, iſque[m] ſibi ius in eam rem dixiſſe: ius crediti non habebit.

i *Iuxta hoc eſt, quod Dominus Deut. cap. 24. iubet: cùm repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas.*

k vis enim eſt

l *Eadem verba omnino extant l. 7. ad. le. Iul. de vi priua. in prin.*

m ſibique

XIIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

‖ITem ‖ ſi cum exceptione aduerſus te perpetua tutus eſſem coëgero te acceptum mihi facere, ceſſare hoc edictum: quia nihil tibi abeſt. Si quis non reſtituat: in quadruplū in eum 1
iudicium pollicetur. quadruplabitur autē omne quodcum-

que

que reſtitui oportuit. Satis clementer cum reo prætor egit,
vt daret ei reſtituendi facultatem ſi vult pœnam euitare. Poſt
annum verò in ſimplum actionem pollicetur: ſed non ſemper
2 ſed cauſa cognita. In cauſæ autem cognitione verſatur, vt
ſi ‖alia‖ actio non ſit, tunc hæc detur. & ſanè cum per metum
facta iniuria anno ‖& ‖quidem vtili exoleuerit: idonea eſſe cau-
ſa debet vt poſt annum actio hæc dari debeat. Alia autē actio
eſſe ſic poteſt: ſi is cui vis admiſſa eſt deceſſerit, heres eius ha-
bet hereditatis petitionem: quoniam pro poſſeſſore qui vim
intulit poſſidet. propter quod heredi non erit metus [a] cauſa
actio: quamuis ſi annus largiretur etiā heres in quadruplum
experiri poſſit. Ideo autem ſucceſſoribus datur, quoniam &
3 rei habet perſecutionē. In hac actione non quæritur vtrum
is qui conuenitur an alius metum fecit: ſufficit enim hoc do-
cere, metum ſibi illatum vel vim: & ex hac re eum qui conue-
nitur & ſi crimine caret, lucrum tamen ſenſiſſe. nam cum me-
tus habeat [b] in ſe ignorantiam, meritò quis non adſtringitur
vt deſignet quis ei metum vel vim adhibuit. & ideo ad hoc
tantùm actor adſtringitur, vt doceat metum in cauſa fuiſſe
vt alicui acceptā pecuniam faceret vel rem [c] traderet vel quid
aliud faceret. Nec cuiquam iniquum videtur [d] ex alieno facto
alium in quadruplum condemnari: quia non ſtatim quadru-
pli eſt actio, ſed ſi res non reſtituatur.

Actio arbitraria.

4 Hæc autem actio cum arbitraria ſit: habet reus licentiam
vſque ad ſententiam ab arbitro [e] datam reſtitutionem ſecun-
dū quod ſuprà diximus ei facere. quod ſi nō fecerit, iure meri-
5 tóque quadrupli condemnationē patietur. Aliquando ta-
men & ſi metus adhibitus proponatur, arbitrium abſolutio-
nem adfert. quid enim ſi metum quidem Titius adhibuit me
non conſcio, res autem ad me peruenit, & hæc in rebus hu-
manis non eſt ſine dolo malo meo: nónne [f] iudicis officio ab-
ſoluar? aut ſi [g] ſeruus in fuga eſt, æque ſi cauero iudicis officio
me ſi in meam poteſtatem peruenerit reſtituturum, abſolui
debebo. Vnde quidam putant bona fide emptorem ab eo qui
vim intulit comparantem non teneri: nec eum qui dono ac-
cepit vel cui res legata eſt. Sed rectiſſimè Viuiano [h] videtur
etiam hos teneri: ne metus quem paſſus ſum mihi captioſus
ſit. Pedius quoque libro octauo ſcribit arbitrium iudicis in
reſtituenda re tale eſſe vt eum quidem qui vim admiſit iubeat
reſtituere etiam ſi ad alium res peruenit: eum autem ad quem
peruenit, ètiam ſi alius metū fecit: nam in alterius præmium
6 verti alienum metū non oportet. Labeo ait ſi quis per me-
tum reus ſit conſtitutus, & fideiuſſorem volentem [i] dederit:
& ipſe & fideiuſſor liberatur. Si ſolus fideiuſſor metu acceſſit

 non

a quod metus
b habebit
c rem ita
d videatur
e ab arbitrio dato
f non
g & ſi
h Iuliano
i *Non vna ſpecies connexa his duabus ſententiis tractatur, ſed duæ ſeparatæ, quarum priori reus metu, fideiuſſor ſponte, poſteriori è contrario, contraxerunt. Itaque deprauauit hunc locum Haloander, cùm legit* nolentem. *Aug. l. emē. c. 2.*

non etiam reus: solus fideiussor liberabitur. Quadruplatur 7
autē id quanti ea res erit, ||id est|| cum fructibus & omni cau-
sa. Si quis per vim sisti promittendo postea fideiussorem 8
adhibeat: is quoque liberatur. Sed & si quis per vim stipu-
latus, cum acceptum non faceret fuerit in quadruplum con-
demnatus: ex stipulatu eum agentem aduersus exceptionem
replicatione adiuuari Iulianus putat: cum in quadruplo &
simplum sit reus consecutus. Labeo autem etiam post qua-
drupli actionem nihilo minus exceptione summouendum
eum qui vim intulit dicebat. quod cum durum videbatur, ita
temperandum est vt tam tripli condemnatione plectatur quā
acceptilationem omni modo facere compellatur. Quate- 9
nus autem diximus quadruplo simplum inesse, sic hoc dis-
ponendum est, vt in condemnatione quadrupli res quidem
omnimodo contineatur & eius restitutio fiat, pœnæ[a] autem
vsque ad triplum stetur.[b] Quid[c] si homo sine dolo ma- 10
lo & culpa eius qui vim intulit & condemnatus est, periit? in
hoc casu à rei condemnatione ideo relaxabitur[d] si intra tem-
pora iudicati actionis moriatur, quia tripli pœna[e] propter fa-
cinus satis facere cogitur. Pro eo autē qui in fugā[f] esse dici- 11
tur, cautio ||ab eo|| extorquenda est quatenus & persequatur
& omnimodo eum restituat: & nihilo minus in rem vel ad
exhibendum vel si qua alia ei competit actio ad eum recipien
dum integra ei qui vim passus est seruabitur: ita[g] vt si domi-
nus eum quoquo[h] modo receperit, is qui ex stipulatione cō-
uenitur exceptione tutus fiat. Hæc si post condemnationem.
si autem ante sententiam homo sine dolo malo & culpa mor-
tuus fuerit: tenebitur. & hoc[i] fit his verbis edicti, NEQVE
EA RES ARBITRIO IVDICIS RESTITVETVR. Er-
go si in fuga sit seruus sine dolo malo & culpa eius cum quo
agetur: cauendum est per iudicem vt eum seruum persecutus
reddat. Sed & si non culpa ab eo[k] quo cum agitur aberit:[l] si
tamen peritura res non fuit si metum non adhibuisset, tenebi-
tur reus: sicut[m] in interdicto VNDE VI vel QVOD VI AVT
CLAM obseruatur. Itaque interdū hominis ||mortui|| pretium
recipit qui[n] eū venditurus fuit si vim passus non esset. Qui 12
vim intulit, cum possessionē à me sit consecutus, fur non est:
quamuis qui *vi* rapuit, fur improbior esse videatur vt Iu-
liano placet. Eum qui metum fecit, & de dolo[o] teneri cer- 13
tum est: & ita Pomponius: & consumi alteram actionem
per alteram exceptione in factum opposita. Iulianus ait 14
quod interest quadruplari solum: & ideo eū qui ex causa fidei
commissi quadraginta debebat, si trecenta promiserit per vim
& soluerit, ducentorum sexaginta quadruplum consecuturū:
in his enim cum effectu vim passus est. Secundum hæc si plu-
res

a pœnæ
b præstetur. vel stet.
c Quod si
d Quia transfusa sit prior actio in actionem rei iudicatæ: qua actione nemo tenetur ratione eius rei, quæ naturaliter periit: cū in iudicato faciendo mora facta non sit: Post istam autem sententiam, rem ex causa iudicati deberi in genere, apparet ex l. si mandat. de pig. §. si pluris, & §. creditor, & ex l. grege. §. etiam eo. Gon. lib. 1. lect. c. 12.
e pœnæ
f in fuga
g ita tamen vt
h quocumque
i idque verbis edicti,
k culpa eius
l obierit:
m sic & in
n quanti eum
o Officio tamen prætoris conuenit, vt ita det actionem de dolo, si alia actione agere non liceat. l. pe. in fi. sup. de in inte. rest. nam actio de dolo nō cōpetit, si alia actione nobis consuli possit. l. 1. de dolo. vel cū vtraque cōcurrat, alterius tantum mentio fit, altera suppressa, qua ratione alia actio non esse intelligitur, cum solus dolus absque metu allegatur & si metus reuellatus sit. Quòd si actor metum allegare malit, de eo dabitur actio, prætermissa doli actione.

res metum adhibuerint & vnus fuerit conuentus: siquidem sponte rem ante sententiam restituerit, omnes liberati sunt. sed & si id nõ fecerit sed ex sentẽtia quadruplũ restituerit: verius est etiã sic peremi[a] aduersus ceteros metus[b] causa actionẽ. a perimi b quod metus

XV. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

AVt in id dabitur aduersus ceteros actio, quod minus ab illo[c] exactum sit. c alio

XVI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

QVod diximus si plures metum admiserunt, idem dicendum erit & si ad alium res peruenit, alter metum adhibuit. Sed[d] si serui metũ adhibuerint, noxalis quidem actio ipsorum nomine erit, poterit autem quis[e] dominum ad quem res peruenerit conuenire: qui[f] conuentus siue rem siue secundum quod iam dictum est quadruplum præstiterit, proderit & seruis. Si verò noxali conuentus maluerit noxæ dedere: nihilo minus ipse poterit cõueniri si ad eũ res peruenit. d Sed & si e quis & f quòd conuentus

Hæc actio heredi ceterisque successoribus datur, quoniã rei habet persecutionem. In heredem autem & ceteros in id quod peruenit ad eos datur non immeritò: licet enim pœna ad heredem non transeat, attamen quod turpiter vel scelere quæsitum est, vt est & rescriptum, ad compendiũ heredis nõ debet pertinere.

Peruenisse ad heredem quomodo accipiatur.

XVII. PAVLVS libro primo Quæstionum

VIdeamus ergo si heres ad quem aliquid peruenerit consumpserit id quod peruenit, desinat[g] teneri, an verò sufficit semel peruenisse. & si consumpto eo decesserit, vtrum aduersus heredem eius omnimodo competit actio,[h] quoniam hereditariam suscepit obligationem: an non sit danda, quoniam ad secundum heredem nihil peruenit. Et melius est omnimodo competere in heredem heredis actionem: sufficit enim semel peruenisse ad proximum heredem: & perpetua[i] actio esse cœpit. alioquin dicendum erit nec ipsum qui consumpsit quod ad eum peruenit, teneri. g an desinat h hæc actio. i & quod perpetua

XVIII. IVLIANVS libro sexagensimo quarto Digestorum

SI ipsa res quæ ad alium peruenit interiit: non esse locupletiorem dicemus. sin verò in pecuniã aliámve rem conuersa sit: nihil amplius[k] quærendum est quis exitus sit, sed omnimodo locuples ‖factus‖ videtur licet postea deperdat.[l] Nam & Imperator Titus[m] Antoninus Claudio Frontino de pretiis rerum hereditariarum rescripsit, ob id ipsum peti ab eo hereditatem posse, quia licet res quę in hereditate fuerãt, apud eum non sint: tamen pretium earum [quò] locupletem eum vel sæpius mutata specie faciendo, perinde obligat, ac si corpora ipsa in eadem specie mansissent. k nihil vltra l deperent. m Pius

XVIIII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

QVod autem in heredem eatenus pollicetur actionem proconsul [a] quatenus ad eum peruenerit, intellegendũ est ad perpetuò dandam actionem pertinere.

XX. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

QVantum autem ad heredem peruenerit, litis contestatæ tempore spectabitur: simodò certũ sit aliquid peruenisse. Idem [b] & ipsius qui vim intulit, "si" sic in corpus patrimonij peruenit aliquid, vt certũ sit ad heredem peruenturum: id est [c] si debitor liberatus est.

Ei non succurritur, qui caussa est metus sibi illati.

XXI. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

SI mulier contra patronum suum ingrata facta sciens se in-
gratam, cum de suo statu periclitabatur, aliquid patrono
dederit vel promiserit ne in seruitutẽ redigatur: cessat edictũ,
quia hunc sibi metũ ipsa infert. Quod metus causa gestum 1
erit, nullo tempore prætor ratum habebit.

De possessione.

Qui possessionem non sui fundi tradidit, nõ quanti fun- 2
dus, sed quanti possesio [d] est, eius quadruplum vel simplũ
cum fructibus consequetur: æstimatur enim quod restitui o-
portet, id est quod abest. (abest) autem nuda possessio cum
suis fructibus: quod & Pomponius.[e]

De dote.

Si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem: 3
quia est verissimũ nec talem promissionẽ dotis vllã esse. Si
metu coactus sim ab emptione locatione [f] discedere: viden 4
dum est an nihil sit acti, [g] & antiqua obligatio remaneat: an
hoc simile [h] sit acceptilationi, quia nulla [i] ex bonæ fidei ob-
ligatione possimus niti, cum finita sit dum amittitur. & ma-
gis est vt similis species acceptilationE [k] sit & ideo præto-
ria [l] actio nascitur.

De aditione hæreditatis.

Si metu coactus adij hereditatem, puto me heredem effici: 5
quia quamuis si liberum esset noluissem, tamen coactus vo-
lui. sed per pretorẽ restituendus sum vt abstinendi mihi po-
testas tribuatur. Si coactus hereditatem repudiem, duplici
via prætor mihi succurrit: aut vtiles actiones quasi heredi
dando, aut actionem metus causa præstando: vt quam viam
ego elegerim hæc mihi pateat.

De metu carceris.

XXII. PAVLVS libro primo Sententiarum

QVi in carcerẽ quẽ detrusit vt aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est nullius momenti est.

De præ-

a Erat Proconsulis in prouincia plenissima iurisdictio: vt omnium magistratuum vrbanorum partes ad eum pertinerent. l. si in aliquam. in fi. de offi. proconsul. & seq. l. itaque, vt Prætor vrbanus Romæ, sic in consulari prouincia Proconsul, in prætoria prætor edicta proponebant, quæ prouincialia appellabantur, cuiusmodi sunt apud Cic. in Verr. quorum meminit scribens ad Atticum in suo proconsolatu. Caius hoc edictum prouinciale duobus & triginta libris interpretatus est. Accur. imperitè interpretatur proconsul. i. prætor.

b idem & si in ipsius

c idem

d quanti possesio eius est

e Pomponius scribit.

f vel locatione

g actum.

h dissimile

i nulla actione ex,

vel nulla bonæ fidei

k acceptilationis,

vel acceptilationi

l prætoria nascatur.

De præſumptione, & probatione metus.

XXIII. VLPIANVS libro quinto Opinionum

NOn eſt veriſimile compulſum in vrbe iniquè indebitum ſoluiſſe eum qui claram dignitatem ſe habere prætendebat:[a] cum potuerit ius publicum inuocare & adire aliquem poteſtate præditum, qui vtique vim eum pati prohibuiſſet. ſed huiuſmodi præſumptioni debet apertisſimas probationes violentiæ opponere.

Exempla iuſti metus.

1 Si iuſto metu perterritus cognitionem[b] ad quam vt vin-
ctus iret, potens aduerſarius minabatur, id quod habere lice-
bat compulſus vendidit: res ſuæ æquitati per præſidem
2 prouinciæ reſtituitur. Si fænerator inciuiliter cuſtodiendo
athletã & à certaminibus prohibendo, cauere cõpulerit vltra
quantitatem debitæ pecuniæ, his probatis competens iudex
3 rem ſuæ æquitati reſtitui decernat.[c] Si quis quod aduerſa-
rio non debebat, delegante eo per vim apparitione[d] præſidis
interueniente, ſine notione iudicis coactus eſt dare: iudex in-
ciuiliter extorta reſtitui ab eo qui rei damnum præſtiterit, iu-
beat. Quòd ſi debitis[e] ſatisfecit ſimplici iusſione & non cog-
nitione habita: quamuis non extra ordinem exactionem fieri
ſed ciuiliter oportuit, tamen quæ ſolutioni debitarum ab eo
quantitatium profecerunt, reuocare inciuile eſt.

a prætendat:
b cognitione iudicis, ad quem
c decernet
d apparitore
e debitor

DE DOLO MALO

TIT. III.

Interpretatio edicti.

VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

HOC EDICTO prætor aduerſus varios & doloſos, qui alijs offuerunt[f] calliditate quadam, ſubuenit: ne vel illis malitia ſua ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas damnoſa. Verba autẽ edicti talia ſunt: QVAE DOLO MALO FACTA ESSE DICENTVR, SI DE HIS REBVS ALIA ACTIO NON ERIT ET IVSTA CAVSA ESSE VI-
1 DEBITVR, IVDICIVM DABO. Dolum malum Ser-
uius quidem ita definijt, machinationem[g] quandã alterius
decipiendi cauſa, cum aliud ſimulatur & aliud agitur. Labeo
autem, poſſe‖&‖ ſine ſimulatione id agi vt quis circumuenia-
tur: poſſe & ſine dolo malo aliud agi aliud ſimulari: ſicuti fa-
ciunt qui per eiuſmodi diſſimulationem deſeruiant:[h] & tuen-
tur vel ſua vel aliena. Itaque ipſe ſic definijt, dolum malum
eſſe omnem calliditatẽ, fallaciam, machinationẽ ad circum-
ueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.
2 Labeonis definitio vera eſt. Non fuit autẽ contentus præ-
tor DOLVM dicere, ſed adiecit MALVM: quoniã veteres do-
lũ etiam bonũ dicebãt, & pro ſollertia hoc nomen accipiebãt:

maximè

f obfuerunt
g *Hæc verba ſunt ſtudioſi alicuius, aut potiùs Triboniani: alioqui idem contineret definitio Labeonis, quod Seruij & ſtultisſimè à Labeone Seruius reprahenderetur. Probabile autem eſt Seruium non alio modo definijſſe, quàm præceptorem ſuũ, C. Aquilium Cice. 3. offi. nec differentiam proprietatémque, quam Labeo adhibere voluit, adijcere voluiſſe. quod vt videtur in negotijs rebúſque contrahendis, nemo aliud agere, aliud ſimulare, niſi animo alterius inducendi fraudandique poſſit. Hotoman in Orat. Cice. pro Cæc.*
h ſeruiant

maximè si aduersus hostē latronemve quis machinetur. Ait 3
prætor, SI DE HIS REBVS ALIA ACTIO NON ERIT. Me
ritò prætor ita demū hanc actionē pollicetur, si alia nō sit: quo
a tam famosa · niā famosa[a] actio nō temere debuit à prætore decerni si sit ciui
b qua quis · lis vel honoraria, qua[b] possit experiri. Vsque adeo vt [&]
Pedius libro octauo scribat: etiam si interdictum sit quo quis
experiri, vel exceptio qua se tueri possit: cessare hoc edictum.
Idem & Pomponius libro vicensimo octauo. & adicit, &
si stipulatione tutus sit quis, eum actionem de dolo habere
c stipulatus sit. · non posse: vtputa si de dolo stipulatum[c] sit. Idem Pom- 4
ponius ait & si actionem in nos dari non oporteat: veluti si
d de dolo · stipulatio tam turpis dolo[d] malo facta sit vt nemo daturus
e laborare me vt · sit ex ea actionem: non debere laborare[e] vt habeam de dolo
malo actionem: cum nemo sit aduersus me daturus actionē.
Idem Pomponius refert Labeonem existimare etiam si 5
quis in integrū restitui possit, nō debere ei hanc actionē com-
f sed & si · petere. &[f] si alia actio tempore finita sit, hanc competere nō
debere: sibi imputaturo eo qui agere supersedit: nisi in hoc
g id exiret. · quoq; dolus malus admissus sit vt tēpus exiret.[g] Si quis cū 6
actionē ciuilem haberet vel honorariā in stipulatum dedu-
h deductam eam · ctam,[h] acceptilatione vel alio modo sustulerit: de dolo expe
i nisi & in · riri non poterit, quoniam habuit aliam actionem: nisi[i] in a-
mittenda actione dolū malum passus est. Nō solùm autē si 7
k quæretur · aduersus eum sit alia actio aduersus quē de dolo quæritur,[k]

II. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

l vel à quo · VEl ab[l] eo res seruari poterit.

III. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

NOn habet hoc edictū locū: verumetiam si aduersus alium

IIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

SIt actio: vel si ab alio res mihi seruari potest.

V. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

IDeóque si quis pupillus à Titio, tutore auctore conludēte circumscriptus sit: non debere eum de dolo actionem aduersus Titium habere, cum habeat tutelæ actionem per quā consequatur quod sua intersit. Planè si tutor soluendo non sit, dicendum erit de dolo actionem dari ei.

VI. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

NAm is nullam videtur actionem habere cui propter inopiam aduersarij inanis actio est.

VII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

ET eleganter Pomponius hæc verba SI ALIA ACTIO
m excepit vel accepit · NON SIT sic excipit,[m] quasi res alio modo ei ad quem ea res pertinet, salua esse non poterit. Nec videtur huic sententiæ aduersari quod Iulianus libro quarto scribit, si minor annis viginti quinque consilio serui circumscriptus eum vendidit

dit cum peculio, emptórque eum manumisit, dandā in manumissum de dolo actionem: hoc [a] enim sic accipimus [b] carere dolo emptorem, vt ex empto teneri non posit: *aut* nullam [c] esse venditionem si in hoc ipso vt venderet circumscriptus est. & quòd [d] minor proponitur, non inducit [e] in integrū restitutionem: [f] nam aduersus manumissum nulla in integrum restitutio potest locum habere. Secundum quæ & si pœnali actione indemnitati eius consuli posit, dicendum erit cessare de dolo actionē. Pomponius ‖autem‖ etiam si po-
1 pularis actio sit, cessare de dolo ait actionē. Non solū autē si alia actio nō sit, sed & si dubitetur an alia sit, putat Labeo de dolo dandam actionem: & adfert talem speciem. Qui seruum mihi debebat vel ex venditione vel ex stipulatu, venenum ei dedit, & sic eum tradidit: vel fundum, & dum tradit imposuit ei seruitutem, vel ædificia diruit, arbores excidit vel [g] extirpauit: ait Labeo siue caBit de dolo siue nō, dandā in eum de dolo actionem: quoniam si cauit, dubium est an cōpetat ex stipulatu actio. Sed est verius si quidē de dolo cautū est, cessare actionē de dolo, quoniā est ex stipulatu actio: si non est cautū in exempto quidē actione cessat de dolo actio, quoniā est ex ēpto: in ex stipulatu [h] de dolo actio necessaria est.

Variæ species de eadem re.

2 Si seruum vsuarium proprietarius occidit: legis Aquiliæ actioni & ad exhibendum [i] accidit, si posidens proprietarius occidit: ideóque cessat de dolo actio. Item si seruum legatū heres ante aditam hereditatē occiderit: quoniam prius quàm factus sit legatarij interemptus est, cessat legis Aquilię actio. de dolo autem *actio* quocumque tempore eum occiderit cessat: quia ex testamento actio competit. Si quadrupes tua dolo alterius damnum mihi dederit: quæritur an de dolo habeam aduersus eum actionem. & placuit mihi quod Labeo scribit: si dominus quadrupedis non sit soluendo dari debere de dolo: quamuis si noxę deditio sit secuta, non puto dandam nec in id quod excedit. Idem Labeo quærit, si compeditum seruum meum vt fugeret solueris, an de dolo actio danda sit. & ait Quintus [k] apud eum notans: si non misericordia ductus fecisti, furti teneris: si misericor-
3 dia, in factum actionem dari debere. Seruus pactionis [l] pro libertate reum domino dedit ea condicione vt post libertatem transferatur in eum obligatio: manumissus nō patitur in se obligationē transferri. Pōponius scribit locū habere de dolo actionē. sed si per patronū stabit quo minus obligatio trāsferatur: dicendum ait patronum exceptione à reo summouendum. Ego moueor: quemadmodum de dolo [m] ‖actio‖ dabitur cùm sit alia actio? [n] nisi fortè quis dicat, quoniam exceptione

a siue enim
b *Colligit rem nulla alia actione saluam esse posse, quam actione de dolo. Cum enim emptor non admiserit dolum ex empto propter dolum incidentem in contractum teneri non potest: vel (quod verius est) in casu proposito venditio ipso iure nulla est: cum minor dolo persuasus est, vt venderet seruum. L. in causæ. §. ita relatum. infr. de minorib. & l. 3. infr. pro soc. Restitutio vero aduersus libertatem īadatā non permittitur, tit. C. si aduers. liber.*
c siue nullam
d quod &
proponitur.
e inducitur
f restitutio:
g vel vineas
extirpauit:
h stipulatu
verò,
i id accedit.

k Quintus
Mutius
l pro libertate pactionis
m quemadmodum
enim
n *Probat non esse dandam actionem de dolo hoc argumento, aut stat per patronum, quo minus transferatur obligatio in manumissum: & si agat, exceptione submouebitur: aut non stat per patronum. & tunc dabitur actio ex stipulatu contra expromissorem, nisi fortè obiectio est, cui mox respōdetur in his verbis atquin &c.*

tione patronus summoueri potest si agat cum reo, debere dici, quasi nulla actio sit quæ exceptione repellitur, de dolo decernendam. Atquin patronus tunc summouetur, si nolit expromissorem [c] ipsum manumissum accipere. expromissori planè aduersus manumissum dari debebit de dolo: [d] aut si non sit soluendo expromissor, domino dabitur. Si dolo malo procurator passus sit vincere aduersarium meum vt [e] absolueretur: an de dolo mihi actio aduersus eum qui vicit competat, potest queri. & puto nō competere si paratus sit reus transferre iudicium [f] sub exceptione hac SI COLLVSVM EST. alioquin de dolo actio erit danda: scilicet si cum procuratore agi non possit, quia non esset soluendo. 4

Idem Pomponius refert Cæcidianum [g] prætorem non dedisse de dolo actionem aduersus eum qui adfirmauerat idoneum esse eum, Qui mutua pecunia dabatur: quod verum est. nā nisi ex magna & euidenti calliditate non debet de dolo actio dari. 5

c expromissionem
d de dolo actio:
e ita vt
f iudicium in se sub
g Cecilianum

VIII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

QVod si cùm scires eum facultatibus labi, tui lucri gratia adfirmasti mihi idoneum esse: meritò aduersus te, cùm mei decipiendi gratia alium falsò laudasti, de dolo iudicium dandum est.

VIIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

SI [h] quis adfirmauit minimam esse hereditatem, & ita eam ab herede emit: non est de dolo actio, cùm ex vendito sufficiat. Si autem mihi persuaseris [i] vt repudiem hereditatem, quasi minus soluendo [k] sit: vel vt optem seruum, quasi melior eo in familia non sit: dico de dolo dandam si callidè hoc feceris. [l]

1 Item si tabulæ testamenti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressæ sint, mox mortuo filio prolatę: heredes filij aduersus eos qui suppresserunt, & lege Cornelia & de dolo posse experiri.

h Coniunge l. si mandauero. 42. mand. Duar.
i persuaserit
k soluendo ea
l fecerit

De sequestro.

2 Labeo libro trigensimo [m] septimo posteriorum scribit, si oleum tuum quasi suum defendat Titius, & tu hoc oleum deposueris apud Seium vt is hoc venderet, & pretium seruaret donec inter vos [n] deiudicetur [o] cuius oleum esset: neque Titius velit iudicium accipere: quoniam neque mandati neq; sequestraria Seium conuenire potes nondum impleta condicione depositionis: de dolo aduersus Titium agendum. Sed Pomponius libro vicensimo septimo posse cū sequestre [p] præscriptis verbis actione agi: vel si is soluendo non sit, cum Titio de dolo. quæ distinctio vera esse videtur.

3 Et si seruum pigneratum noxæ mihi dederis per iudicem, & it Absolutus [q] de dolo [r] teneris si apparuerit esse eum pignori datum. Hæc de dolo actio noxalis erit. ideo Labeo quoque libro trigensimo

m lib. 7.
n inter nos
o diiudicetur, diiudicaretur
p sequestro
q iudicem is absolutus:
r *Tametsi actione iudicati liberatus sis, l. 4. in fi. infr. de re iud. In qua concilian da cum hoc loco valde se torquent interpretes.*

simo prætoris peregrini scribit, de dolo actionem serui nomine interdum de peculio interdum noxalem dari. Nam si ea res est in quam [a] dolus commissus est, ex qua de peculio daretur actio: & nunc [b] in peculio [c] dandam. sin vero ea sit ex qua noxalis: hoc quoque noxale futurum. a in qua b & tunc c de peculio

Interpretatio malorum edicti verborum.

4 Meritò [d] causæ cognitionem prætor inseruit: neque enim passim hæc actio indulgenda est. nam ecce in primis si modica summa sit, d meritò quoque

X. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

ID est vsque ad duos aureos:

De parente & patrono.

XI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

NOn debet dari. Quibusdam [e] personis non dabitur: vt puta liberis vel libertis aduersus parẽtes patronósve, cum sit famosa. Sed nec humili aduersus eũ qui dignitate excellet, debet [f] dari: puta plebeio aduersus consularẽ receptæ auctoritatis: vel luxurioso atque prodigo aut aliàs vili aduersus hominem vitæ emendatioris. & ita Labeo. Quid ergo est? in horum persona dicendum est. IN FACTVM verbis temperandam [g] actionem dandam, vt bonæ fidei mentio fiat. e Sed & quibusdã f debet g temperandam de dolo actionem,

XII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

NE ex dolo suo lucrentur.

XIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

HEredibus tamen harum personarum, item aduersus heredes de dolo actio erit danda.

De pupillo.

1 Item in causæ cognitione versari Labeo ait ne in pupillum de dolo detur actio, nisi fortè nomine hereditario conueniatur. Ego arbitror & [h] ex suo dolo conueniendum si proximus pubertati est: maximè si locupletior ex hoc factus est. h & hunc ex

XIIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

QVid enim si impetrauerit à procuratore petitoris vt ab eo absolueretur: vel si de tutore mentitus pecuniam accepit: vel alia similia admisit quæ non magnam machinationẽ exigunt?

XV. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

SEd & ex dolo tutoris si factus est locupletior, puto in eum dandam actionem, sicut exceptio datur.

De municipibus.

Sed an in municipes de dolo detur actio, dubitatur. Et puto ex suo quidem dolo non [i] posse dari: quid enim municipes dolo facere possunt? sed si quid ad eos peruenit ex dolo eorum qui res eorum administrant: puto dandam. De dolo autem decurionum in ipsos decuriones dabitur de dolo actio. i actionem non posse

L *De pro-*

De procuratore.

Item si quid ex dolo procuratoris ad dominum peruenit, datur in dominum de dolo actio in quantum ad eum peruenit: nam procurator ex dolo suo procul dubio tenetur.
In hac actione designari oportet cuius dolo factum sit: 1
quamuis in metu non sit necesse.

Interpretatio verborum edicti, quæ non extant.

XVI. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

ITem exigit pretor vt comprehendatur quid dolo malo factum sit: scire enim debet actor in qua re circumscriptus [a] sit nec in tanto crimine vagari.[b]

a circumscriptum
b vagari oportet.

XVII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

SI plures dolo fecerint, & vnus restituerit:[c] omnes liberantur. quòd si vnus quanti ea res est præstiterit: puto adhuc
ceteros liberari. Hæc actio in heredem & ceteros successo- 1
res datur dumtaxat de eo quò ad eos peruenit.

c rem restituerit:

Arbitraria actio.

XVIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

ARbitrio iudicis in hac quoque actione restitutio comprehenditur: & nisi fiat restitutio, sequitur condênatio quanti ea res est. Ideo autem & hic & in metus causa actione certa quantitas non adIcitur, vt possit per contumaciam suam tanti reus condemnari quanti actor in litem iurauerit. Sed [d] officio iudicis debet in vtraque actione taxatione iusiuran-
dum refrenari. Non tamen semper in hoc iudicio arbitrio[e] 1
iudicis dandum est. quid enim si manifestum sit restitui [f] nô posse? veluti si seruus dolo malo traditus defunctus sit, ideóque protinus condemnari debeat in id quod intersit actoris.
Si dominus proprietatis insulam, cuius vsusfructus lega- 2
tus erat, incenderit: non est de dolo actio: quoniã aliæ ex hoc oriuntur actiones.

d Licet officio
e arbitrium
f rem restitui

Falsa pondera.

De eo qui sciens commodasset[g] pondera[h] vt venditor emp- 3
tori merces adpenderet, Trebatius de dolo dabat actionem. Atquin si maiora pondera commodauit: id quod amplius mercis datum est, repeti condictione potest. si minora: vt reliqua merx detur ex empto agi potest: nisi si ea condicione merx venit[i] vt illis ponderibus traderetur: cùm ille decipiendi causa adfirmasset se æqua pondera habere.

g commendasset
h falsa pondera
i veniit

De lite, quæ triennio perit.

Dolo[k] cuius effectũ est vt lis temporibus legitimis trans-
actis pereat, Trebatius ait[l] de dolo dandum iudicium, non vt 4
arbitrio iudicis[l] res[l] restituatur, sed vt tantum actor consequatur quanti eius interfuerit id non esse factum: ne aliter obser-
uantibus lex [m] circumscribatur. Si seruum quem tu mihi 5
promiseras

k Si cuius dolo
l ait aduersus eum de dolo
m *Quod fieret, si restitutio daretur finito tempore legibus præscripto ad eam impetrandam.*

promiſeras, alius occiderit: de dolo malo actionem in eum dandã plerique rectè putant: quia tuà me liberatus ſis. ideóque legis Aquiliæ[a] actio tibi denegabitur.[b]

XVIIII. PAPINIANVS libro XXXVII. Quæſtionum

SI fideiuſſor promiſſum animal ante moram occiderit: de dolo actionẽ reddi aduerſus eum oportere Neratius Priſcus & Iulianus reſponderunt: quoniam debitore liberato, per conſequentias[c] ipſe quoque dimittitur.

XX. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

SEruus[d] tuus cùm tibi[e] deberet nec ſoluendo eſſet, hortatu tuo pecuniam mutuam à me accepit & tibi ſoluit: Labeo ait de dolo malo actionem in te dandam: quià nec de peculio vtilis ſit cum in peculio nihil ſit: nec in rem domini verſum videatur cùm ob debitum dominus acceperit.

a *Actio legis Aquiliæ, l. item Mela. infr. ad l. Aquil. & l. locum. §. ſi. in fin. infr. de vſufr. & ſupr. eod l. 7, §. ſi certum. Quòd ſi area vſusfructus legatus ſit, & ædificiũ in ea poſitum à proprietario, quia nullũ damnum dedit, proinde actio legis Aquiliæ ceſſat: de dolo autem agendum eſt. l. repeti. §. vlt. infrà, quibus mod. vſusfr. vel vſ. amitt.*

b denegetur.

c conſequentiam

d *Coniunge. l. 54. ad leg. Aquil. Duar.*

e cum tibi decem

Dolo abſolutus.

1 Si perſuaſeris mihi nullam ſocietatem tibi fuiſſe cum eo cui heres[f] ſum: & ob id iudicio abſolui te paſſus ſim: dandam mihi de dolo actionem Iulianus ſcribit.

f cuius hæres

De iureiurando, & periurio.

XXI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

QVod ſi deferente me iuraueris & abſolutus ſis, poſtea periurium fuerit adprobatum: Labeo ait de dolo actionem in eum dandam. Pomponius autẽ per iuſiurandũ tranſactum videri. quam ſententiam & Marcellus libro octauo[g] digeſtorum probat: ſtari enim religioni debet.

g lib. 7.

XXII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

NAm ſufficit periurij[h] pœna.

h *Periurij pœna diuina exitium: humana, dedecus. Cice. lib. 2. de leg.*

Indebitum errore ſolutum.

XXIII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

SI legatarius cui ſupra modum legis Falcidiæ legatum eſt, heredi adhuc ignoranti ſubſtantiã hereditatis vltro iurando[i] vel quadam alia fallacia perſuaſerit, tanquam ſatis abundéque ad ſolida legata ſoluenda ſufficiat hereditas, atque eo modo ſolida legata fuerit conſecutus: datur de dolo[k] actio.

i iureiurando

k de dolo malo

Sententia pro libertate.

XXIIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

SI dolo acciderit eius qui verba faciebat pro eo qui de libertate contendebat, quo minus præſente aduerſario ſecundũ libertatẽ pronũtietur: puto ſtatim de dolo dãdã in eũ actionẽ: quia ſemel pro libertate dictã ſententiã retractari nõ oportet.

Abſolutio dolo facta.

XXV. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

CVm à te pecuniam peterem, eóque nomine iudicium acceptum eſt, falsò mihi perſuaſiſti, tanquam eam pecuniã ſeruo meo aut procuratori ſoluiſſes: eóque modo conſecutus

es vt consentiente me absoluereris: quærentibus nobis an in te doli iudicium dari debeat, placuit de dolo actionem non dari: quia alio modo mihi succurri potest. nam ex integro[a] agere possum, & si obIciatur exceptio rei iudicatæ, replicatione iure vti potero.

a De re principali actio pristina datur, vt hic. Actio autē de dolo datur de eo, quod actori abest extra id, quod prima actione persequi potest, puta de sumptibus in litem factis. l. 20. supr. eod.

De hærede.

XXVI. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

IN heredem eatenus daturum se eam actionē proconsul pollicetur, quatenus ad eum peruenerit: id est quatenus ex ea re locupletior ad eum hereditas venerit.[b]

b peruenit

DXXVII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

Olóve malo eius factum est quo minus peruenerit.

XXVIII. GAIVS libro quarto ad Edictū Prouinciale

ITaque si accepto lata sit tibi pecunia: omnimodo cum herede tuo agetur. At si res tibi tradita sit: siquidem mortuo te ea res extitit, agetur cum herede tuo: si minus, non agetur. Sed vtique in heredem perpetuò dabitur: quia non debet lucrari ex alieno dāno. Cui conueniens est vt &[c] in ipso qui dolo commiserit, in id quod locupletior esset, perpetuò danda sit in factum actio.

c vt & in ipsum qui dolum

XXVIIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

SAbinus putat calculi ratione potius quàm maleficij heredem conueniri: denique famosum non fieri: ideóque in perpetuum teneri oportere.

NXXX. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

Eque causæ cognitio in heredis persona erit necessaria.

De possessione.

XXXI. PROCVLVS libro secundo Epistularum

CVm quis persuaserit familiæ meæ vt de possessione decedat: possessio quidem non amittitur, sed de dolo malo iudicium[d] in eum competit si quid damni mihi accesserit.

d actio

De seruo manumisso ante tempus in fraudem hæredum.

XXXII. SCAEVOLA libro secundo Digestorum

FIlius[e] legatum sibi seruum per præceptionē, rogatus manumittere post certum tempus ‖postea‖ quàm rationes ipsi & coheredibus fratribus reddidisset: ante diem & ante redditas rationes ad libertatem vindicta manumittendo perduxerat. quæsitum est an ex fideicommisso fratribus teneatur vt rationes eorum[f] proportionibus redderet. Respondi cùm liberum fecisset, ex causa quidem fideicommissi non teneri: verùm si ideo properasset manumittere ne rationes fratribus redderet, posse de dolo actionem in eum exercere.[g]

e Si filiusfamilias

f proportionibus eorum

g exerceri.

Actio

Actio in factum loco actionis de dolo.

XXXIII. VLPIANVS libro quarto Opinionum

REi [a] quam venalem possessor habebat, litem proprietatis aduersarius mouere cœpit, & posteaquam oportunitatē emptoris cui venundari potuit peremit, destitit: placuit possessori hoc nomine actionem in factum cum sua indemnitate competere.

a rem

XXXIIII. IDEM libro XLII. ad Sabinum

SI cùm mihi permisisses saxū ex fundo tuo eicere, vel cretam vel harenā fodere, & sumptum in hanc rem fecerim, & [b] non patiaris me tollere: nulla alia quàm de dolo ‖ malo ‖ actio locum habebit.

b nec

Nulla hic alia competit actio: quia ante aditam hæreditatem.

XXXV. IDEM libro trigensimo ad Edictum

SI quis tabulas testamenti apud se depositas, [c] post mortem testatoris deleuit vel alio modo corruperit: heres scriptus habebit aduersus eum actionem de dolo. Sed & his quibus legata data [d] sunt ‖ danda ‖ erit de dolo actio.

c Significat ante aditam hæreditatem deletas tabulas: quo tempore hæres dominus non est: vt nec ad exhibendū, nec lege Aquilia possit experiri: contra, si post aditionem idem fiat, cessat de dolo actio: cùm superiores actiones locum habeant, atque etiam actio depositi. l. 42. & argum. 15. l. ad leg. Aquil. Ideo autem datur hæredi scripto, & legatariis de dolo actio, quòd corruptis tabulis frustra ille adeat hæreditatem, & hi petant legata.

d danda

Doli compensatio.

XXXVI. MARCIANVS libro secundo Regularum

SI duo dolo malo fecerint, inuicem de dolo non agent.

Commendatio rei venditæ.

XXXVII. VLPIANVS libro XLIIII. ad Sabinum

QVod venditor vt commendet dicit, sic habendum, quasi neque dictum neque promissum, est. Si verò decipiendi [e] emptoris causa dictū est: æquè sic habendum est, vt non nascatur aduersus dictū promissúmve actio, sed de dolo actio. [f]

e Huc pertinet, quod Cic. copiosè disserit lib. 3. off. in eo loco, quo Pythii & Canii meminit.

f actio detur

Liberatus dolo.

XXXVIII. IDEM libro quinto Opinionum

QVidam debitor epistulam quasi à Titio mitti creditori suo effecit vt ipse liberetur: hac epistula creditor decept⁹. Aquiliana stipulatione & acceptilatione liberauit debitorem: postea epistula falsa vel inanis [g] reperta, creditor maior quidem annis vigintiquinque de dolo habebit actionē, minor autem in integrum restituetur.

g inanis

XXXVIIII. GAIVS libro XXVII. ad Edictum Prouinciale

SI [h] te Titio optuleris de ea re quam non possidebas, in hoc vt alius vsucapiat: & iudicatum solui satisdederis: quamuis absolutus sis, de dolo malo tamen teneberis. & ita Sabino placet.

h Ex tractatu de prætor. stipul. Duar.

XL. FVRIVS ANTHIANVS libro primo ad Edictum

IS qui decepit aliquem vt hereditatem non idoneam adiret, de dolo tenebitur: nisi fortasse ‖ ipse ‖ creditor erat, & solus erat: tunc enim sufficit contra eum doli mali exceptio.

DE MINORIBVS VIGINTIQVINQVE ANNIS TIT. IIII.

Interpretatio edicti prætorii.

VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

HOc edictum prætor naturalē æquitatem secutus proposuit: quo tutelam minorum suscepit. nam cùm inter omnes constet fragile esse & infirmum huiusmodi ætatium [a] consilium, & multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum: auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus est & aduersus captiones opitulationē. Prætor edicit, QVOD CVM MINORE QVAM VIGINTIQVINQVE ANNIS NATV GESTVM ESSE DICETVR: VTI [b] QVAEQVE RES ERIT ANIMADVERTAM. Apparet minoribus annis vigintiquinque eum opem polliceri: nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat. Et ideo hodie in hanc vsque ætatem adulescentes curatorum auxilio reguntur. nec ante rei suæ administratio eis committi debebit, quamuis bene rem suam gerentibus.

Numerus liberorum.

II. IDEM libro nonodecimo ad legem Iuliam & Papiam

NEc [c] per liberos suos rem suam maturius à curatoribus recipiat. Quod enim legibus cauetur vt singuli anni per singulos liberos † demittantur, [d] ad honores [e] pertinere Diuus Seuerus ait non ad rem [f] suam recipiendam.

III. IDEM libro vndecimo ad Edictum

DEnique diuus Seuerus & Imperator noster huiusmodi consulum vel præsidum decreta quasi ambitiosa esse interpretati sunt. Ipsi autem perrarò minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulserunt. & eodem [g] iure vtimur.

Quod ceptum est à minore, si fuerit à maiore perfectum, initiúmne, an finis spectabitur?

Si quis cum minore contraxerit, & contractus inciderit in tempus quo maior efficitur: vtrum initium spectamus an finem? & placet vt est & constitutum, si quis maior factus coNprobauerit quod minor gesserat: restitutionem cessare. Vnde illud non ineleganter Celsus epistularum libro vndecimo & digestorum secundo tractat, ex facto à Flauio [h] Respecto prætore consultus. Minor annis vigintiquinque annos fortè vigintiquattuor agens iudicium tutelæ heredi tutoris dictauerat: mox factum vt ‖non‖ finito iudicio iam eo maiore effecto vigintiquinque annis, tutoris heres absolutus proponeretur: in integrum restitutio desiderabatur. Celsus igitur Respecto suauit, non facilè hunc quondam minorem in integrum restitui: sed [i] si ei probaretur calliditate aduersarii id actum

a ætatum, ætatis

b vtique quæ ea res

c Coniunge l. 6. de vsucap. l. 8. de mune. & honor. D uar.

† permittantur,

d al. remittantur,

e Ad quos non admittebantur ante 25. annum. l. ad remp. infr. demum. & honor.

f Ne suo incommodo administrent. Et de his sentire videtur, qui curatorem acceperunt, quibus non debet committi administratio ante ætatem supradictā. supr. eod. l. 1. in fin. & hic. licet qui non acceperint curatores, administrēt rem, & restituantur l. 3, C. de in integ. rest. mino.

g eo

h Fuluio

i Id est, nisi, græcorum imitatione, Gouea. 1. lect. ca. 13.

actum vt maiore eo facto liberaretur. neque enim extremo, inquit, iudicii die videtur solùm deceptus hic minor, sed totum hoc [a] structum [b] vt maiore eo facto liberaretur. Idem tamen confitetur sileuior sit suspicio aduersarii quasi dolosè
2 versati: non debere hunc in integrum restitui. Scio etiam illud aliquando incidisse: Minor vigintiquinque annis miscuerat se paternæ hereditati: maiorque factus exegerat aliquid à debitoribus paternis: mox desiderabat restitui in integrum quo magis abstineret paterna hereditate. contradicebatur ei, quasi maior factus comprobasset quod minori sibi placuit. putauimus tamen restituendum in integrum initio inspecto. Idem puto & si alienam adijt hereditatem.

a obstructum
b Gou. li. 1. lect. cap. 13. sed toto hoc structum, i. toto iudicio id actum, & cogitatum.

Minor quis.

3 Minorem [c] autem vigintiquinque annis [d] natu, videndũ an etiam [e] diem natalis sui adhuc [f] dicimus ante [g] horam qua natus est, vt si captus sit [h] restituatur: & cum nondum cõpleuerit, ita erit dicendum: vt à momento [i] in momentum tempus spectetur. Proinde & si bissexto natus est, siue priore siue posteriore die, Celsus scripsit nihil referre: nam id biduũ pro vno die habetur, & posterior dies Kalendarũ intercalatur.

c Minore quam
d annorum
e an die, *vel* an in diem
f ad hoc ducimus
g an horam, in qua
h captus sit, cum nondum compleuerit restituatur, & ita
i *Pro hora vsurpatur.*

De filiofamiliàs minore.

4 Sed vtrum solis patribusfamiliarum an etiam filiisfamiliarum succurri debeat, videndum. Mouet dubitationẽ quòd si quis dixerit etiam filijsfamiliarũ in re peculiari subueniendum, efficiet vt per eos etiam maioribus subueniatur, id est patribus eorum: quod nequaquam fuit prætori [k] propositũ: prætor enim minoribus auxilium promisit non maioribus. Ego autem verissimam arbitror sententiam existimantium filiumfamilias minorem [l] annis in integrum restitui posse ex his solis causis quæ ipsius intersint: puta si sit obligatus. Proinde si iussu patris obligatus sit, pater vtique poterit insolidũ conueniri: filius autem cum & ipse posiit vel in potestate manens conueniri, vel etiam emancipatus vel exheredatus, in id quod facere potest, & quidem in potestate manens etiam inuito patre ex condemnatione conueniri: auxiliũ impetrare debebit si ipse [m] conueniatur. Sed an hoc auxilium patri quoque prosit, vt solet interdũ fideiussori eius prodesse, videamus. & nõ puto profuturũ. Si igitur filius cõueniatur, postulet auxiliũ: si patrẽ conueniat creditor auxiliũ cessat, excepta mutui datione: in hac [n] enim si iussu patris mutuã pecuniã accepit, nõ adiuuatur. Proinde & si sine iussu patris cõtraxit & captus est: siquidẽ pater de peculio conueniatur, filius nõ erit restituend9: si filius cõueniatur, poterit restitui. Nec eo mouemur, quasi intersit filij peculiũ habere: magis enim patris quã filij interest, licet aliquo casu ad filiũ peculiũ spectet. vtputa

k prætoris
l minorem XXV. annis
m *Quod igitur dicitur l. cum mandatu. infrà eod. non habere beneficium restitutionis, accipe nisi ipse conueniatur ita, vt in euentu damnum passurus sit.*
n in hac

a debitum pecuniarum
b peculium eius
c diui Claudii
d non ſtatim dotem ſtipulanti

ſi patris eius bona à fiſco propter debitum [a] occupata ſunt: nam peculiũ ei [b] ex conſtitutione Claudii [c] ſeparatur. Ergo 5
etiam filiamfamilias in dote captam dum patri conſentit ſtipulanti [d] dotem non ſtatim quàm dedit, vel adhibenti aliquẽ qui dotem ſtipularetur, puto reſtituendam: quoniam dos ipſius filiæ proprium patrimonium eſt.

Si aduerſus adrogationem.

Si quis minor vigintiquinque annis adrogandum ſe dedit, 6
& in ipſa adrogatione ſe circumuentũ dicat: finge enim à prędone eum hominem locupletem adrogatum: dico debere eum audiri in integrum ſe reſtituentem.

Si aduerſus liberationem.

Si quid minori fuerit filiofamilias legatum poſt mortem 7
patris, vel fideicommiſſum relictum, & captus eſt, fortè dum

e conſenſit

conſentit [e] patri paciſcenti ne legatum peteretur: poteſt dici in integrum reſtituendum, quoniam ipſius intereſt propter ſpem legati quod ei poſt mortem patris competit. Sed & ſi ei legatum ſit aliquid quod perſonæ eius cohæret, puta ius militiæ, dicendum eſt poſſe eum reſtitui in integrum: interfuit enim eius nõ capi, cum hanc patri non adquireret ſed ipſe haberet.

Si aduerſus negligentiam.

Et ſi heres ſit inſtitutus ſi à patre in diebus centũ ſit eman- 8
cipatus: mox patrem debuerit certiorare nec fecerit ‖ cum poſſet, ‖qui [f] eum emancipaſſet ſi cognouiſſet: dicendũ erit poſſe

f qui tamen

eum reſtitui in integrũ parato patre eũ emancipare. Pom- 9
ponius adIcit, ex his cauſis ex quibus in re peculiari filiifamilias reſtituuntur, poſſe ad patrem quaſi heredem nomine filij poſt obitum eius impetrare cognitionem. Si autem filiusfamilias ſit qui caſtrenſe peculium habeat: procul dubio ex his quæ ad caſtrenſe peculium ſpectant, in integrum reſtituendus erit quaſi in proprio patrimonio captus.

De ſeruo minore.

Seruus auteMinor annis vigintiquinque nullo modo re- 10
ſtitui poterit: quoniam domini perſona ſpectatur, qui ſibi debebit imputare cur minori rem commiſit. Quare & ſi per impuberem contraxerit, idem erit dicendum: vt & Marcellus libro ſecundo digeſtorum ſcribit. Et ſi fortè libera peculii adminiſtratio minori ſeruo ſit conceſſa, maior dominus ex hac cauſa non reſtituetur:

IIII. AFRICANVS libro ſeptimo Quæſtionum

ETenim quodcumque ſeruus ita gerit, voluntate domini gerere intellegendus eſt. & magis hoc apparebit ſi aut de inſtitoria actione quæratur, aut ſi proponatur maiorẽ annis vigintiquinque negotium aliquod gerendũ minori mãdaſſe, & illum in ea re deceptum eſſe.

V. VLPIA-

V. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

SI [a] tamen is seruus fuit, cui fideicommissaria libertas debebatur præsens, & fuit captus cum re [b] mora ei fit, poterit dici prætorem ei succurrere oportere.

a *Cui fideicommissaria libertas relicta est, is nisi manumittatur ab hærede, cum possit, nulla interpellatione facta, moram intelligitur pati in re, & ideo liber habetur. l. cum verò de fideicom. libertat. Quare si inter moras captus sit quasi liber restituetur, si minor fuit. Hic sua enim interest restitui ex ea causa. l. 3. eo.*

b quoniam re, *vel* cum in rem

Vexatio litis.

VI. IDEM libro decimo ad Edictum

MInoribus vigintiquinque annis subuenitur per in integrũ restitutionem non solùm cum de bonis eorum aliquid minuitur, sed etiam cum intersit ipsorum litibus & sumptibus non vexari.

Aliorum edicti verborum interpretatio.

VII. IDEM libro vndecimo ad Edictum

AIt prætor, GESTVM [c] ESSE DICETVR: GESTVM [d] sic accipimus, qualiter [e]: siue contractus [f] sit siue quid aliud contigit. proinde si emit aliquid, si vendidit, si societatem coit, si mutuam pecuniam accepit, & captus est: ei
1 succurretur. Sed & si ei pecunia à debitore paterno soluta sit vel proprio, & hanc perdidit: dicendum est ei subueniri, quasi gestum sit cum eo. Et ideo si minor conueniat debitorem, adhibere debet curatores vt ei soluatur pecunia. ceterum non ei compelletur soluere. Sed hodie solet pecunia in ædem [g] deponi, vt Pomponius libro vicensimo octauo scribit, ne vel debitor vltra vsuris oneretur, vel creditor minor perdat pecuniam: aut curatoribus solui, si sunt. Permittitur etiam ex constitutione principum debitori compellere adulescentem ad petendos sibi curatores. Quid tamẽ si prætor decernat soluendam pecuniam minori sine curatoribus, & soluerit? an possit esse securus dubitari potest. Puto autem si allegans minorem esse compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandũ: nisi fortè quasi aduersus iniuriam appellãdum quis ei putet. Sed credo prætorem hunc minorem in integrum restitui volentem auditurũ non esse.
2 Non solùm autem in his ei succurritur, sed etiam in interuentionibus: vtputa si fideiussorio nomine se vel rem suam obligauit. Pomponius ‖autem‖ videtur adquiescere distinguentibus arbiter [h] ad fideiussores probandos constitutus eum probauit, an verò ipse aduersarius. mihi autem semper succurrendum videtur si minor sit & se circumuentum doceat. Sed & in iudiciis subuenitur: siue dum agit siue dum conuenitur captus sit. Sed & si hereditatem minor adiit minus lucrosam, succurritur ei vt se possit abstinere: nam & hic acceptus [i] est. Idem & in bonorum possessione vel alia successione.
3 Non solùm autem filius qui se miscuit [k] paternæ hereditati, sed & si aliquis sit ex necessariis minor anni Simili modo restitutionem impetrabit.

c quod cum minore XXV. annis natu gestum

d *Aliis locis contrahitur significatio huius dictionis aliterque accipitur.*

e qualitercunque

f contractum

g in ædem sacram. *Solo ædis nomine ædes sacra significatur. In æde autem Saturni pecunia publica asseruabatur, & in sponsione apud sacrũ pontificem deponebatur: ita enim legendum est apud Varronem, non autem* pontem

h an arbiter

i captus

k immiscuit

veluti si seruus sit cum libertate institutus: dicendū enim erit si se miscuit, posse ei subueniri ætatis beneficio vt habeat bonorum suorum separationem. Planè qui post aditam hereditatem restituitur, debet præstare si quid ex hereditate in rem eius peruenit, nec perijt per ætatis iNbecillitatem.

Etiam lucri ratio hic habetur.

Hodie certo iure vtimur vt & in lucro minoribus succurratur. 4
Pomponius quoque libro vicensimo octauo scribit, & [a] si sine dolo cuiusquam legatum repudiauerit vel in optionis legato captus sit dum elegit deteriorem, vel si duas res promiserit illam aut illam, & pretiosiorem dederit, debere subueniri: ‖& subueniendum est.‖ Quæsitum est ex eo quod 5
in lucro quoque minoribus subueniendum dicitur: si res eius venierit, & existat qui plus liceatur: an in integrum propter lucrum restituendus sit. & cottidie prætores eos restituunt vt rursum admittatur licitatio. Idē faciunt ‖&‖ in his rebus quæ seruari eis debent, quod circumspectè erit faciendum. Ceterum nemo accedet ad emptionem rerum pupillarium nec si bona fide distrahantur. Et destrictè [b] probandum est in rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, non esse minori aduersus emptorem succurrendum: nisi aut sordes aut euidens gratia tutorum siue curatorum doceatur. Restitutus autem, cum 6
[c] se hereditati misceat vel [d] eam adeat quam repudiauit, rursus restitui poterit vt se abstineat: & hoc & rescriptū & responsum est.

Si aduersus repudiationem hæreditatis.

Sed quod Papinianus libro secundo responsorum ait, mi- 7
nori substitutum seruum necessariū repudiante quidem hereditatem minore necessarium fore: & si fuerit restitutus minor, liberum nihilo minus remanere [e]: si autem prius minor adijt hereditatē, mox abstentus est, substitutum pupillo seruum cum libertate, non posse heredem existere neque liberū esse: non per omnia verum est. Nam si non est soluendo hereditas, abstinente se herede & Diuus Pius rescripsit & Imperator noster & quidem in extraneo pupillo, locum fore necessario substituto. Et quod ait LIBERVM MANERE, tale est, quasi non [f] * & * heres maneat, cum pupillus impetrat restitutionem posteaquam abstentus est: cum enim pupillus heres non fiat, sed vtiles actiones habeat: sine dubio heres manebit qui semel extitit.

Si minor non appellauit, vel non adfuit.

Item si non prouocauit intra diem, subuenitur [g] vt prouocet: 8
finge enim hoc desiderare. Item & in eremodicijs [h] ei subuenitur. constat autem omnis ætatis hominibus restaurationem eremodicij præstari si se doceant ex iusta causa afuisse [i].

a si sine

b districtè
c vt se
d *vel* vt eam
e manere
f non etiam
g subuenitur ei vt
h *Eremodicium, litis desertio est, id quod ipsum verbum sonat: Non est autem desertum vadimoniū, vt putant. Nam si eremodicium desertū vadimonium est maioribus, qui ex iusta causa venire ad iudicem non potuere, quid est per restitutionē succurrere prætorem, cum ope exceptionum tuti sint? l. 2. si quis caut. Præterea, deserto vadimonio, pœna dumtaxat in stipulatione comprehensa committitur, lis non omittitur. Postremò in eremodicium incidunt actores non rei, vadimonium deserit reus. Desertum autem vadimonium est deserta promissio sistendi. l. sed & si quis. §. quæsitum. si quis caut. Gou. lib. 1. lect. c. 40.*
i absfuisse

VIII. HERMOGENIANVS libro primo Iuris Epitomarũ

MInor etiam si quasi contumax condemnatus sit in integrum restitutionis auxilium implorabit.

Si aduersus rem iudicatam.

VIIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

SI ex causa iudicati pignora minoris capta sint & distracta: mox restitutus sit aduersus sententiam præsidis vel procuratoris Cæsaris: videndũ an ea reuocari debeant quæ distracta sunt. nã illud certũ est, pecuniam ex causa iudicati solutam ei restituendã. sed[a] interest ipsius corpora potius habere. ‖&‖ puto interdũ permittendum, id est si grande damnũ sit minoris.

a sed si interest

Si aduersus dotem.

1 In dotis quoque modo mulieri subuenitur, si vltra vires patrimonij vel totum[b] patrimoniũ circumscripta in dotẽ dedit.

b *Potest igitur mulier omnia bona in dotem dare ita, vt nõ circumscribatur, et quod nulla lege vetatur facere. l. nulla, C. de iur. dot.*

Si aduersus delictum.

2 Nunc videndum minoribus vtrum in contractibus captis dumtaxat subueniatur, an etiam delinquentibus. vtputa dolo aliquid minor fecit in re deposita vel cõmodata, vel aliàs in contractu: an ei subueniatur si nihil ad eum peruenit? & placet in delictis minoribus non subueniri. nec hic itaque subuenietur. * Nam & si furtum fecit vel damnum iniuria dedit: non ei subuenietur *. Sed si cum ex damno dato confiteri possit ne dupli teneatur, maluit negare: in hoc solùm restituendus sit vt pro confesso habeatur. Ergo & si potuit pro fure[c] damnum decidere magis quàm actionem dupli vel quadrupli pati: ei subuenietur. si mulier cum culpa diuertisset velit sibi subueniri: vel si maritus: puto restitutionem non habendam, est enim delictum non modicum. nam‖ &‖ si adulterium minor commisit, ei non subuenitur.

c pro furto

Si aduersus seruitutem.

3 Papinianus[d] ait, si maior annis viginti minor[e] vigintiquinque se in seruitutem venire patiatur; ‖id est si pretiũ participatus est, ‖non solere restitui, sed[f] hoc meritò: quoniã res nec[g] capit restitutionẽ cum statum mutat. Si in commissum incidisse vectigalis dicatur, erit in integrum restitutio. quod sic erit accipiendum, si non dolus ipsorum interueniat: ceterum cessabit restitutio.

d Pomponius
e minor autem
f & hoc
g non

Si aduersus libertatem.

Aduersus libertatem quoque minori à prætore subueniri impossibile est:

X. PAVLVS primo vndecimo ad Edictum

NIsi ex magna causa hoc à principe fuerit consecutus,

XI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

VErũ[h] vel[i] de dolo vel vtilis[k] actio erit in id quod minoris interfuit nõ manumitti. proinde quicquid hic haberet si nõ manu-

h *Cùm minor à seruo circumuentus est.*
i de dolo vtilis
k *Cum minor non circumuentus manumisit. Est autem hæc actio in factum subsidiaria ad quam decurrit prætor cum alia tam ciuiles, quàm prætoria deficiunt. l. qui seruandarum. infr. de præscrip. ver. l. Iurisgentium. in princi. de pact.*

manumisisset, id ei nunc præstabitur. Sed & nomine earum
a & furti conditio — rerum quas dominicas seruus manumissus supprimebat, com
petunt aduersus eum actiones ad exhibendum, & furti,[a] &
b in seruitute — condictio: videlicet quoniam & manumissus eas contrecta-
bat. Ceterum ex delicto in seruitutem[b] facto, domino ad-
c Quod si — uersus eum post libertatem actio nō competit: & hoc rescrip-
to Diui Seueri continetur. Quid[c] si minor vigintiquinque 1
d sic & Scæuola — annis, maior viginti hac lege vendiderit, vt manumittatur?
ideo proposui maiorem viginti, quoniam[d] & Scæuola scri-
e Gouean. interpre- — bit libro quartodecimo quæstionum. & magis est vt sententia
tationem esse putat, — constitutionis Diui Marci ad Aufidium Victorinum hunc[e]
& pro hunc legit — ‖id est minorem viginti annis‖ non complectatur. quare vi-
hoc lib. 1. lect. c. 13. — dendum an maiori viginti annis subueniatur. & si quidem an-
te desideret quàm libertas competat, audietur: sin verò po-
stea, non possit. Item quæri potest si is qui emit hac lege,
minor sit, an restitui possit. & si quidem nondum libertas
competit, erit dicendum posse ei subueniri: sin verò posteaquā
dies venit, voluntas maioris venditoris libertatem imponit.

Species, in qua interuenit cognitio principis loco restitutionis prætoriæ.

Ex facto quæsitum est, adulescentes quidam acceperant
curatorem Saluianum quendam nomine: hic cum curam ad- 2
ministrasset, beneficio principis vrbicam procurationem erat
adeptus: & apud prætorem se à cura adulescentium excusa-
uerat absentibus eis. adulescentes adierant prætorem, deside-
rantes in integrum aduersus eum restitui, quòd esset contra
constitutiones excusatus: cum ‖enim‖ susceptam tutelam non
alii soleant deponere quàm qui trans mare reipublicæ causa
absunt, vel hi qui circa principem sunt occupati, vt in con-
siliarii Menandri Arrii persona est indultum, ‖meruisset au-
tem Saluianus excusationem, adulescentes quasi capti in
integrum restitui à prætore desiderauerant: ‖Aetrius[f] Seue-
f Decius — rus quia dubitabat, ad Imperatorem Seuerum rettulit: ad
quam consultationem successor[g] eius Benidio[h] Quieto re-
g successori —
h Vindio, Ventidio — scripsit nullas partes esse prætoris: neque enim contractum
proponi cum minore annis vigintiquinque: sed principes in-
teruenire, & reducere hunc ad administrationem qui per-
peram esset à prætore excusatus.

Caussæ cognitio in restitutione.

Sciendum est autem non passim minoribus subueniri sed
causa cognita, si capti esse proponantur.[i] Item[k] non resti- 3
i probentur. — tuetur qui sobriè rem suam administrans occasione damni
k Ita — non inconsultè accidentis sed fato, velit restitui: nec enim euē
tus damni restitutionē indulget sed inconsulta facilitas. & ita
& Pomponius libro vicesimo octauo scripsit. Vnde Marcellus
apud Iulianum notat, si minor sibi seruū necessariū compara-
uerit

uerit, mox decesserit, non debere eum restitui: neque enim captus est emendo sibi rem pernecessariam, licet mortalem.

4 Si locupleti heres extitit, & subitò hereditas lapsa sit: puta prædia fuerunt quæ chasmate perierunt, insulæ exustæ sunt, serui fugerũt aut decesserunt: Iulianus quidem libro quadragensimosexto[a] sic loquitur, quasi possit minor in integrum restitui. Marcellus autẽ apud Iulianũ notat, cessare in integrũ restitutionem: neque enim ætatis lubrico captus est adeundo locupletem hereditatem. & quod fato contingit, cuiuis patrifamilias quamuis diligentissimo possit,[b] contingere. Sed hæc res adferre potest restitutionem minori, si adiit hereditatem in qua res erant multæ mortales, vel prædia vrbana,[c] æs autem alienum graue: quòd non prospexit posse euenire, vt demoriantur mancipia, prædia ruant, vel quòd non citò distraxerit hæc quæ multis casibus obnoxia sunt.

a 26. b posse c vrbana ruinosa,

Si minor aduersus minorem.

5 Item quæritur, si minor aduersus minorẽ restitui desiderat, an sit audiendus. & Pomponius simpliciter scribit non restituendum. Puto autem inspiciendum à prætore quis captus sit. proinde si ambo capti sunt, verbi gratia minor minori pecuniam dedit, & ille perdidit: melior est causa secundum Pomponiũ eius qui accepit, & ||vel|| dilapidaBit vel perdidit.

6 Planè si minor annis cum filiofamilias maiore contraxerit, & Iulianus libro quarto digestorũ & Marcellus libro secundo digestorum scribit posse in integrum restitui: vt magis ætatis ratio quàm senatusconsulti habeatur.

XII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

SI apud minorem mulier pro alio intercesserit, non est ei actio in mulierem danda, sed perinde atque ceteri per exceptionem summoueri debet: scilicet quia communi iure in priorem debitorem ei actio restituitur. hæc si soluendo sit prior debitor: alioquin mulier non vtetur senatusconsulti auxilio.

De fideiussore minoris.

XIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

IN causæ cognitione versabitur vtrum soli ei succurrendum sit, an etiam his qui pro eo obligati sunt: vtputa fideiussoribus. itaque si cum scirem minorem & ei fidem non haberẽ, tu fideiusseris pro eo, non est æquum fideiussori in necem meã subueniri, sed potius ipsi deneganda erit mandati actio. In summa perpendendum erit prætori, cui potius subueniat, vtrum creditori an fideiussori: nam minor captus neutri tenebitur. facilius in mandatore dicendum erit non debere ei subuenire[d]: hic enim velut adfirmator fuit & suasor vt cum

d subueniri:

1 minore contraheretur. Vnde tractari potest, minor in integrum restitutionem vtrum aduersus creditorẽ, an & aduersus fide-

ſus fideiuſſorem implorare debeat, & puto tutius aduerſus vtrumque. Cauſa[a] enim cognita & præſentibus aduerſarijs, vel[b] ſi per contumaciam deſint, in integrum reſtitutiones perpendendæ ſunt.

a cauſa autem
b *Poſitum eſt pro, niſi. Gon. 1. lect. c. 13. l. 14.* idque idemque

Reſtitutio in rem.

Interdum autem reſtitutio & in rem datur minori, id eſt 2
aduerſus rei eius poſſeſſorem, licet cum eo non ſit contractũ. vtputa rem à minore emiſti & alij vendidiſti: poteſt deſiderare interdum aduerſus poſſeſſorem reſtitui, ne rem ſuam perdat vel re ſua careat. & hoc vel cognitione prætoria, vel reſciſſa alienatione dato in rem iudicio. Pomponius quoque libro viceſimo octauo ſcribit Labeonem exiſtimaſſe ſi minor vigintiquinque annis fundum vendidit & tradidit, ſi[c] emptor rurſus eum alienauit, ſi quidem emptor ſequens ſcit rem ita geſtam, reſtitutionem aduerſus eum faciendam: ſi ignorauit, & prior emptor ſoluendo eſſet, non eſſe faciendam. Sin verò non eſſet ſoluendo, æquius eſſe minori ſuccurri etiã aduerſus ignorantem: quamuis bona fide emptor eſt.

c & emptor

XIIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

PLane quamdiu is qui à minoREm accepit, aut heres eius idoneus ſit, nihil noui conſtituendum eſt in eum qui rem bona fide emerit: idque[d] & Pomponius ſcribit.

d idemque

XV. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

SEd vbi reſtitutio datur: poſterior emptor reuerti ad auctorem ſuũ poterit. Per plures quoque perſonas ſi emptio ambulauerit, idem iuris erit.

Reſtitutioni non locus eſt, cum quod geſtum eſt, non valet ipſo iure.

XVI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

IN cauſæ cognitione etiam hoc verſabitur, num forte alia[e] actio poſſit competere citra in integrum reſtitutionem. Nam ſi communi auxilio & mero iure munitus ſit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium. vtputa cum pupillo contractum eſt ſine tutoris auctoritate, nec locupletior factus eſt. Item[f] relatum eſt apud Labeonem, ſi minor circumſcriptus ſocietatem coierit, vel ‖ etiam ‖ donationis cauſa, nullam eſſe ſocietatem nec inter maiores quidẽ: & ideo ceſſare partes prætoris. idem & Ofilius reſpondit: ſatis enim ipſo iure munitus[g] eſt. Pomponius quoque refert libro viceſimo octauo, cum quidam heres rogatus eſſet fratris filiæ complures res dare ea condicione, vt ſi ſine liberis deceſſiſſet reſtitueret eas heredi, & hæc defuncto herede heredi eius cauiſſet ſe reſtituturam: Ariſtonem putaſſe in integrum reſtituendam. Sed & illud. Pomponius adIcit, quòd potuit incerti condici hec cautio etiam à maiore: non enim ipſo iure ſed per condictionem munitus

e aliquæ
f Ita
g munita

munitus est. Et generaliter probandũ est vbi contractus non valet, pro certo prætorem se non debere interponere. Idem Pomponius ait, in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire.

Qui restitui possint.

Nunc videndum qui in integrũ restituere possunt. Et tam præfectus vrbi quã alij magistratus pro [a] iurisdictione sua restituere in integrum possunt tam in alijs [b] causis quàm contra sententiam suam.

a *Inter eas personas, quibus iusdicere possunt eo. infrà, certè magistratibus municipalibus hoc non tribuitur vt nec ea omnia quæ magis sunt imperij quam iurisdictionis l. 4. de Iurisd. & l. ea quæ ad municip.*

b in aliis omnibus

XVII. HERMOGENIANVS libro primo Iuris Epitomarũ

PRæfecti etiam prætorio ex sua sententia in integrum possunt restituere, quamuis appellari ab his non possit. Hæc idcirco tam variè, quia appellatio quidem iniquitatis sententiæ querellam, in integrum verò restitutio erroris proprij veniæ petitionem vel aduersarij circumuentionis allegationem continet.

XVIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

MInor autem magistratus contra sententiam maiorũ non restituet. Sin autem princeps sententiam dixit, perraro solet permittere restitutionem, & iudici in auditorium suum eum qui per infirmitatem ætatis captum se dicat, dum ea quæ pro causa sunt, dicta [c] non allegat, vel ab aduocatis proditum [d] queratur. Denique Glabrionem Acilium [e] Diuus Seuerus & Imperator Antoninus non audierunt, incoloratè restitui desiderantem aduersus fratrem post speciem in auditorio eorũ finitam. Sed & Percennio [f] Seuero contra res bis iudicatas in integrum restitui [g], Diuus Seuerus & Imperator Antoninus permiserunt in auditorio suo examinari. Idem Imperator Licinnio Frontoni rescripsit, insolitum esse post sententiam vice sua ex appellatione dictam alium in integrum restitutionem tribuere nisi solum principem. Sed & si ab Imperatore iudex datus cognoscat, restitutio ab alio nisi à principe qui iudicem destinauit non fiet.

c non dicta allegat

d præuaricatum

e Attilium

f *Rursus* Pescennio. *Sed* & pro Sempronio *vel Prosennio*

g restitui desideranti, Diuus

De successore minoris.

Non solùm aute Minoribus, verùm successoribus quoque minorum datur in integrum restitutio, & si sint ipsi maiores.

XVIIII. IDEM libro tertiodecimo ad Edictum

INterdum tamen successori plus quàm annum dabimus, vt est edicto expressum: si fortè ætas ipsius subueniat. nam post annum vicensimumquintum habebit legitimum tempus: hoc enim ipso deceptus videtur, quòd cum posset restitui intra tempus statutum ex persona defuncti, hoc non fecit. Planè si defunctus ad in integrum restitutionem modicũ tempus ex anno vtili habuit, huic [h] heredi minori post annũ vicensimumquintũ completũ, non totum statutum tempus dabi-

h huius hæredi

dabimus ad in integrum restitutionẽ, sed [a] id dumtaxat tempus quod habuitis cui heres extitit.

Absens causa exilij, non restituitur.

XX. IDEM libro vndecimo ad Edictum

PApinianus libro secundo responsorum ait, exuli reuerso non debere prorogari tempus in integrum restitutionis statutum quia afuit, [b] cum potuerit adire prætorem per procuratorem: nec dixit, vel præsidem [c] vbi erat. Sed quod idem dicit, & [d] indignum [e] esse propter irrogatam pœnam, non rectè: quid enim commune habet delictum cum venia ætatis? Si quis tamen maior vigintiquinque annis intra tempus restitutionis statutũ contestatus [f] postea destiterit: nihil ei proficit ad in integrum restitutionem contestatio: vt est sæpissimè rescriptum.

XXI. IDEM libro decimo ad Edictum

DEstitisse [g] autem is videtur non qui distulit, sed qui liti renuntiauit in totum.

Si aduersus aditionem hæreditatis.

XXII. IDEM libro vndecimo ad Edictum

IN integrum verò restitutione postulata aduersus aditionẽ à minore factã, si quid legatis expensum est, vel pretia eorũ qui ad libertatem aditione eius peruenerunt, à minore refundenda non sunt. quemadmodum per contrarium cum minor restituitur ad adeundam hereditatẽ, quæ antea gesta † erunt per curatorem bonorum decreto prætoris ad distrahenda bona secundum iuris formam constitutum, rata esse habenda Calpurnio Flacco Seuerus & Antoninus rescripserunt.

De eo quod à minore gestum est non suo, sed alieno nomine.

XXIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

CVm mandatu patris filiusfamilias res [h] administraret, nõ habet beneficium restitutionis: nam & si alius ei mandasset, non succurreretur: cum eo modo maiori potius consuleretur, cuius damno res sit cessura. Sed si [i] euentu damnũ minor passurus sit, quia quod præstiterit seruare [k] ab eo cuius negotia gessit non potest, quia is non erit soluendo, sine dubio prætor interueniet. Si autem ipse dominus minor sit, procurator verò maioris ætatis, non potest facilè dominus audiri: nisi [l] si mandatu eius gestum erit, nec à procuratore seruari res possit. Ergo & si procuratorio nomine minor circũscriptus sit, imputari debet hoc domino qui tali commisit sua negotia. idque & Marcello placet.

XXIIII. PAVLVS libro primo Sententiarum

QVod [m] si minor sua sponte negotijs maioris interuenerit, restituendus erit: ne maiori damnũ accidat. Quòd si hoc

a *Sed cur duplex annus vtilis ei non datur, alter ex persona hæredis, alter ex sua? Nimirùm, quòd annus vtilis non infirmitati ætatis indulgeatur, sed ad præparandam litẽ, vt maioribus postquàm ab esse desinunt. l. 1. ex quib. causs. maior. infrà: vna autem est præparatio litis, licet ex persona duorum restituatur.*

b abfuit,

c *Hoc additum videtur rationi Papiniani, quasi multò magis non prorogetur illi tẽpus restitutionis: cum faciliùs præsidẽ eius loci, vbi exulabat, adire potuerit.*

d id indignum

e *Ratio est Papiniani. Indignus est restitutione, qui deliquit, & pœna affectus est. cui respondet delictum admissum, & pœnam irrogatã post contractum nihil cum eo habere commune, aut cum infirmitate ætatis. Itaque Papiniani rationem improbat, tametsi responsum eius probet.*

f litem contestatus

g *Sumptum ex tit. de calumnia. Coniunge l. 10 de ind. Duar.*

† erant

h res patris res eius

i in euentu ex euentu

k seruari

l *Gestum à tutore, vel curatore videtur ab ipso pupillo gestũ. Itaque cùm restituitur pupillus aduersus illud, restitui videtur aduersus id, quod gessit. l. 3. si tutor vel curator interuen. C. Sic & l. 5. §. vlt. de cõstiti. pecu. gestum autem à procuratore non censetur à pupillo gestũ. Vnde nec eius rei nomine actio pupillo cõpetit. l. i. de verb. oblig. Sed cum procuratore tantũ mandati agit. l. 49. §. vltim. de acquir. possess.*

m *Initium huius capitis ita reperitur in li. 1. sen. Pauli. Aug. lib. 1. cap. 8.*

hoc faceREcuſauerit, tunc ſi conuentus fuerit negotiorũ geſtorũ aduerſus hanc actionẽ non reſtituitur: ſed cõpellendus eſt ſic||ei||cedere † auxilium in integrum reſtitutionis, vt procuratorem eum in rem ſuam faciat: vt poſsit per hunc modũ damnum ſibi propter minorem contingens reſarcire. † auxilio

Tota reſtitutio pendet ex bono, & æquo.

1 Non ſemper autem ea quæ cum minoribus geruntur reſcindenda ſunt, ſed ad bonum & equũ redigenda ſunt ne magno incommodo huius ætatis homines adficiantur nemine[a] cum his contrahente: & quodammodo commercio eis interdicetur. Itaque niſi aut manifeſta circumſcriptio ſit, aut tam neglegenter in ea cauſa verſati ſunt, prætor interponere ſe nõ debet. a & nemine

2 debet. Scæuola[b] noſter aiebat, ſi quis iuuenili leuitate duct⁹ omiſerit vel repudiauerit hereditatẽ vel bonorum poſſeſsionem, ſi quidem omnia[c] in integro ſint, omnimodo audiendus eſt: ſi verò iam diſtracta hereditate & negotiis finitis ad paratam pecuniã laboribus ſubſtituti veniat, repellendus eſt: multóque parcius ex hac cauſa heredem minoris reſtituendum eſſe. b Hoc emendatur. l. vlti. in fin. C. de rep. her. c omnia integra

Minor circumſcriptus à ſeruo.

3 Si ſeruus vel filiusfamilias minorem circumſcripſerit, pater dominúſve quod ad eum peruenerit reſtituere iubendus eſt: quod non peruenerit, ex peculio eorum præſtare: ſi ex neutro ſatisfiet & dolus ſerui interuenerit, aut Berberibus caſtigandus aut noxæ dedendus erit. ſed ||&|| ſi filiusfamilias hoc fecit, ob dolum ſuum condemnabitur.

Effectus reſtitutionis.

4 Reſtitutio autem ita facienda eſt, vt vnuſquiſque † in integrum ius ſuũ recipiat. Itaque ſi in vendendo fundo circumſcriptus reſtituetur, iubeat[d] prætor emptorem fundum cum fructibus reddere & pretium recipere: niſi ſi tunc dederit, cum eum perditurum nõ ignoraret: ſicuti facit in ea pecunia quæ ei conſumpturo creditur. Sed parcius in venditione, quia æs alienum ei ſoluitur: quod facere neceſſe eſt. credere autẽ non eſt neceſſe. Nã & ſi origo contractus ita conſtitit vt infirmanda ſit, ſi tamen neceſſe fuit pretium ſolui, non omnimodo emptor damno adficiendus eſt. † integrum d iubebit

Cognitio prætoria.

5 Ex hoc edicto nulla propria actio vel cautio proficiſcitur: totum enim hoc pendet[e] ex prætoris cognitione. d dependet

Repetitio indebiti.

XXV. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

ILlud nullam habet dubitationem, quin minor ſi non debitũ ſoluerit ex ea cauſa ex qua iure ciuili repetitio nõ eſt danda, ſit ei vtilis actio ad repetendum: cum & maioribus vigin-

tiquinque annis iuſtis ex cauſis dari ſolet repetitio.

An reſtitutio per procuratorem petatur.

Si talis interueniat iuuenis, cui præſtanda ſit reſtitutio: ipſo poſtulante præſtari debet, aut procurator eius qui idipſum nominatim mandatum ſit. qui verò generale mandatũ de vniuerſis negotijs gerendis alleget, non debet audiri. 1

XXVI. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

QVod ſi de ſpeciali mandatu dubitetur cum reſtitutio poſtuletur, interpoſita ſtipulatione ratam rem dominũ habiturum, rei poteſt mederi. Quòd ſi is qui circumſcripſiſſe dicitur abſit, defenſor eius ſatis iudicatum ſolui dare debebit.

Pater ſine mandato petit.

XXVII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

PAtri[a] pro filio omnimodò præſtanda reſtitutio eſt, licet filius reſtitui nolit: quia patris periculum agitur qui de peculio tenetur. Ex quo apparet ceteros adgnatos[b] vel adfines alterius eſſe condicionis: nec aliter audiri oportere quã ſi ex voluntate adoleſcentis poſtulent, aut eius vitæ ſit iſte adoleſcens vt meritò etiam bonis ei debeat interdici.

Si aduerſus creditorem.

Si pecuniam quam mutuam minor accepit, diſſipauit, denegare debet proconſul creditori aduerſus eum actionem. Quòd ſi egenti minor[c] crediderit, vlterius procedendum non eſt quàm vt iubeatur iuuenis actionibus ſuis quas habet aduerſus eum cui ipſe credidiſſet, cedere creditori ſuo. Prædium quoque ſi ex ea pecunia pluris quàm oporteret emit, ita temperanda res erit, vt iubeatur venditor reddito pretio reciperare prædium, ita vt ſine alterius damno etiam creditor à iuuene ſuum conſequatur. Ex quo ſcilicet ſimul intellegimus quid obſeruari oporteat ſi ſua pecunia pluris quàm oportet emerit: vt tamen hoc &[d] ſuperiore caſu venditor qui pretium reddidit, etiam vſuras quas ex ea pecunia percepit aut percipere potuit reddat: & fructus, quibus locupletior factus eſt iuuenis, recipiat. Item ex diuerſo ſi minore pretio quàm oportet vendiderit adoleſcens: emptor quidem iuberi debebit prædia cum fructibus reſtituere, iuuenis autẽ eatenus ex pretio reddere quatenus ex ea pecunia locupletior eſt. 1

Contra quem reſtituitur minor.

Si minor annis vigintiquinque ſine cauſa debitori acceptum tulerit, non ſolùm in ipſum ſed & in fideiuſſores & in pignora actio reſtitui debet. Et ſi ex duobus reis alteri acceptum tulerit, in vtrumque reſtituenda eſt actio. Ex hoc intellegimus ſi damnoſam ſibi nouationem[e] fecerit, fortè ſi ab idoneo debitore ad inopem nouandi cauſa tranſtulerit obligationem, oportere eum in priorem debitorem reſtitui. 2

Aduer-

[a] *Hic pater nondum tenebatur, nec conueniebatur: Sed futurũ erat, vt teneretur, ſi filius reſtitutus non eſſet & iudicatum eſſet. l. 8. §. Idem ſcribit. infrà. de pecul. Vnde quia filius iniquior fortè patri, nolebat reſtitui, permiſſum eſt patri, qui vt legitim⁹ defenſor interueniebat reſtitutionem filii nomine impetrare etiam eo inuito. ſecus eſt cum pater iam de peculio tenetur, & obligatus eſt. l. 3. ſuprà eod.*

[b] cognatos

[c] minor eam

[d] ex ſuperiore

[e] *Itaque impenunt, qui notant Flor. legi* donationem

3 Aduersus eos quoque restitutio præstanda est, quorum de dolo agere non permittitur: nisi [a] quædam personæ speciali lege exceptæ [b] sint.

a nisi si
b *Addunt*, vt pater, & patronus. *quæ ex margine in contextũ irrepserunt, vt ex ipso Accur. apparet.*

Effectus restitutionis.

XXVIII. CELSVS libro secundo Digestorum

CVm minor || quàm || quinque & viginti annis aduersus eum cum quo tutelæ egit restituitur, non ideo tutori contrariũ tutelæ iudicium restituendum est.

XXVIIII. MODESTINVS libro secundo Responsorum

ETiam si patre eodémque tutore au ctore pupillus captus probari possit: curatorem postea ei datum, nomine ipsius in integrum restitutionem postulare non prohiberi.

Effectus restitutionis.

1 Ex causa curationis condemnata pupilla aduersus vnum caput sententiæ restitui volebat: || & || quia videtur in ceteris litis speciebus releuata fuisse, actor maior ætate qui adquieuit tunc temporis sententiæ, dicebat totam debere litem restaurare [c]. Herennius Modestinus respondit, si species in qua pupilla in integrũ restitui desiderat, ceteris speciebus non cohæret, nihil proponi cur à tota sentẽtia recedi actor postulãs audiend9 est.

c restaurari

Vocari debent ij quorum interest.

2 Si hereditate patris ætatis beneficio in integrum restitutus abstinuit [d] se, nemine de creditoribus paternis præsente vel ad agendum à præside euocato, an ea restitutio rectè facta videatur, quæritur. Herennius Modestinus respondit, cum non euocatis creditoribus in integrum restitutionis decretum interpositum proponatur, minimè id creditoribus pręiudicasse.

d minor abstinuisset.

Renuntiatio beneficij prætorij.

XXX. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum

SI filius emancipatus contra tabulas non accepta possessione, post inchoatam restitutionis quæstionem legatum ex testamento patris maior vigintiquinque annis petisset, liti renuntiare videtur: cum & si bonorum possessionis tempus largiretur, electo iudicio defuncti repudiatum beneficium prætoris existimaretur.

Si aduersus aditionem.

XXXI. IDEM libro nono Responsorum

SI mulier postquam heres extitit, propter ætatem abstinendi causa in integrum restituta fuerit: seruos hereditarios ex fideicommisso ab ea rectè manumissos retinere libertatem respondi: nec erunt cogendi viginti aureos pro libertate retinenda dependere quam iure optimo consecuti videntur. Nam & si quidam ex creditoribus pecuniam suam ante restitutionem ab ea reciperassent, ceterorum querella contra eos qui acceperunt, vt pecunia communicetur non admittetur.

Aetas falsò probata.

XXXII. PAVLVS libro primo Quæstionum

MInor vigintiquinque annis adito præside ex aspectu corporis falsò probaBit perfectam ætatem: curatores cum intellexissent esse minorem perseuerauerunt in administratione: medio tempore post probatam ætatem ante impletum vicensimum quintum annum solutæ sunt adulescenti pecuniæ debitæ, eásque male consumpsit: quæro cuius sit periculũ. Et quid[a] si curatores quoque[b] in eodem errore perseuerassent ‖vt putarent maiorem esse & abstinuissent se ab administratione:‖ curationem etiam restituissent: an periculum temporis, quod post probatam ætatem cessit[c], ad eos pertineat? Respondi, hi qui debita exsoluerunt, liberati iure ipso non debent iterũ conueniri[d]. Planè curatores qui scientes eũ minorẽ esse perseuerauerunt in eodẽ officio non debuerunt eũ pati accipere pecunias debitas: & debebũt hoc nomine conueniri[e]. Quòd si & ipsi decreto præsidis crediderunt & administrare cessauerunt, vel etiam rationem reddiderunt: similes sunt ceteris debitoribus: ideóque non conueniuntur.

a Et quidem
b quoque eo modo in eodem
c intercessit,
d *l.7. §. puso. suprà. eo. si modò dolo, non errore maiorẽ se probauerit.*
e *Nec ad rem pertinet, quòd minor se maiorem dolo probauerit. Nam dolus impedit restitutionem contra ius commune non in curatorem, qui non debuit pati accipere pecuniam, cùm sciret minorem, nec ab eo deciperetur. l.7. de in integr. restitu. minor. C.*
f pluris est

Restituitur, vt reddat legatum, nec seruum manumittat.

XXXIII. ABVRNIVS VALENS libro sexto Fideicommissorum

SI minor vigintiquinque annis seruum suum, qui pluris[f] quàm in testamento ei legatum sit, manumittere rogatus fuerit, & legatum acceperit: non cogendum præstare libertatem si legatum reddere paratus sit, Iulianus respondit: vt quẽadmodum maioribus liberum sit non accipere si nolint manumittere: sic huic reddenti legatum necessitas manumittendi remittatur.

XXXIIII. PAVLVS libro primo Sententiarum

SI minor vigintiquinque annis filiofamilias minori pecuniã credidit: melior est causa consumentis: nisi locupletior ex[g] hoc inueniatur litis contestatæ tempore is qui accepit.

g in hoc

Aduersus compromissum.

Minores si in iudicem compromiserunt & tutore auctore stipulati sunt: integri[h] restitutionem aduersus talem obligationem iure desiderant.

h in integrum

Probabilis affectio erga rem, quæ maiorum fuit.

XXXV. HERMOGENIANVS libro primo Iuris Epitomarum

SI in emptionem penes se collatam[i] minor adiectione ab alio superetur: implorans in integrum restitutionẽ audietur, si eius interesse emptam ab eo rem fuisse adprobetur: veluti quòd maiorum eius fuisset: *ita* tamen vt id quod ex licitatione accessit, ipse offerat venditori.

i collocatam

XXXVI. PAVLVS libro quinto Sententiarum

MInor vigintiquinque annis omissam allegationem per in integrum restitutionis auxilium repetere potest.

Quibus ex causis minor non restituitur.

XXXVII. TRYPHONINVS libro tertio Disputationum

AVxilium in integrũ restitutionis executionibus [a] pœnarum paratum non est: ideóque iniuriarũ iudicium semel omissum repeti non potest. sed ‖ & ‖ in sexaginta diebus prætetitis, in quibus iure mariti sine calumnia vir accusare mulierẽ adulterij potest, denegatur ei in integrũ restitutio. quod [b] ius omissum si nunc repetere vult, quid aliud quàm delicti veniã id est calumniæ deprecatur? & cum neque in delictis neque [c] in calumniatoribus prætorem succurrere oportere certi iuris sit, cessabit in integrum restitutio. In delictis autem minor annis vigintiquinque non meretur in integrum restitutionẽ, vtique atrocioribus: nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit [d]. Sed vt a T legis Iuliæ de adulteriis coërcendis præcepta veniamus: vtique nulla deprecatio adulterij pœnæ est, si se minor annis adulterum fateatur [e]. Dixi [f] nec si quid eorum commiserit quæ pro adulterio eadẽ lex punit: veluti si adulterii damnatam sciens vxorẽ duxerit, aut in adulterio deprehensam vxorem nõ dimiserit [g], quæstúmve de adulterio vxoris fecerit, pretiúmve pro comperto stupro acceperit, aut domum præbuerit ad stuprũ adulteriúmve in eam committendum. & non sit [h] ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei qui dum leges inuocat contra eas committit.

a in exemptionib[9]. *Probatur mihi Florentina. Executiones autem sunt persecutiones. sic accipitur infrà l. centũ Capuæ. de eo quod cert. loc.*
b quia
c nec calumniatoribus
d perduxerit.
e fateatur commisisse
f Sed nec si
g *Hoc emendatur ne. u. 134. §. mulier. & certè si qui.*
h fit.

Pupillo non succurritur in ijs, quæ ex contractu defuncti descendunt: nisi euidens æquitas id suadeat.

XXXVIII. PAVLVS libro primo Decretorum

AEmilius Larianus [i] ab Obinio fundum Rutilianum [k] lege commissoria emerat data parte pecuniæ: ita vt si intra duos menses ab emptione reliqui precij partem dimidiam non soluisset, inemptus esset: item si intra alios duos menses reliquũ pretiũ non numerasset, similiter esset inemptus. intra priores duos menses Lariano defuncto Rutiliana pupillaris ætatis successerat: cuius tutores in solutione cessauerunt. venditor denuntiationibus tutoribus sæpe datis, post annũ eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat: pupilla in integrum restitui desiderabat. victa tam apud prætorem quàm apud præfectum vrbi pro Bocauerat. Putabam bene iudicatum quòd pater [l] eius non ipsa contraxerat. Imperator [m] autẽ motus est quòd dies committendi in tempus pupillæ incidisset, eáque effecisset ne pareretur legi venditionis [n]. Dicebã posse

i Largianus
k Puteolanum
l *Non potest autem e[x] hoc edicto restitui pupillus, nisi cum eo aliquid gestum est. l. 2. & 11. §. ex facto. suprà eod.*
m Imperator autẽ Antoninus
n *Quasi pupilla omiserit acquirere emolumentum quod potuit. l. 44. eo. infr. nam et in lucro minoribus subuenitur. l. 7. §. hodie. suprà. eod.*

magis ea ratione restitui eã, quòd venditor denuntiando post
diem quo placuerat esse commissum, & pretium petendo re-
cessisse à lege sua videretur[a]. non me[b] moueri quòd dies postea
transisset: nõ magis quàm si creditor pignus distraxisset post
mortem debitoris, die solutionis finita. Quia[c] tamen lex com-
missoria displicebat ei, pronuntiauit in integrum restituendã.
Mouit etiam illud Imperatorem, quòd priores tutores qui nõ
restitui desiderassent, suspecti pronuntiati erãt. Quod dici- 1
tur non solere filiisfamilias post emancipationem adhuc mi-
noribus succurri in his quæ omisissent manentes in potesta-
te, tunc rectè dicitur cum patri adquirere possunt.

a 38. 3. pen.

b Aduersus venditionem pignoris à decessore dati, hæres non restituitur in emptorẽ licet dies soluendi debiti post mortem decessoris transierit. l. 3. §. Marcellus, quibus ex cau. in possession. al. nec me mouere vel non me mouit.

c Varijs rationibus concurrentibus motus restituit in integrum pupillam, nec idcirco est existimandus improbare sententiam Pauli. putabam, &c. & l. vlt. C. si aduers. vendit. pigno. his enim casibus, si nulla alia circunstantia accederent, non daretur restitutio.

Restitutionis tempus non currit, pendente cognitione appellationis.

XXXVIII. SCAEVOLA libro secundo Digestorum

Intra vtile tẽpus restitutionis apud præsidẽ petierunt in in-
tegrum restitutionem minores, ‖ & ‖ de ætate sua probaue-
runt: dicta pro ætate sententia, aduersarii vt impedirent cog-
nitionem præsidis ad Imperatorem appellarunt: præses in
euentum appellationis cetera cognitionis distulit. quæsitum
est si finita appellationis apud Imperatorẽ cognitione & in-
iusta appellatione pronuntiata, egressi ętatem deprehendan-
tur, an cetera negotii[d] implere possunt, cum per eos non steterit
quo minus res finem accipiat. Respondi secundũ ea quæ pro-
ponuntur: perinde cognosci atque si nunc intra ætatem essent.

d Quomodo suprà locutus est, cetera cognitionis. alij legunt negotia.

Vendito fundo à curatore, an minor restituatur.

Vendentibus curatoribus minoris fundum emptor ex- 1
titit Lucius Titius, & sex ferè annis possedit & longe longé-
que rem meliorem fecit. quæro cum sint idonei curatores, an
minor aduersus Titium emptorem in integrum restitui pos-
sit. Respondi ex omnibus quæ proponerentur, vix esse eum
restituendum: nisi ‖ si ‖ maluerit omnes expensas[e] quas bona fi-
de emptor fecisse adprobauerit, ei præstare: maximè cum sit
ei paratum ‖ promptum ‖ auxilium, curatoribus eius idoneis
constitutis.

e impensas

Actio iudicati nouata, iusta est, caussa restitutionis.

XL. VLPIANVS libro quinto Opinionum

Minor[f] annis vigintiquinque, cui fideicõmissum solui pro-
nuntiatum erat, cauerat id se accepisse: & cautionẽ eidem
debitor quasi creditæ pecuniæ fecerat. in integrum restitui po-
test: quia partam ex causa iudicati persecutionẽ nouo contra-
ctu ad initium alterius petitionis redegerat. Prædia patris 1
sui minor annis vigintiquinque ob debita rationis tutelæ a-
liorũ quàm pater administrauerat, insolutũ inconsultè dedit.
ad suam æquitatem per in integrum restitutionem reuocanda
res est, vsuris pecuniæ quam constiterit ex tutela deberi repu-
tatis

f Interest plurimum, vtrum ex caussa iudicati debeas mihi pecuniam, an ex mutuo: cùm ex illa causa pignora capi statim possint, & distrahi. l. 4. §. si ex conuentione infr. de re iudi. Ex hac verò petenda sit condictione certi pecunia, & diu litigandum plerumq; antè, quam damnetur reus.

tatis & cum quantitate fructuũ perceptorum compensatis.

Minor, restitutione impetrata, non cogitur vti.

XLI. IVLIANVS libro quadragesimo quinto Digestorũ

SI iudex circumuento in venditione adulescenti iussit fundũ restitui, eumque pretium emptori reddere, & hic nolit[a] hac in integrum restitutione: pænitentia acta exceptionem vtilem aduersus petentem pretium, quasi ex causa iudicati adulescens habere poterit: quia vnicuique licet contemnere hæc quæ pro se introducta sunt. nec quæri poterit venditor [b] si restitutus fuerit in eam[c] causam in qua se ipse constituit: & quam mutare non potuisset si minor auxilium pretoris nõ implorasset.

a & hic nolit vti hac

b emptor

c in eadem

Quis possit restituere.

XLII. VLPIANVS libro secundo de Officio proconsulis

PRæses prouinciæ minorem in integrum restituere potest etiam contra suam vel decessoris sui sententiã. quod enim appellatio interposita maioribus præstat, hoc beneficio ætatis consequuntur minores.

Probatio ætatis.

XLIII. MARCELLVS libro primo de Officio Præsidis

DE ætate eius qui se maiorem annis vigintiquinque dicit, causa cognita probandum est: quia per eam probationem in integrum restitutione eiusdem adulescentis & [d] alijs causis præiudicatur.

d in aliis

Caussæ cognitio.

XLIIII. VLPIANVS libro quinto Opinionum

NOn omnia quæ minores annis vigintiquinque gerunt irrita sunt, sed ea tantùm quæ causa cognita eiusmodi deprehensa sunt: vel[e] ab alijs circumuenti vel sua facilitate decepti aut quod habuerunt amiserunt aut quod adquirere emolumentum potuerunt omiserint, aut se oneri quod non suscipere licuit obligauerunt.

e vt ab

Qui in vtero est, habetur pro iam nato.

XLV. CALLISTRATVS libro primo Edicti Monitorij

ETiam[f] ei qui prius quàm nasceretur vsucaptum amisit, restituendam actionem Labeo scribit. Imperator Titus Antoninus rescripsit, eum qui fraude tutoris aduersarium suum diceret absolutum & agere cum eo ex integro vellet, licentiã habere prius cum tutore agere.

f *Non moueor, quòd præscriptiones nõ currant aduersus pupillũ l. 3. C. de præscr. 30. vel 40 annor. nec aduersus minores. l. vlt. C. qui & aduer. quos. nam præscriptio et vsucapio differunt, & qui vsucapit, nõ præscribere, vel excipere temporali exceptione, sed dominum acquirere dicitur. l. 3. de vsuc. Ideo, lite contestata, perficitur vsucapio, & aduersus eum, qui natus non est, & iacente hæreditate. l. nunquã. §. vacuum. de vsu capion.*

Defensor condemnatus non restituitur.

XLVI. PAVLVS libro secundo Responsorum

EVm qui ex sua voluntate minorem annis in iudicio defendit & condemnatus est, ex causa iudicati posse conueniri: nec eius quem defendit ætatem ad restitutionem impetrandam ei prodesse, cum causam iudicati recusare nõ possit. Ex quo apparet nec eũ cuius nomine condẽnatus est, auxiliũ

restitutionis propter eam sententiam implorare posse.

Contra venditionem restituitur minor: quamuis sine dolo facta sit.

XLVII. SCAEVOLA libro primo Responsorum

TVtor vrguentibus creditoribus rem pupillarem bona fide vendidit, denuntiante tamen matre || & || emptoribus. quæro cum vrguentibus creditoribus distracta sit, nec de sordibus tutoris meritò quippiam dici potest, an pupillus in integrum restitui potest. Respondi cognita causa æstimandū: nec idcirco si iustum sit restitui denegandū id auxilium, quòd tutor delicto vacaret[a].

a caret

Restituto minore aduersus venditionem fundi communis, an à toto contractu recedatur.

b administrauerat,

Curator adulescentiū prædia communia sibi & his quorum curam administrabat[b], vendidit. quæro si decreto prætoris adulescentes in integrū restituti fuerint, an eatenus venditio rescindenda sit quatenus adulescentiū pro parte fundus communis fuit. Respondi eatenus rescindi, nisi si emptor à toto contractu velit discedi, quòd partem empturus non esset. Item quæro emptor vtrum à Seio & Sempronio pupillis[c] pretium cum vsuris recipere deberet, an verò ab herede curatoris. Respondi heredes [d] quidem curatoris teneri: verùm[e] in Seium & Sempronium pro parte qua eorum fundus fuit actiones dandas: vtique si ad eos accepta pecunia pro eadem parte peruenisset. 1

c adolescentibus
d hæredem
e verùm & in

Priuilegium fideiussoris non prodest reo.

XLVIII. PAVLVS libro primo Sententiarum

MInor se in id quod fideiussit vel mandauit in integrum restituendo, reum principalē non liberat. Minor ancillam vendidit: si eam emptor manumiserit, ob hoc in integrum restitui non poterit: sed aduersus emptorem quanti sua interest actionem habebit. Mulier minor vigintiquinque annis si pactione dotis deterior condicio eius fiat, & tale pactum inierit quod numquam maioris ætatis constitutæ[f] paciscerentur, atque ideo reuocare velit, audienda est. 1 2

f constituta pacisceretur

Aduersus venditionem validam minor restituitur.

XLVIIII. VLPIANVS libro trigensimoquinto ad Edictum

SI res pupillaris vel adulescentis distracta fuerit, quam lex distrahi non prohibet: venditio quidem valet, verumtamen si grande damnum pupilli vel adulescentis versatur, etiam si collusio non intercessit, distractio per in integrum restitutionem reuocatur.

Simi-

Si minor nouandi caussa intercedat, restituitur actio in priorem debitorem, & in pristinam caussam.

L. POMPONIVS libro nono Epistularum || & variarum lectionum |

INius Diophantus Pōponio suo salutē. Minor vigintiquinque annis nouandi animo intercessit pro eo qui temporali actione tenebatur, tunc cum adhuc supererant decem dies, & postea in integrum restitutus est: vtrum restitutio quæ creditori aduersus priorem debitorem datur, decem dierum sit an plenior? Ego didici ex tempore in integrum restitutionis tantundem temporis præstandum quantum supererat: tu quid de eo putas velim rescribas. Respondit, sine dubio quod de temporali actione in qua intercessit minor sensisti, puto verius esse: ideóque & pignus quod dederat prior debitor manet obligatum.

DE[a] CAPITE[b] MINVTIS TIT. V.

Minima capitis diminutio caussa est restitutionis.

I. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

CApitis[c] minutio est status[d] permutatio.

II. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

PErtinet[e] hoc edictum ad eas capitis deminutiones quæ salua ciuitate contingunt. ceterum siue amissione ciuitatis siue libertatis amissione contingat capitis deminutio, cessabit edictū: neque possunt hi penitus conueniri. dabitur planè a-
1 ctio in eos, aT quos bona peruenerūt eorū. Ait pretor, QVI QVAEVE POSTEAQVAM QVID CVM HIS ACTVM CONTRACTVMVE SIT, CAPITE DEMINVTI DEMINVTAE ESSE DICENTVR, IN EOS EASVE PERINDE QVASI ID FACTVM NON
2 SIT, IVDICIVM DABO. Hi qui capite minuuntur, ex his causis quæ capitis deminutionem præcesserunt manent obligati naturaliter. ceterum si postea, imputare quis sibi debebit cur contraxerit, quantum ad verba huius edicti pertinet. Sed interdum si contrahatur cum his post capitis deminutionem, danda est actio. Et quidem si adrogatus[c] sit, nul-
3 lus labor: nam perinde obligabitur vt filiusfamilias. Nemo delictis exuitur, quamuis capite minutus sit. Ei qui debitorem suum adrogauit, non restituitur actio in eum postquam sui iuris fiat. Hoc iudicium perpetuum est, & in heredes & heredibus datur.

Arrogatio.

III. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

LIberos qui adrogatū parentē sequuntur placet minui caput[f], cū in aliena potestate sint, & cū familiā mutauerint.

a *Per status mutationem incidit aliquis in captionem iure ciuili. l.2. suprà de resti. ita vt nisi beneficio principis ex hoc edicto restituatur. l. 7. infr. eo. data ei actione vtili, perinde quasi actio amissa non sit. l. vlt. C. qui. ex causs. maio. agere in eum non possit, qui obligatus erat. quod subtili ratione iuris ciuilis alius videatur, mutato statu, quàm qui contraxit. l.7. infrà eod.*

b capitis diminutione

c *Coniunge ca. vl. cum hoc primo.*

d status prioris permutatio

e *Ita interpretatur edictum, quasi ad eos duntaxat pertineat, qui adoptione, vel emancipatione statum mutarunt: non vt his subueniatur, sed aduersus hos. Paulus tamen & Caius ita producunt, vt emancipatis etiam restituatur actio, vel adrogatis qui in re castrensi contraxerint. infrà. l. 7. 8. & 9.*

f adrogans

g capite.

Emancipatio.

Emancipato filio, & ceteris perſonis capitis minutio manifeſtò [a] accidit: cum emancipari nemo poſsit niſi in imaginariam ſeruilem cauſam deductus. Aliter atque cum ſeruus manumittitur: quia ſeruile caput nullum ius habet. ideo [b] nec minui poteſt: 1

a manifeſtè
b ideóque

IIII. MODESTINVS libro primo Pandectarum

Hodie [c] enim incipit ſtatum habere [d].

c eo die
d habere cum manumittitur

V. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

AMiſsione ciuitatis fit capitis minutio, vt in aqua [e] & igni interdictione. Qui deficiunt, capite minuuntur. 1 deficere autem dicuntur qui ab his quorum ſub imperio ſunt deſiſtunt [f] & in hoſtium numerum ſe conferunt. ſed & hi quos ſenatus hoſtes iudicauit || vel || lege lata [g]: vtique vſque [h] eò vt ciuitatem amittant.

e aquæ & ignis
f deſciſcunt
g vel relegati *has varietates notauit Accurſ.*
h vſque adeò

Effectus minutionis.

2 Nunc reſpiciendum quæ capitis deminutione pereant [i]: & primò de ea capitis deminutione quæ ſalua ciuitate accidit. per quam publica iura non interuerti conſtat: nam manere magiſtratum vel ſenatorem vel iudicem certum eſt.

i iura pereant

VI. VLPIANVS libro quinquagenſimo primo ad Sabinum

NAm & cetera officia quæ publica ſunt, in eo non finiuntur: capitis enim minutio priuata [k] hominis & familiæ eius iura non ciuitatis amittit.

k priuati

Tutelarum differentia.

VII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

TVtelas etiam non amittit capitis minutio: exceptis his quæ in iure alieno perſonis poſitis deferuntur [l]. Igitur teſtamento dati vel ex lege vel ex ſenatuſconſulto, erunt nihilo minus tutores. Sed [m] legitimæ*tutelæ*ex duodecim tabulis interuertuntur eadem ratione qua & hereditates exinde legitimæ: quia [n] adgnatis deferuntur, qui [o] deſinunt eſſe, familia mutati [p]. Ex nouis autem legibus & hereditates & tutelæ plerumque ſic deferuntur, vt perſonæ naturaliter [p] deſignentur. vt ecce deferunt hereditatem ſenatuſconſulta matri & filio. iniuriarum & actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulant. 1 Si libertate adempta capitis deminutio ſubſecuta ſit, nulli reſtitutioni aduerſus ſeruũ locus eſt: quia nec prætoria iuriſdictione ita ſeruus obligatur, vt cum eo actio ſit. ſed vtilis actio aduerſus dominum danda eſt, vt Iulianus ſcribit. & niſi in ſolidum defendatur, permittendum mihi eſt in bona quæ habuit mitti. Item cum ciuitas amiſſa eſt, nulla reſtitutionis æquitas eſt aduerſus eum qui amiſsis bonis & ciuitate relicta nudus exulat.

l *Malè Haloand.* non deſeruntur. *Aug.* 1. *emen.* c. 2.
m licet legitimæ
n quæ
o quia deſinunt
p mutata
q *Id eſt, naturali nomine, quale eſt matris, aut filij quibus noua leges vt Senat. Tertyl. & Orf. hæreditates deferunt. Lege autem 12. Tab. perſonæ notantur ciuiliter: ex ea enim deferuntur hæreditates Suis, & agnatis, quæ ciuilia nomina ſunt, & iure ciuili introducta, non autem naturalia.*

Natu-

Naturalis præstatio.

VIII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

EAs obligationes, quæ naturalem præstationem habere intelleguntur, palam est capitis deminutione nõ perire: quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest. Itaque de dote actio quia in bonum & equum concepta est, nihilo minus durat etiam post capitis deminutionem.

VIIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

VT [a] quandoque emancipata agat. a &

Annuum legatum.

X. MODESTINVS libro octauo Differentiarum

LEgatum in annos singulos vel menses || singulos || relictũ, vel si habitatio legetur, morte quidem legatarij legatum intercidit, capitis deminutione tamen interueniente perseuerat: videlicet quia tale legatum in facto potius quàm in iure consistit.

Diuisio.

XI. PAVLVS libro secundo ad Sabinum

CApitis deminutionis tria genera sunt: maxima, media, minima. tria enim sunt quæ habemus: libertatem [b], ciuitatem, familiam. Igitur cum omnia hæc amittimus, hoc est libertatem & ciuitatem & familiam: maximam esse capitis deminutionem. Cum verò amittimus ciuitatem, libertatem retinemus: mediam esse capitis deminutionem. Cum [c] & libertas & ciuitas retinetur, familia tantùm mutatur: minimã esse capitis deminutionem constat.

b & libertatem

c Cum autem

EX QVIBVS CAVSIS MAIORES || VIGINTIQVINQVE ANNIS || IN INTEGRVM RESTITVVNTVR TIT. VI.

Interpretatio edicti prætorii, cuius duo sunt præcipua capita.

VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

HVIVS edicti causam nemo non iustissimam esse cõfitebitur: læsum enim ius per id tempus quo quis reipublicæ operam dabat vel aduerso casu laborabat corrigitur: nec non * & * [d] aduersus eos succurritur: ne vel obsit vel prosit quod euenit. Verba autem edicti talia sunt. SI CVIVS QVID DE BONIS [e] CVM IS METV AVT SINE DOLO || MALO || REIPVBLICAE CAVSA ABESSET: INVE [f] VINCVLIS SERVITVTE HOSTIVMQVE POTESTATE ESSET: SIVE CVIVS ACTIONIS EORVM CVI DIES EXISSE DICETVR: ITEM SI QVIS QVID VSV SVVM FECISSET, AVT QVOD NON VTENDO AMISIT CONSECVTVS: ACTIONEVE QVA SOLV-

d aduersus eos qui vel absentes Reipub. causa fuerant, vel apud hostes detenti succurritur

e De bonis erit dimĩnutum cum is

f siue in

SOLVTVS OB ID QVOD DIES EIVS EXIERIT CVM ABSENS NON DEFENDERETVR, INVE VINCVLIS ESSET, SECVMVE AGENDI POTESTATEM NON FACERET: AVT CVM EVM INVITVM IN IVS VOCARI[a] NON LICERET, NEQVE DEFENDERETVR: ⌈CVMVE MAGISTRATVS DE EA RE APPELLATVS ESSET, SIVE CVI|| PRO[b] MAGISTRATV SINE DOLO IPSIVS ACTIO EXEMPTA ESSE DICETVR: EARVM RERVM ACTIONEM INTRA[c] ANNVM QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS ERIT: ITEM SI QVA ALIA MIHI IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM: QVOD EIVS PER LEGES, PLEBISSCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPVM LICEBIT.

a vocare

b per magistratum

c Hodie intra quadriennium. l. vlt. C. de tempor. restit. actio tamen de dolo biennium sustinet. l. vlt. C. de dolo mal.

II. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij

HOc edictum, quod ad eos pertinet qui ei[d] continentur, minus in vsu frequentatur. huiusmodi enim personis extra ordinem ius dicitur ex senatusconsultis & principalibus constitutionibus. Hoc autem capite adiuuantur in primis hi qui metus causa afuissent: scilicet si non superuacuo timore deterriti afuissent.

d eo, eis

De metu.

III. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

MEtus autem causa abesse videtur qui iusto timore mortis vel cruciatus corporis conterritus abest: & hoc ex affectu[e] eius intellegitur. Sed non sufficit quolibet terrore abductum[f] timuisse, sed huius rei disquisitio iudicis est.

De absentia.

IIII. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij

ITem hi qui reipublicæ causa sine dolo malo afuissent. Dolum malum eò pertinere accepi vt qui reuerti potest neque reuerteretur, in eo quod per id tempus aduersus eum factum est non adiuuetur. Veluti si alterius grandis commodi captandi gratia id egerit vt reipublicæ causa abesset, {&} reuocatur[g] ab isto priuilegio[h]:

V. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

ET[i] qui data opera & sine lucro hoc affectauerit vel qui maturius profectus est vel litis[k] gratia cœpit reipublicæ causa abesse. Sed hæc adiectio doli mali ad reipublicæ causa absentes refertur, non ||etiam|| ad eum qui metus causa: quoniã nullus metus est si dolus intercedit. Sed qui Romæ reipublicæ ||causa|| operam dant, reipublicæ causa non absunt[l]:

e effectu

f adductum

g abesset, reuocetur

h *Priuilegium hic vocat extraordinarium auxiliũ, quod est causse, non personæ, nec omnibus iure communi competit, sed absentibus. l. 157. de reg. iur. Sunt enim & alia priuilegia, de singulis personis lata, quæ non nisi comitiis centuriatis ferri potuere olim. l. 8. suprà, de leg. & l. 1. de constitut. princ.*

i Sed & qui

k *Duar. ad l. Iurisgentium. § dolo malo. de pac. existimat legendũ esse* dicis gratia

l *Vide tamen l. 3. C. de dolo.*

VI. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum

VT sunt magistratus.

VII. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

MIlites planè qui Romæ militant, pro reipublicæ causa absentibus habentur.

VIII. PAVLVS libro tertio Breuium

LEgatis [a] quoque municipiorum succurritur ex principũ Marci & Commodi constitutione.

VIIII. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij

SVccurritur etiam ei qui in vinculis fuisset. quod non solùm ad eum pertinet qui publica custodia coërcetur, sed ad eũ quoque qui à latronibus aut prædonibus vel potentiore [b] vi oppressus, vinculis coërcebatur. Vinculorum autem appellatio latius accipitur: nam etiam inclusos veluti lautumiis [c] vinctorum numero haberi placet: quia nihil intersit parietibus an compedibus teneatur. Custodiam autem solam publicam accipi Labeo putat.

X. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

IN eadem causa sunt & qui à militibus statoribúsque [d] vel à municipalibus ministeriis adseruantur si probentur rei suæ superesse non potuisse. In vinculis autem etiam eos accipimus qui ita alligati sunt vt sine dedecore in publico parere [e] non possint.

XI. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij

EI quoque succurritur qui in seruitute fuerit: siue bona fide seruiat homo liber, siue detentus sit.

XII. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

IS autem qui de statu suo litigat, ex quo lis inchoata est hoc edicto non continetur. tamdiu igitur in seruitute esse videtur quamdiu non est eiusmodi lis cœpta.

XIII. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum

REcte Labeo ait eum non contineri qui liber & heres institutus sit, antequam sit heres: quia nec bona habeat & prætor de liberis hominibus loquatur. puto tamen filiumfamilias in castrensi peculio pertinere ad hoc edictum.

XIIII. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij

ITem ei succurritur qui in hostium potestate fuit, id est ab hostibus captus. Nam transfugis nullum credendum est beneficium tribui, quibus negatum est postliminium. Poterant tamen qui in hostium potestate essent illa [f] parte edicti contineri, qua [g] loquitur de his qui in seruitute fuerint.

a Ex verbis edicti nõ succurritur his legatis, quòd reip. causa nõ absint, quæ per excellentiam Romana intelligitur, non etiam municipij, infrà l. 27. §. hæc clausula argu. §. Sed ius quidem. Instit. de iur. nat. gent. & ciu.

b potentioribus

c latumiis Lautumiæ lapidicinæ dicuntur, & loca cæsis lapidibus excisa, & carcer Syracusanus. Ascon.

d Vide l. obseruare. supra, de off. præsid.

e apparere

f & illa parte

g quæ loquitur

XV. VL-

XV. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

AB hostibus ||autem|| captis postliminio reuersis succurritur aut ibi mortuis, quia nec procuratorem habere possunt: cum aliis suprascriptis ||etiam|| per procuratorem possit subueniri, præter eos qui in seruitute detinentur. Ego autem etiam nomine eius qui hostium [a] potitus est, si curator, vt plerumque [b], fuerit bonis constitutus, auxilium competere existimo. Non minus autem ab hostibus capto quàm ibi na- 1
to qui postliminium habet succursum videtur. Si damni 2
infecti missus [c] sit in ædes militis, si quidem præsente eo iussit prætor possideri, non restituitur. sin verò absente eo, dicendum subueniri ei debere. Sed quod simpliciter prætor edi- 3
xit, POSTEAVE, ita accipiẽdum est, vt si inchoata sit bonæ fidei possessoris detentatio [d] ante absentiam, finita autem reuerso, restitutionis auxilium locum habeat non quandoque [e], sed ita demum si intra modicũ tẽpus quàm rediit, hoc contigit: id est dum hospitium quis conducit, sarcinulas componit, quærit aduocatum. nam eum qui differt restitutionem non esse audiendum Neratius scribit:

a qui in hostium potestate est, *Rectior est Flor.*
b vt plerumque sit, fuerit
c missum sit
d detentio
e quandocunque

XVI. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum

NOn enim neglegentibus subuenitur sed necessitate rerum impeditis. Totúmque istud arbitrio prætoris temperabitur: id est vt ita demum restituat si non neglegentia sed temporis angustia non potuerunt litem contestari.

Restitutio in rem.

XVII. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

IVlianus libro quarto scribit non solùm aduersus possessorem hereditatis succurrendum militi, verùm aduersus eos quoque qui à possessore emerunt: vt vindicari res possint si miles hereditatẽ adgnouerit. quòd si non adgnouerit, ex post facto vsucapionem processisse manifestatur. Eum quoque 1
cui sic legatũ sit, ||VEL|| IN ANNOS SINGVLOS QVIBVS IN ITALIA ESSET: restituendũ vt capiat atque si in Italia fuisset & Labeo scribit, & Iulianus libro quarto & Pomponius libro trigensimo [f] primo probant: nõ enim dies actionis exIt vbi [g] prætoris auxilium necessarium erat [h], sed condicio in causa est.

f lib. 21.
g vt prætoris
h sit.

An lucri ratio habeatur.

XVIII. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum

SCiendum est quòd in his casibus restitutionis auxilium maioribus damus in quibus rei dumtaxat persequẽdæ gratia queruntur: non cum & lucri faciendi [i] ex alterius pœna vel damno, auxilium sibi impertiri desiderant.

i faciendi causa

Posses-

Possessio.

XVIIII. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum

DEnique si emptor prius quàm per vsum sibi adquireret ab hostibus captus sit, placet interruptam [a] possessionem postliminio non restitui: quia hæc sine possessione non constitit, possessio autem plurimum [b] facti habet, causa verò facti non continetur [c] postliminio.

XX. IDEM libro tertiodecimo Quæstionum

NEc vtilem actionem ei tribui oportet: cum sit iniquissimum auferre domino [d] quod vsus non abstulit. neque enim intellegitur amissum quod ablatum [e] alteri non est.

Ad alteram partem edicti.

XXI. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

ITem, ait prætor, SI QVIS [f] VSV SVVM FECISSET [g], AVT QVOD NON VTENDO SIT AMISSVM CONSECVTVS: ACTIONEVE QVA SOLVTVS OB ID QVOD DIES EIVS EXIERIT CVM ABSENS NON DEFENDERETVR. Quam clausulam prætor inseruit vt quemadmodum succurrit [h] suprascriptis [i] personis ne capiantur, ita & aduersus ipsas succurrit ne capiant.
1 Et erit notandum quòd plus prætor expresit cum aduer-
sus eos restituit quàm cum ipsi subuenit: nam hic non certas
personas enumerauit aduersus quas subuenit, vt supra: sed ad
iecit clausulam qua omnes qui absentes non defenduntur
2 complexus est [k]. Hæc autem restitutio locum habet siue
per se siue per subiectas sibi personas vsu adquisierunt qui ab
sentes non defendebantur. & [l] ita, si nemo eorum ||erat|| defen-
sor. Nam si fuit procurator, cum habueris quem conuenias,
non debet inquietari. Ceterum si non existebat defensor, æ-
quissimum erat subueniri: eo potius quòd ||eorum|| qui non
defenduntur, siquidem latitent, prætor ex edicto pollicetur
in bona eorum mittere, vt si res exegerit etiam distrahantur. si
verò non latitent, licet non defendantur, in bona tantùm mit
3 ti. Defendi autem non is [m] videtur cuius se defensor inge-
rit, sed [n] qui requisitus ab actore non (est) defensioni defutu-
rus. Plenáque defensio accipietur si & iudicium nõ detrecte-
tur, & iudicatum solui satisdetur.

XXII. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum

ERgo sciendum est non aliter hoc edictum locum habere quàm si amici eius interrogati fuerint an defendant: aut si nemo sit qui interrogari potest. Ita enim absens defendi non videtur si actor vltro interpellat nec quisquã defensioni se offerat. eáq; testatione cõplecti oportet. Sicut igitur dãno *eos* adfici nõ vult, ita lucrũ facere nõ patitur. Quod edictum etiã ad furiosos & infantes & ciuitates pertinere Labeo ait.

a *lege* vsucapionẽ. *alioqui ineptè & incõcinnè videretur dixisse Papinian⁹ possessionem sine possessione non constitisse.*
b *Possessio nunc pro ea vsurpatur quæ iure continet, nunc pro ea quæ plurimum factũ habet, & in vtendo consistit.*
c *Nimirum vsum rei, quæ detinetur, & aliquid iuris quando fructus bona fide, & dominia acquirantur.*
d dominio, dominium. *sequere Flo.*
e collatum. *Florent. rectior.*
f Si quis quid vsu
g fecisse.
h succurritur
i supradictis
k complexi sunt.
l & id
m non is tantùm videtur
n sed & qui

XXIII. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

AIt prætor, INVE VINCVLIS ESSET ‖SECVMVE AGENDI POTESTATEM NON FACERET‖. hæc persona[a] meritò adiecta est: fieri enim poterat vt quis in vinculis præsens esset vel in publica vel in priuata vincula ductus. nam & eum qui in vinculis est, si modò non sit in seruitute, posse vsu adquirere constat. sed[b] & is qui in vinculis est si defendatur cessat restitutio. Is autem qui apud hostes 1
est, nihil per vsum sibi adquirere potest. ne Cœptam possessionem poterit implere dum est apud hostes. hoc amplius nec postliminio reuersus reciperabit per vsum dominij adquisitionem. Item ei qui per captiuitatem fundi possessio- 2
nem vel vsusfructus quasi possessionem amisit succurrendũ esse Papinianus ait. & fructus quoque medio tẽpore ab alio ex vsufructu perceptos debere captiuo restitui æquum putat.
Hi planè qui fuerunt in potestate captiui vsu rem adqui- 3
rere possunt ex re peculiari. & æquum erit ex hac clausula præsentibus, ‖id est qui non sunt in captiuitate, ‖subueniri, si cum non defenderentur vsucaptum quid sit. Sed & si dies actionis quæ aduersus captiuum competebat exierit, succurretur aduersus eum.

a particula

b igitur &

Qui non patitur secum litem contestari ex causa iusta, vel iniusta: contra eum restitutio conceditur, si quid ex hoc quæsierit.

Deinde adIcit prætor, SECVMVE AGENDI POTE- 4
STATEM NON FACERET: vt si dũ hoc faciat, per vsum adquisitio[c] impleta vel quid ex suprascriptis contigit, restitutio concedatur: meritò. nec enim sufficit semper in possessionem bonorum eius mitti: quia ‖ea‖ interdum species esse potest vt in bonis latitantis mitti non posit, aut non latitet. finge enim dum aduocationes[d] postulat diem exisse: vel dũ alia mora iudicij contingit.

c adquisitio sit

d aduocationem

XXIIII. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum

SEd & ad eos pertinet qui conuenti[e] frustrantur & qualibet tergiuersatione & sollertia efficiunt ne cum ipsis agi posit.

e *Seculo Pauli conuentio iudiciaria nõ interrumpebat silentium longi tẽporis hic: nec contestatio vsucapionem. l. si post. infrà de rei vindic. Cui rei medetur l. 3. & 7. C. de præscrip. 30. vel 40. annor. & l 2. C. de anna. excep.*

XXV. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale

QVod quidem simili modo ad eum quoque pertinere dicemus, qui non frustrãdi gratia id faceret sed quòd multitudine rerum distringeretur.

XXVI. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

SEd & si per prætorem stetit, restitutio indulgebitur.
Aduersus relegatum restitutionem faciendam ex gene- 1
rali clausula Pomponius ait: sed non & ipsi concedendam: quia potuit procuratorem relinquere. ex causa tamen puto etiam ipsi succurrendum. Ait prætor, AVT CVM EVM 2

INVI-

INVITVM IN IVS VOCARE NON LICERET ‖ NEQVE DEFENDERETVR. ‖ hæc clausula ad eos pertinet quos more [a] maiorum sine fraude [b] in ius vocare non licet: vt consulem, prætorem, ceterósque qui imperium potestatémve quam habent. Sed [c] nec ad eos pertinet hoc edictum quos prætor prohibet sine permissu suo [d] vocari: quoniam aditus
3 potuit permittere: patronos puta & parentes. Deinde adIcit, NEQVE DEFENDERETVR: quod ad omnes suprascriptos pertinet præterquam ad eũ qui absens quid vsucepit:
4 quoniã plenè supra de eo cautum est. Ait prætor, SIVE CVI PER MAGISTRATVS [e] SINE DOLO MALO IPSIVS ACTIO EXEMPTA ESSE DICETVR: hoc quo [f]? vt si per dilationes iudicis effectum sit vt actio eximatur, fiat restitutio. Sed & si magistratus copia non fuit, Labeo ait restitutionem faciendam. Per magistratus autẽ factũ, ita accipiendum est, si ius non dixit. alioquin si causa cognita denegauit actionem, restitutio cessat. & ita Seruio videtur. Item ‖ per ‖ magistratus [g] factum videtur si per gratiã aut sordes magistratus ius non dixerit. & hæc [h] pars locum habebit, nec non & superior SECVMVE AGENDI POTESTATEM NON FACIAT: [i] nam id egit litigator ne secũ agatur, dum iudicem corrumpit. ACTIO EXEMPTA sic erit accipienda, si desiit agere posse. & adIcitur SINE DOLO MALO IPSIVS: videlicet vt si dolus ejus interuenit, ne ei [k] succurratur: ipsis enim delinquentibus prætor nõ subuenit. Proinde si dum vult apud sequentem prætorem agere, tempus frustratus est, non ei subuenietur. Sed & si dum decreto prætoris non obtemperat iurisdictionem ei denegauerit, non esse eum [l] restituendum [m] Labeo scribit. Idémque si ex alia iusta causa non fuerit ab eo auditus.

Feriarum differentia.

5 Si feriæ extra ordinem sint indictæ, ob res puta prosperè gestas vel in honorem principis, & propterea magistratus ius non dixerit, Gaius Cassius nominatim edicebat [n] restituturum se: quia per prætorem videbatur factum. sollemniũ enim feriarum rationem haberi non debere: quia prospicere eas potuerit & debuerit actor ne in eas incidat. quod verius est, & ita Celsus libro secundo digestorum scribit. Sed cum feriæ tempus eximunt, restitutio dumtaxat ipsorum dierum facienda est non totius temporis. & ita Iulianus libro quarto digestorum scribit: ait enim rescissionem vsucapionis ita faciendam, vt hi dies restituantur quibus actor agere voluit &
6 interuentu feriarum impeditus est. Quotiens per absentiã quis non toto tempore aliquem exclusit, vtputa rem tuam possedi vno minus die statuto in vsucapionibus [o] tempore, deinde

a iure magistratus
b *Id est, damno, & pœna quod in factum actio a prætore detur in eum, qui vocet. l. pen. & vlti. supra. de in ius voc.*
c Sed non
d suo in ius vocari
e per magistratus factum sine
f hócque, hoc quoque
g *vel* per magistratum autem
h quo casu & hæc pars
i faceret
k nec ei
l ei
m restituturum
n dicebat. *E dicebat autem prætorium verbum, & magis proprium est. similis error est in l. Barbarius Philippus, suprà, de offic. Prætor.*
o vsucapionis

deinde reipublicæ causa abesse cœpi: restitutio aduersus me vnius diei facienda est.

Clausula generalis.

Item, inquit prætor, SI QVA ALIA MIHI IVSTA CAVSA VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM. Hæc clausula edicto inserta [a] est necessariò: multi enim casus euenire [b] potuerunt qui deferrent restitutionis auxilium: nec singulatim [c] enumerari potuerunt. vt quotiens æquitas restitutionem suggerit, ad hanc clausulam erit descēdendum. vtputa legatione quis pro ciuitate functus est: æquissimum est eum restitui, licet reipublicæ causa non absit. & sæpissime constitutum est adiuuari eum debere siue habuit procuratorem siue non. Idem puto & si testimonij causa sit euocatus [d] ex qualibet prouincia vel in vrbem vel ad principē: nā & hic [e] sæpissime est rescriptum subueniri. Sed & his qui cognitionis gratia vel appellationis peregrinati sunt, similiter subuentum. 7

a inserta necessaria est
b interuenire
c singillatim tamen
d euocatúsque
e & huic

Absentia necessaria.

Et generaliter quotienscumque quis ex necessitate non ex voluntate afuit, dici oportet ei subueniendum.

XXVII. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum

ET siue quid amiserit vel lucratus non sit restitutio facienda est, etiam si non ex bonis quid amissum sit.

Absentia probabilis.

XXVIII. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

NEc non & si quis de causa probabili afuerit, deliberare debet prætor an ei subueniri debeat. puta studiorum causa, fortè procuratore suo defuncto: ne decipiatur per iustissimam absentiæ causam. Item si quis nec in custodia nec in 1
vinculis sit sed sub fideiussorum satisdatione: & dum propter hoc [f] recedere non potest captus sit, restituetur [g]: & aduersus eum dabitur restitutio. QVOD EIVS, inquit prætor, PER 2
LEGES, PLEBIS SCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPVM LICEBIT. quę clausula non illud pollicetur, restituturum si leges [h] permittant: sed si leges non prohibeant. Si quis sæpius reipublicæ 3
causa afuit, ex nouissimo reditu tempus restitutionis esse ei computandum Labeo putat. Sed si omnes quidem absentiæ annum colligant, singulæ minus anno: vtrum annum ei damus ad restitutionem an verò tantum temporis quantum nouissima eius absentia occupauit videndum. & puto annum dandum. Si cum in prouincia domicilium haberes es- 4
ses autem in vrbe, an mihi annus cedat quasi experiundi potestatem habeam? & ait Labeo non cedere. Ego autem puto hoc ita verum si ius reuocandi domum aduersarius habuit: si minus,

f hoc quod recedere
g & restituetur:
h scilicet si leges

minus, videri esse experiundi potestatem: quia & Romæ cõtestari litem potuit.

Rescissoria actio.

§ Exemplo [a] rescissoriæ actionis etiam exceptio ei qui reipublicæ causa afuit competit: fortè si res ab eo possessionem [b] nancto vindicentur. In actioné rescissoria quę aduersus militẽ competit æquissimum esse Pomponius ait eius quoque temporis quo absens defensus non est, fructus eum præstare. Ergo & militi debebunt restitui: vtrîMque [c] actio erit.

XXVIIII. AFRICANVS libro septimo Quæstionum

VIdelicet [d] ne cui officium publicum vel damno vel compendio sit.

Tempus vsucapionis cœptæ à defuncto continuatur hæredi.

XXX. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum

CVm miles qui vsucapiebat decesserit, & heres impleuerit vsucapionem, æquum est rescindi quod postea vsucaptũ est: vt eadem in heredibus qui in vsucapionem succedunt seruanda sint. quia possessio defuncti quasi iuncta [e] descendit ad heredem [f], & plerumque nondum hereditate adita completur.
1 Si is qui reipublicæ causa afuit vsucepit, & post vsucapionem alienauerit rem, restitutio facienda erit: & licet sine dolo [g] afuerit & vsuceperit, lucro eius occurri oportet. Item ex reliquis omnibus causis restitutio faciẽda erit: veluti si aduersus eum pronuntiatum sit.

XXXI. IDEM libro quinquagensimo tertio ad Edictum

SI is [h] cuius rem vsucepit reipublicæ causa absens, possessionem suæ rei ab illo vsucaptæ nactus sit: & si postea amiserit, non temporalem sed perpetuam habet actionem.

Quis dicatur abesse caussa Reipublicæ.

XXXII. MODESTINVS libro nono Regularum

ABesse reipublicæ causa intellegitur & is qui ab vrbe profectus est licet nondum prouinciam excesserit. sed is qui †excesserit, donec in vrbem reuertatur. & hoc ad proconsules legatósque eorum & ad eos qui prouinciis præsunt procuratorésve principum qui in prouinciis tenentur pertinet: & ad tribunos militum & præfectos & comites legatorum qui ad ærarium ||delati|| aut in commentariũ [i] principis delati [k] sunt.

XXXIII. IDEM libro singulari de Enucleatis casibus

INter eos qui ex generali clausula adiuuantur & fisci patronus connumeratur. Eos qui notis [l] scribunt acta præsidũ, reipublicæ causa non abesse certum est. Militum medici quoniam officium quod gerunt & publicè prodest, & fraudem eis afferre nõ debet, restitutionis auxiliũ implorare possunt.

a *Vt rescissoria actio datur ei, cuius res vsucapta est, cùm abesset Reipu. causa, ita etiã si eius possessionẽ nactus fuerit, & ab eo vindicetur, datur ei exceptio. Gou. hic falli videtur lib. 1. lect. c. 45.*

b possessionémve nacto

c & vtrique

d videlicet, vt nẽ

e quasi iniuncta. *Rectior Florent.*

f *Quod intellige de suo hærede. Nam possessio non transmittitur in extraneum hæredem*

g dolo malo absfuerit

h *Ex ti. de vsucapio. Duar.*

† excessit.

i *Id est, diarium, & ephemeridem vulgò registrum Bud. Accur. autem hic delirat.*

k *Bud. legit relati. Referri autem ad ærariũ intelligimus nomina eorum publicis actis inscripta, quæ in ærario adseruabantur.*

l *Compendioso scribendi genere excipiendo vtuntur, vnde exceptores vocantur. Bud.*

XXXIIII. IAVOLENVS libro quintodecimo ex Casio

a domi suæ *Vide his Bud.*

MIles commeatu accepto si domo [a] sua est, reipublicæ causa abesse non videtur. Qui operas in publico quod vectigalium causa locatum est dat, reipublicæ causa non abest.

XXXV. PAVLVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam

b curam gererent, curam darent

c erat

d abierit,

e vrbanicis vrbanis

f expeditione consulari vel consulis

QVi mittuntur vt milites ducerent aut reducerent, aut legendi curarent [b], reipublicæ causa absunt. hi quoque
qui missi sunt ad gratulandum principi. Item procurator 1
Cæsaris non solùm cui rerum prouinciæ cuiusque procuratio mandata erit [c]: sed & is cui rerum quamuis non omnium. Itaque plures ibi procuratores diuersarum reipublicæ causa abesse intelleguntur. Præfectus quoque Aegypti reipublicæ causa abest: quive aliam ob causam reipublicæ gratia extra vrbem aberit [d]. Sed & in vrbanicianis [e] militibus idem Diuus
Pius constituit. Quæsitum est de eo qui ad compescendos 2
malos homines missus est an reipublicæ causa abesset. & placuit reipublicæ causa eum abesse. Item paganum qui in expeditione [f] consularis iussu transierat, ibique in acie ceciderat: heredi enim eius succurrendum est. Qui reipublicæ cau 3
sa Romã profectus est, abesse reipublicæ causa videtur. Sed & si extra patriam suam reipublicæ causa profectus sit etiam si per vrbem ei iter competit, reipublicæ causa abest. Similiter qui in prouincia est, vt primùm aut domo sua profectus est aut cum in eadem prouincia degit rei publicæ administrandæ causa: simul [g] agere rempublicam cœpit, ad similitudinẽ absentis habetur. Et dum eat in castra & redeat [h] reipublicæ causa abest: quòd & eundum sit in castra militaturo & redeũdum. Viuianus scribit Proculum respondisse militem qui [i] commeatu absit, dum domum vadit aut redit, reipublicę causa abesse: dum domi sit, non abesse.

g simulatque agere *simul, pro simulatque. sic Horat. 1. serm. 1. Saty. Quæ simul inuersũ contristat Aquarius annum.*

h redeat miles Reipublicæ

i qui cum commeatu.

XXXVI. VLPIANVS libro sexto ad legem Iuliam & Papiam

REipublicæ causa abesse eos solos intellegimus qui nõ sui commodi causa sed coacti absunt.

De assessoribus.

XXXVII. PAVLVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam

HI qui in prouincia sua vltra tẽpus à constitutionibus cõcessum adsident, publica [k] causa abesse non intellegũtur.

k ex publica

XXXVIII. VLPIANVS libro sexto ad legem Iuliam & Papiam

SI cui in prouincia sua princeps adsidere speciali beneficio permiserit, puto eum reipublicæ causa abesse. quòd si non

ex

ex permissu [a] hoc fecerit, consequenter dicemus cum crimen admisit non habere eum priuilegia eorũ qui reipublicæ causa absunt. Tãdiu reipublicæ causa abesse quis videbitur quãdiu officio aliquo [b] præest. quòd si finitum fuerit officium, iam desinit abesse reipublicæ causa. Sed ad reuertendum illi tempora computabimus statim atq; desiit reipublicæ causa abesse ‖ ea ‖ quibus reuerti in vrbem potuit: & erit moderatum, tempora ei dare quæ lex reuertẽtibus præstitit. Quare si quo [c] deflexerit suæ rei causa, non dubitamus id tempus ei nõ proficere: habitáque dinumeratione temporis quo reuerti potuit, statim eum dicemus desisse reipublicæ causa abesse. Planè si infirmitate impeditus continuare iter non potuit [d], habebitur ratio humanitatis: sicuti haberi solet & hiemis & nauigationis & ceterorum quæ casu contingunt.

a permissione

b alicui

c si quid excesserit. *vel si quod tempus effluxerit.*

d debuit

XXXVIIII. PAVLVS libro primo Sententiarum

IS qui reipublicæ causa afuturus erat, si procuratorem reliquerit per quem defendi potuit, in integrum volens [e] restitui non auditur [f].

e audietur

f. *Hoc pertinet ad posterius caput edicti: & interpretabimur hoc modo. Volens restitui contra eũ qui Reipu. causa abfuit, & procuratorẽ reliquis, non audietur l. item ait prætor. §. hac autẽ restitutio. suprà e. Duar.*

XL. VLPIANVS libro quinto Opinionum

SI qua militi accusatio competat [g] tempore quo reipublicæ operam dedit, non peremitur [h]. Quod eo tempore quo in insula aliquis fuit, ex pœna ei irrogata cuius restitutionem [i] impetrauit, ab alio vsurpatum ex bonis quę non erant adẽpta probatum fuerit, suæ causæ restituendum est.

g eo tempore

h perimetur.

i restitutionem à principe impetrauit

Absenti restituitur actio cum onere suo.

XLI. IVLIANVS libro trigensimo quinto Digestorum

SI quis Titio legauerit si mortis suæ tempore in Italia esset, aut in annos singulos quoD in Italia esset, & ei succursum fuerit quia ob id quòd reipublicæ causa afuit exclusus fuerit à legato: fideicommissum ab eo [k] relictũ præstare cogitur. Marcellus notat [l]: quis enim dubitauit salua legatorum & fideicommissorum causa militi restitui hereditatem, quam ob id perdidit quòd reipublicæ causa afuit?

k *Pro à se. demonstratiuum pro reciproco.*

l *Idcirco notat: quia de re minimè dubia responderit.*

XLII. ALFENVS libro quinto Digestorum

NOn vere dicitur reipublicæ causa abesse ‖ eum ‖ qui sui priuati negotij causa in legatione est.

Sicut actio amissa restituitur, ita actio non nata per in integrum restitutionem instituitur.

XLIII. AFRICANVS libro septimo Quæstionum

SI quis stipulatus sit in annos singulos quoad [m] in Italia esset vel ipse vel promissor, & alteruter reipublicæ causa abesse cœperit, officium prætoris est introducere vtilẽm actionẽ. Eadem dicemus & si ita concepta stipulatio fuerit, si quinquennio proximo Romæ fuerit, vel ita, si ‖ Romæ ‖ non fuerit, centum dare spondes?

m quoties

XLIIII. PAVLVS libro secundo ad Sabinum

IS qui reipublicæ causa abest in aliqua re læsus non restituitur, in qua etiam si reipublicæ causa non afuisset, damnum erat passurus.

XLV. SCAEVOLA libro primo Regularum

a discedere à signis

MIlites omnes qui discedere [a] signis sine periculo non possunt, reipublicæ causa abesse intelleguntur.

Absens contra absentem.

XLVI. MARCIANVS libro secundo Regularum

b Hac specie complectitur vtrunque caput edicti.

QVi reipublicæ[b] causa afuit etiam aduersus eum qui pariter reipublicæ causa afuerit restituendus est si aliquid damni iustè queritur.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA
TITVLVS VII.

Caussa actionis edicto propositæ.

GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

OMNIBVS modis proconsul id agit ne cuius deterior causa fiat ex alieno facto. Et cum intellegeret iudiciorum exitum interdum duriorem ||nobis|| constitui opposito nobis alio aduersario, in eam quoque rem prospexit: vt si quis alienando rem alium nobis aduersarium suo loco substituerit idque data opera in fraudē nostrā fecerit, tanti nobis in factū actione teneatur quanti nostra intersit alium aduersarium nos non habuisse. itaque si alterius prouinciæ hominem aut potentiorē nobis opposuerit aduersariū, tenebitur:

II. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

AVt alium qui vexaturus sit aduersarium.

III. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale

QVia etiam si cum eo qui alterius prouinciæ sit experiar, in illius prouincia experiri debeo: & potentiori pares esse non possumus. Sed & si hominem quem petebamus ma- 1
numiserit, durior nostra condicio fit, quia prætores faueant libertatibus. Item si locū, in quo opus feceris cuius nomi- 2
ne interdicto QVOD VI AVT CLAM vel actione AQVAE PLVVIAE ARCENDAE tenebaris, alienaueris, durior nostra condicio facta intellegitur: qua si tecū ageretur, tuis impensis id opus tollere deberes: nunc verò cum incipiat mihi aduersus alium actio esse quàm qui fecerit, cōpellor meis impensis id tollere: quia qui ab alio factum possidet, hactenus istis actionibus tenetur vt patiatur id opus tolli.

De nunciatione noui operis.

Opus quoque nouum si tibi nuntiauerim túque eū locum 3
alienaueris, & emptor opus fecerit: dicitur te hoc iudicio teneri,

neri, quasi[a] neque tecum ex operis noui nunciatione agere possim, quia nihil feceris: neque cum eo cui id alienaueris, quia ei nuntiatum non sit.

a quia

Quid veniat in hanc actionem.

4 Ex quibus apparet quòd proconsul in integrum restituturum se pollicetur: vt hac actione officio tantum iudicis consequatur actor, quantum eius intersit alium aduersarium non habuisse: fortè si quas iNpensas fecerit, aut si quam aliã incommoditatẽ passus erit alio aduersario substituto. Quid ergo[b] est si is aduersus quem talis actio competit, paratus sit vtile iudicium pati perinde ac si possideret? rectè dicitur denegandam esse aduersus eum ex hoc edicto actionem.

b Quid ergo est & si is

IIII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

ITem[c] si res fuerint vsucaptæ ab eo cui alienatæ sint, nec peti ab hoc possint, locum habet hoc edictum.

c *Hinc sumpta est l. 20. alienat. de reg. iur. Duar.*

Prætor exigit dolum.

1 Itémque[d] fieri potest vt sine dolo malo quidem possidere
desierit, verùm iudicij mutandi causa id fiat. Sunt & alia cõ-
plura talia. Potest autẽ aliquis dolo malo desinere posside-
re nec tamẽ iudicij mutandi causa fecisse: nec hoc edicto tene-
ri: neque enim alienat qui dũtaxat omittit possessionẽ. Non
tamẽ eius factum improbat prætor, qui tanti[e] habuit re care-
re ne propter eã sæpius litigaret: hæc enim verecunda[f] cogita
tio eius qui lites exsecratur nõ est vituperanda: sed eius dum-
taxat qui cum rem habere vult, litẽ ad aliũ transfert vt mole-
2 stũ aduersariũ pro se subIciat. Pedius libro nono non so-
lùm ad dominij trãslationẽ hoc edictũ pertinere ait, verùm
ad possessionis[g] quoq;: alioquin[h] cum quo in rẽ agebatur,
3 ‖inquit, ‖ si possessione cessit non tenebitur. Si quis autem
ob valetudinem aut ætatem aut occupationes necessarias litẽ
in aliũ transtulerit, in ea causa non est vt hoc edicto teneatur:
cum in hoc edicto doli mali fiat mentio. Ceterũ erit interdi-
ctum &[i] per procuratores litigare dominio in eos plerumq;
ex iusta causa translato. Ad iura etiam prædiorum hoc e-
dictum pertinet: modò si dolo malo fiat alienatio.

d Item

e *Rectum fuisset, qui tanti habuerit non litigare, vt etiã re ipsa careret. Sic tamẽ locutus est Martialis, Ignoscas petimus Vacerra, tanti non est vt placeam tibi perire. Sic Plin. lib. 13. cap. 3. & lib. 23. c. 1.*

f verecundia, & cogitatio

g possessionem quoque

h alioquin & is

i ei per

Quid petatur hac actione.

4 Hæc actio in id quod interest competit. proinde si res non fuit petitoris, aut si is qui alienatus est sine culpa decessit, cessat iudicium: nisi‖ si‖ quid actoris præterea interfuit. Hæc actio non est pœnalis sed rei persecutionem arbitrio iudicis continet. quare & heredi dabitur. in heredem autem

V. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum

VEl similem,

VI. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

VEl post annum, non dabitur:

VII. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale

QVia pertinet quidem ad rei persecutionem, videtur autẽ ex delicto dari.

VIII. PAVLVS libro duodecimo ad Edictum

EX hoc edicto tenetur & qui rem exhibet si arbitratu iudicis pristinam iudicij causam non restituit. Ait prætor, 4
QVAEVE ALIENATIO IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA ERIT[a]. id est || si || futuri iudicij causa, non eius quod iám sit.

a fuerit

Alienare quid sit.

Alienare intellegitur etiam qui alienam rem vendidit. Sed heredem instituendo vel legando si quis alienet, huic edicto locus non erit. Si quis alienauerit deinde receperit non tenebitur hoc edicto. Qui venditori suo redhibet non videtur iudicij mutandi causa abalienare[b]:

b alienare

VIIII. PAVLVS libro primo ad Edictum ædilium curulium

QVia redhibito homine omnia retro aguntur. & ideo nõ videtur iudicij mutãdi causa alienare qui redhibet, nisi[c] si propter hoc ipsum redhibet non redhibiturus aliàs.

c nisi fortè

X. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum

NAm & si obligatus soluero quod à me petere velles, huic edicto locus non erit. Si tutor pupilli vel adgnatus furiosi alienauerint[d], vtilis actio competit: quia consilium huius fraudis inire non possunt.

d alienauerit

Exceptio competit ex hoc edicto, si actor alienauerit.

XI. IDEM libro quinto Opinionum

CVm[e] miles postulabat suo nomine litigare de possessionibus quas sibi donatas esse dicebat, responsum est si iudicij mutandi causa donatio facta fuerit, priorem dominum experiri oportere: vt rem magis, quàm litem in militem transtulisse credatur.

e Si miles agat de re ab actore donata, actor ex hoc edicto tenetur, ideo consilium est Vlpiani, vt prior domino agat, perinde quasi non alienasset vt denegetur hæc actio. l. 3. in fi. supra eo. nec actione cadere debet quasi potentiori actionẽ cesserit. l. vlt. C. ne lice. potent. Etenim cùm offerat se ad accipiendum iudiciũ, & restituat causam pristinam arbitrio iudicis, rẽ magis quàm actionem transtulisse videtur vt hic: & pœnam constitutionis effugit.

XII. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum

SI quis iudicij communi diuidundo euitandi causa rem alienauerit, ex lege Licinnia[f] ei interdicitur ne communi diuidundo iudicio experiatur. verbi gratia vt potentior emptor per licitationem vilius eam accipiat & per hoc iterum ipse recipiat. Sed ipse[g] quidem qui partem alienauerit, conmuni diuidundo iudicio si agere velit nõ audietur. Is verò qui emit si experiri velit, ex illa parte edicti vetatur qua cauetur ne qua alienatio iudicij mutandi causa fiat.

f Licinici
g Sed & ipse

DE

RVNT VT SENTENTIAM DICANT

TIT. VIII.

PAVLVS libro secundo ad Edictum

COmpromissum[b] ad similitudinem[c] iudiciorum redigitur: & ad finiendas lites pertinet.

II. VLPIANVS libro quarto ad Edictum

EX compromisso[d] placet exceptionem non nasci sed pœnæ petitionem.

III. IDEM libro tertiodecimo ad Edictum

LAbeo ait si compromisso facto sentētia dicta est, quo quis à minore vigintiquinque annis tutelæ absolueretur, ratū id à prætore non habendum: neque pœnæ eo nomine commissæ petitio dabitur.

Ratio edicti.

1 Tametsi neminē prætor cogat arbiterium recipere, quoniam hæc res libera & soluta est & extra necessitatem iurisdictionis posita, attamen vbi semel quis in se receperit arbitriū, ad curam & sollicitudinem suam hanc rem pertinere prætor putat, non tantùm[e] quòd studeret lites finiri, verùm quoniā non deberent decipi qui eum quasi virum bonum disceptatorem inter se elegerunt: finge enim post causam iam semel atque iterum tractatam, post nudata vtriusque intima & secreta negotij aperta, arbitrum vel gratiæ dantem vel sordibus corruptum vel alia || qua || ex causa nolle sententiam dicere: quisquámne potest negare æquissimum fore prætorem interponere se || debuisse, || vt officium quod in se recepit impleret?

Ait prætor, QVI ARBITRIVM PECVNIA COMPROMISSA RECEPERIT.

De persona arbitri.

Tractemus de personis arbitrantium. Et quidem arbitrū cuiuscumque[f] dignitatis coget officio quod susceperit perfungi: etiam si sit consularis: nisi fortè sit in aliquo magistratu positus vel potestate, consul[g] fortè vel prætor: quoniam in hoc imperium non habet.

IIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

NAm magistratus superiore[h] aut pari imperio nullo modo possunt cogi[i]. nec interest ante an ipso magistratu arbitrium susceperint. inferiores[k] possunt || cogi. ||

V. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

SEd & filiusfamilias compelletur.

VI. GAIVS libro quinto ad Edictum Prouinciale

QVin etiam de[l] re patris dicitur filiumfamilias arbitrum esse: nam & iudicem eum esse posse plerisque placet.

a Receptis arbitris

b *Dictum est compromissum, quòd vltro citróque litigantes promittunt pœnam, si non steterint sententiæ arbitri: quæ promissionis per stipulationem fieret, hoc Pauli sæculo condici non potuit, sed pacti exceptio competijt. l. II. infra, e. l. vl. C. eo. vocatur receptum quod à compromissario iudice compromissum litigatorum recipiatur. l. rem non nouam. C. de iudi.*

c *In hunc locum Cic. in oratione pro Roscio Comœdo.*

d *Sumptum ex tit. de pact.*

e *Hic locus in plerisque exemplaribus erat corruptus.*

f cuiusque

g *Nondum imperitè nexum imperitius dissoluit Accur. & delirat ignoratione Latinæ linguæ. Id autem, de quo dubitauit etiā pueris hodie notum est. Consul enim est, qui gerit consulatum. Consularis qui gessit.*

h superiores aut pari imperio qui sunt

i *Huc pertinet quod de Nonio quæstore refert Sueto. in Iul.*

k sed inferiores

l & de re

VII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

PEdius libro nono & Pomponius libro trigensimo tertio scribunt parui referre ingenuus quis an libertinus sit: integræ famæ quiSit arbiter an ignominiosus. In seruum Labeo compromitti non posse libro vndecimo scribit: & est verum. Vnde Iulianus ait si in Titium & seruũ compromissum sit, nec Titium cogendum sententiam dicere quia cum alio receperit: quamuis serui, inquit, arbiterium nullum sit. Quid tamen si dixerit sententiam Titius? pœna non committitur: quia non vt receperit dixit sententiam.

VIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

SEd si ita compromissum sit vt ‖vel‖ alterutrius sententia valeat, Titium cogendum.

VIIII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

a Sed & si

SEd [a] si in seruũ compromittatur, & liber sententiã dixerit, puto si liber factus fecerit consentientibus partibus valere.

b lib. 33.
c eiusdem rei

Sed neque in pupillum neque in furiosum aut surdum aut 1
mutum compromittetur, vt Pomponius libro trigensimo [b] tertio scribit. Si quis iudex sit, arbitrium recipere eius [c] rei 2
de qua iudex est, inve se compromitti iubere prohibetur lege Iulia: & si sententiã dixerit non est danda pœnæ persecutio.

d fit
e Idem ait &c.

Sunt & alij qui non coguntur sententiam dicere: vtputa si 3
sordes aut turpitudo arbitri manifesta sit [d]. Iulianus ait si eũ infamauerunt litigatores, non omnimodo prætorem debere eum excusare, sed causa cognita. Idem [e] & si spreta auctoritate eius ad iudicium

f vel ad alium

X. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

VEl [f] alium arbitrum

XI. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

g ierunt,
h redierunt;

LItigatores ierint [g], mox ad eundem arbitrum redierint [h]: prætorem non debere eum cogere inter eos disceptare qui ei contumeliam hanc fecerunt vt eum sperneren t & ad alium
irent. Arbitrum ‖ autem ‖ cogendum non esse sententiam 1
dicere nisi compromissum interuenerit. Quod ait prætor 2
PECVNIAM COMPROMISSAM, accipere nos debere nõ si vtriMque pœna nummaria sed si & alia res vice pœnæ, si quis arbitri sententia non steterit, promissa sit. ‖& ita‖ Pomponius scribit. Quid ergo si res apud arbitrum depositæ sunt eo pacto vt ei daret qui vicerit, vel vt eam ‖rem‖ daret si non pareatur sententiæ, an cogendus sit sententiam dicere? & puto cogendum, tantundem [i] & si quantitas certa ad hoc apud eũ deponatur. proinde & si alter rem alter pecuniam stipulanti promiserit, plenum compromissum est: & cogetur sententiã
dicere. Interdum, vt Pomponius scribit, recte nudo pacto 3
fiet cõpromissum [k]: vtputa si ambo debitores fuerunt & pacti sunt

i & tantundem
k *Quod valet ad excipiendum, cùm rem tenemus: licet nõ valeat ad agendum in eos qui rem tenent. l. iurisgentium. suprà de pact. ex eo autem competit exceptio pacti, nõn rei iudicata. vel. 2. suprà eod.*

ſunt ne petat quod ſibi debetur qui ſententiæ arbitri non paruit. Item Iulianus ſcribit non cogendum arbitrum ſententiã dicere, ſi alter promiſerit alter non. Idem dicit & ſi ſub condicione fuerit pœna compromiſſa: veluti ſi nauis ex Aſia venerit, tot milia: non enim prius arbitrum cogendum ſententiam dicere quàm condicio exſtiterit: ne ſit inefficax deficiente condicione, & ita Pomponius libro trigenſimo tertio ad edictum ſcribit.

XII. PAVLVS libro tertio decimo ad Edictum

QVo caſu ad prætorem pertinebit in eo forſitan ſolo vt ſi poſsit dies compromiſsi proferri, proferatur.

XIII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

POmponius ait & ſi alteri accepto lata ſit pœna compromiſsi: non debere eum compelli ſententiã dicere[a]. Idem
1 Pomponius ſcribit ſi de meis ſolis controuerſiis ſit compromiſſum, & de te pœnam ſim ſtipulatus, videndum ne non ſit compromiſſum. ſed cui[b] rei moueatur non video: nam ſi ideo quia de vnius controuerſiis ſolùm compromiſſum eſt, nulla ratio eſt: licet enim & de vna re compromittere. ſi vero ||ideo|| quia ex altera dumtaxat parte ſtipulatio interuenit, eſt ratio[c]. quamquam[d] ſi petitor[e] qui Stipulatus eſt, poſsit dici plenum eſſe compromiſſum: quia is qui conuenitur, tutus eſt ||veluti|| pacti exceptione: is[f] qui conuenit, ſi arbitro[g] non pareatur habet ſtipulationem. Sed id verum eſſe non puto: neque enim ſufficit exceptionem habere vt arbiter ſententiam dicere coga-
2 tur. Recepiſſe autem arbitrium videtur, vt Pedius libro nono[h] dicit, qui iudicis partes ſuſcepit, finémque ſe ſua ſententia controuerſiis impoſiturũ pollicetur. Quod ſi, inquit, hactenus interuenit, vt experiretur an conſilio ſuo vel auctoritate diſcuti litem paterentur: non videtur arbitrium recepiſſe.
3 Arbiter ex compromiſſo his diebus non cogitur ſententiã dicere quibus iudex non cogetur[i]: niſi dies compromiſsi exitura ſit nec proferri poſsit. Proinde ſi forte vrgueatur à prætore ad ſententiã, æquiſsimum erit ſi iuret ſibi de cauſa nondum[k] liquere, ſpatium ei ad pronuntiandum dari.

XIIII. POMPONIVS libro vndecimo a T. Quintum Mucium

SEd ſi compromiſſum ſine die confectum eſt, neceſſe eſt arbitro omnimodo dies[l] ſtatuere partibus ||ſcilicet|| conſentientibus, &[m] ita cauſam diſceptari[n]. quòd ſi hoc prætermiſerit[o], omni tempore cogendus eſt ſententiam dicere.

XV. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

LIcet autem prætor deſtrictè edicat ſententiam ſe arbitrum dicere coacturum, attamẽ interdum rationem eius habere debet, & excuſationem recipere cauſa cognita: vtputa ſi fuerit infama-

a dicere, ne inefficax ſententia ſit. quæ verba ab aliquo interprete adiecta ſunt.
b ſed cur res
c Speciem aliquam habet hæc ratio: tametſi improbetur infra in his verbis, ſed id.
d tanquam
e ſi petitor ſit vel fuit
f is vero
g arbitrio
h lib. 8.
i cogeretur
k Gell. lib. 14. c. 2. & Aſcon. in diui n.
l diem ſtatuere
m & ita demum
n diſceptare.
o prætermiſſum ſit,

infamatus à litigatoribus: aut si inimicitiæ capitales intercesserint & litigatores aut alterum ex litigatoribus intercesserint: aut si ætas aut valetudo quæ postea contigit, id ei munus remittat: aut occupatio negotiorum propriorum vel profectio vrguens aut munus aliquod reipublicæ [a]. & iT [b] Labeo.

a Et aliquid Reip. causa.
b & ita, vel id

XVI. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

ET si qua alia incommoditas ei post arbiterium susceptum incidat. Sed in causa valetudinis similibúsve, causa cognita differre cogitur. Arbiter iudicii sui nomine, quod publicũ 1
aut priuatum habet, excusatus esse debet à compromisso: vtique si dies compromissi proferri non potest. quòd si potest, quare non cogat eum cum potest proferre? quod sine vlla districtione ipsius interdum futurum est. Si tamen vterque velit eum sententiam dicere, *an* quamuis cautum non sit de die proferenda, non aliàs impetret, quia iudicium habeat, ne cogatur, quàm si consentiat denuo in se compromitti? hec||scilicet||si dies exitura est.

Cedens bonis.

XVII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

ITem si vnus ex litigatoribus bonis suis cedat, Iulianus libro quarto digestorum scribit non esse cogendum arbitrum sententiam dicere: cum neque agere neque conueniri possit.
† arbitrum Si multò post reuertantur ad † arbitrium litigatores, non 1
esse cogendum sententiam dicere Labeo scribit. Item si plu- 2
res sunt qui arbitrium receperunt, nemo vnus cogendus erit sententiam dicere, sed aut omnes aut nullus. Inde [c] Pomponius libro trigensimotertio [d] quærit, si ita sit compromissum vt quod Titio disceptatori placet, id Seius pronuntiet: quis sit [e] cogendus. Et puto tale arbitrium non valere in quo libera facultas arbitri sententię non est futura. Sed si ita sit compromissum, arbitratu Titii aut Seii fieri, Pomponius scribit, & nos putamus compromissum valere. sed is erit cogendus sententiā dicere in quem litigatores consenserint.

c Item Pomponius
d 33. ad edictum
e quis sit eorum

Diuersæ arbitrorum sententiæ.

Si in duos fuerit sic compromissum, vt si dissentirent ter- 3
tium adsumant, puto tale compromissum non valere: nam in adsumendo possunt dissentire. Sed si ita sit, vt || eis || tertius adsumeretur Sempronius, valet compromissum: quoniam in adsumendo dissentire non possunt. Principaliter tamen 4
||quæramus|| si in duos arbitros sit compromissum an cogere [f] eos prætor debeat sententiam dicere: quia res ferè sine exitu futura est propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem. In impari enim numero idcirco compromissum admittitur non quoniam consentire omnes facile est, sed quia & si dissen-

f non debet prætor eos cogere

si dissentiãt inuenitur pars maior cuius arbitrio stabitur. Sed [a] vsitatum est etiam in duos compromitti. & debet prætor cogere arbitros si non consentiant, tertiam [b] certam eligere
§ personam cuius auctoritati pareatur. Celsus [c] libro secundo [d] digestorum scribit, si in tres fuerit compromissum, sufficere || quidem || duorum consensum si præsens fuerit & tertius: alioquin absente eo licet duo consentiant, arbitrium non valere: quia in plures fuit compromissum & potuit præsentia eius trahere eos in eius sententiam.

a Sed tamen
b *Quia auctoritate prætoris tertia certa persona adhibetur, valet compromissum: nec potest incertum dici aliter atque si eligenda relinqueretur duobus, in quos iam fuerit compromissum, qui vix in ea eligenda consentire possunt.*
c Celsus quoque
d lib. 3.

XVIII. POMPONIVS libro septimodecimo Epistularum [& variarum lectionum]

SIcuti [e] tribus iudicibus datis quod duo ex consensu absente tertio iudicauerũt, nihil valet: quia id demum quod maior pars omniũ iudicauit ratum est, cum & omnes iudicasse palam est.

e *Sic* &

XVIIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

QValem [f] autem sententiam dicat arbiter, ad prætorẽ non pertinere Labeo ait: dummodo dicat quod ipsi videtur. Et ideo si sic fuit in arbitrum compromissum vt certam sententiam dicat, nullum esse arbitrium nec cogendum sententiã dicere Iulianus scribit libro quarto digestorum.

f *Ex hoc tractatu sumpta est l. fi. opt. de op. noui nunc. vbi Vlp. hac sic differentias de sententia variorum Duar.*

Quid sit dicere sententiam in edicto.

1 Dicere autem sententiam existimamus eum qui ea mente quid pronuntiat, vt secOndum id discedere eos à tota controuersia velit. Sed si de pluribus rebus sit arbiterium receptum, nisi omnes controuersias finierit non videtur dicta sententia: sed [g] adhuc erit à prætore cogendus.

g & adhuc

Mutatio sententiæ.

2 Vnde videndũ erit an mutare sententiã posit. & alias quidem est agitatum si arbiter iusit dari mox vetuit, vtrum eo quod iusit an eo quod vetuit, stari debeat. Et Sabinus quidẽ putauit posse. Casius [h] sententiam magistri sui bene excusat: & ait Sabinum non de ea sensisse sententia quæ arbitrium finiat, sed de præparatione causæ: vtputa si iusit litigatores calendis adesse, mox idibus iubeat: nã mutare eum diem posse. Ceterum si condemnauit vel absoluit, dum [i] arbiter esse desierit, mutare { se } sententiam non posse.

h Casius vero
i quando arbiter

XX. GAIVS libro quinto ad Edictum Prouinciale

QVia arbiter & si errauerit in sententia dicenda corrigere eam non potest.

XXI. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

QVid tamen si de pluribus controuersiis sumptus est nihil sibi communibus, & de vna sententiã dixit de aliis nondum: numquid desiit esse arbiter? videamus igitur an in prima controuersia posit mutare sententiã de qua iam dixerat.

Et mul-

Et multum intereſt de omnibus ſimul vt dicat ſententiam
compromiſſum eſt, an non: nam ſi de omnibus, [a] poterit
mutare: nondum enim dixit ſententiam. quòd ſi [b] & ſe-
paratim, quaſi [c] plura ſunt compromiſſa: & ideo quantum
ad illam controuerſiam pertinet arbiter eſſe deſierat [d]. Si 1
arbiter ita pronuntiaſſet, nihil videri Titium debere Seio:
tametſi Seium non vetuiſſet petere, tamen ſi quid petiſſet vi-
deri contra ſententiam arbitri feciſſe. & id Ofilius & Treba-
tius reſponderunt. Solutioni diem poſſe arbitrum ſtatuere 2
puto. & ita & Trebatius [e] videtur ſentire.

Sententia incerta.

Pomponius ait, inutiliter arbitrum incertam ſententiam 3
dicere: vtputa quantum ei debes redde. diuiſioni veſtræ ſtari
placet. pro ea parte quàm creditoribus tuis ſoluiſti accipe.
Itē [f] arbiter pœnam ex compromiſſo peti vetuerit, in libro 4
trigenſimo tertio apud Pomponium ſcriptum habeo non va-
lere. & habet rationem: quia non de pœna compromiſſum
eſt. Papinianus libro tertio quæſtionum ait, ſi cùm dies cō- 5
promiſsi finiretur, prolato die litigatores denuo in eum com-
promiſerint, nec ſecundi compromiſsi arbitrium receperit
non eſſe cogendum recipere, ſi ipſe in mora non fuit quo mi-
nus partibus ſuis fūgeretur. quòd ſi per eū factum eſt, æquiſ-
ſimum eſſe cogi eum à prætore ſequens recipere. quæ quæſtio
ita procedit, ſi nihil in priore compromiſſo de die proferen-
do caBeatur [g], ceterum ſi caBeatur & ipſe protulit, manſit
arbiter. Plenum compromiſſum appellatur quod de rebus 6
controuerſiisve compoſitum eſt: nam ad omnes controuer-
ſias pertinet. ſed ſi fortè de vna re ſit diſputatio [h], licet pleno
compromiſſo [i] actum ſit, tamen [k] ex ceteris cauſis actiones
ſupereſſe [l]: id enim venit [m] in compromiſſum de quo actum
eſt (vt) veniret. Sed eſt tutius, ſi quis de certa re compromiſ-
ſum facturus ſit, de ea ſola exprimi re in compromiſſo [n]. Non
debent autem obtemperare litigatores, ſi arbiter aliquid non
honeſtum [o] iuſſerit. Si intra diem compromiſsi aditus ar- 7
biter poſt diem cōpromiſsi adeſſe iuſſerit, pœna nō cōmitte-
tur. Si quis ex litigatoribꝰ ideo nō adfuerit quòd valetudine 8
vel reipublicę cauſa abſentia impeditus ſit, aut magiſtratu aut
alia iuſta || de || cauſa: pœnā committi Proculus & Atilicinus
aiunt. ſed ſi paratus ſit in eundem compromittere, actionē
denegari, aut exceptione tutū fore. Sed hoc ita demum verū
erit, ſi arbiter recipere in ſe arbiterium fuerit paratus: nam
inuitum non eſſe cogendum Iulianus libro quarto [p] digeſto-
rum rectè ſcribit. ipſe autem nihilo minus pœna abſoluitur.

De loco.

Si arbiter iuſſit puta [q] in prouincia [r] adeſſe litigatores 9
cum

a ſi vt de omnibus
b quod ſi vt
c quia plura
d deſiit
e etiam Trebatius
f Item ſi arbiter
g cauebatur
h diſceptatio
i plenum compro. miſſum factum ſit
k tamen Martianus ex
l ſupereſſe ait:
m venire
n Non debent autē exprimere. non debent autem in compromiſſo. *vel* cōpromiſſo autē non debent obtemperare. *Rectior eſt Flor.*
o inhoneſtum
p lib. 3.
q vt puta
r in prouinciam

eum Romæ esset in eum compromissum, an ei impune non pareatur quæritur. Est [a] & verius quod Iulianus ait libro quarto, eum locum compromisso inesse de quo actũ sit [b] vt promitteretur. Impune igitur ei non parebitur si alio loci [c] adesse iusserit. Quid ergo si non appareat de quo loco actum sit? melius dicetur eum locum contineri vbi compromissum est. Quid tamen si in eo loco [d] qui sit circa vrbem adesse iusserit? Pegasus admittit valere iussum. Quod puto ‖ ita ‖ verum esse si ‖ & ‖ eius sit auctoritatis arbiter‖ vt ‖ in secessibus
10 soleat agere, & litigatores facilè eò loci venire possint. Sed si [e] in aliquem locum inhonestum adesse iusserit, puta in popina [f], vel in lupanarium [g]: vt Viuianus [h] ait sine dubio impune ei non parebitur. quam sententiam & Celsus libro secundo digestorũ probat. Vnde eleganter tractat, si is sit locus in quem alter ex litigatoribus honestè venire non possit, alter possit. & is non venerit qui sine sua turpitudine eò venire possit, is venerit [i] qui inhonestè venerat: an committatur pœna compromissi ‖ an ‖ quasi opera non præbita. & rectè putat non committi: absurdum enim esse, iussum in alterius persona ratum esse, in alterius non.

a Et est
b vt compromitteretur *vel* compromitteretur
c si alio loco
d si eo loci
e Sed & si
f popinam
g lupanar
h Iulianus
i is autem venerit *vel* & is venerit

De mora & eius emendatione siue purgatione.

11 Intra quantum autem temporis nisi detur quod arbiter iusserit committatur stipulatio videndum est. Et si quidem dies adiectus non sit, Celsus scribit libro secundo Digestorũ inesse quoddam modicum tempus: quod vbi præterierit: pœna statim peti potest. & tamen [k], inquit, ‖ & ‖ si dederit ante acceptum iudicium, agi ex stipulatu [l] non poterit [m].

XXII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

Vtique nisi eius interfuerit tunc solui.

XXIII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

Celsus ait [n] si arbiter intra Kalendas septembres dari iusserit nec datum erit: licet postea offeratur, attamen semel commissam pœnam compromissi non euanescere: quoniam semper verum est intra Kalendas datum non esse. Sin autem oblatum accepit, pœnam petere non potest [o] doli exceptione
1 remouendus. Contra vbi dumtaxat dare [p] iussus est. Idem ait, si iusserit me tibi dare & valetudine sis impeditus quo minus accipias aut alia iusta ‖ ex ‖ causa, Proculum existimare pœnã non cõmitti nec si post Kalendas te parato accipere non dem. Sed ipse rectè putat duo esse arbitri præcepta: vnum pecuniã dari, aliud intra Kalendas dari. licet igitur in [q] pœnã non cõmittas quòd intra calẽdas nõ dederis, quoniã per te nõ stetit: tamẽ committis in eã partẽ quod non das. Idem ait nihil
2 aliud esse [r] sentẽtiæ stare‖posse‖, quã id agere, quantũ in ipso sit, vt ar-

k vt tamen
l *modo nihil interfuerit eius pariturum esse arbitrio, §. vlti. de socies. Instit.*
m possit
n *Purgatio moræ non solùm liberat reũ interitu rei. l. 73 de verb. oblig. Sed à pœna post moram ipso iure debita l. 19. quan. di. legat. & purgatur mora vsque ad litẽ contestatam, non solùm in faciendi obligationibus l. 84. & 137. de ver. obl. Sed etiã dandi, si modò non interfuit priùs datum vel factum esse hic.*
o non posse, aut doli exceptione remouendum
p dare iussit
q in eo pœnam
r esse arbitri sententiæ

vt arbitri pareatur sententiæ. Idem Celsus ait, si arbiter me ti-
bi certa die pecuniam dare iusserit, tu accipere noluisti, posse
defendi ipso iure pœnam non committi.

XXIIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

SEd si postea ille paratus sit accipere, non impune me non
daturum: non enim ante feceram.

De proferenda die compromissi.

XXV. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

LAbeo ait, si arbiter cum in compromisso cautum esset vt
eadem die de omnibus sententiā diceret & vt posset diem
proferre, de quibusdam rebus dicta [a] sententia de quibusdam
non dicta diē protulit, valere prolationem [b] sententiæque eius
posse impune non pareri. & Pomponius probat Labeonis
sententiam. quod & mihi videtur: quia officio in sententia
functus non est. Hæc autem clausula DIEM COMPRO-
MISSI PROFERRE, nullam aliam dat arbitro facultatem
quàm diem prorogandi. & ideo condicionem primi compro-
missi neque minuere neque immutare [c] potest. & ideo cetera
quoque discutere & pro omnibus vnā sententiam ferre || de-
bebit. || Si per [d] fideiussorem fuerit cautum in primo com- 1
promisso: & sequens similiter proferendum Labeo dicit. sed
Pomponius dubitat vtrū isdem, an & alijs tam idoneis. quid
enim, inquit, si idem fideiubere noluerint? sed puto si noluc-
rint fideiubere, tunc alios non absimiles adhibendos:

XXVI. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

NE in potestate sit fideiussorum postea se non obligantiū,
vt pœna committatur. Idem & si decesserint.

XXVII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

DIem proferre vel præsens vel per nuntium vel per epistulā
potest.

Cum promissum morte litigatoris soluitur.

Si heredis mentio vel ceterorum facta in compromisso non 1
fuerit, morte soluetur compromissum. nec vtimur Labeonis
sententia, qui existimauit si arbiter aliquem pecuniam dare
iusserit, & is decesserit antequam daret, pœnam committi, li-
cet heres eius paratus sit offerre.

Effectus sententiæ.

Stari autem debet sententiæ arbitri quam de re dixerit, si- 2
ue æqua siue iniqua sit: & sibi imputet qui compromisit. Nā
& Diui [e] Pii rescripto adicitur, vel minus probabilem sen-
tentiam æquo animo ferre debet. Si plures [f] arbitri fuerint 3
& diuersas sententias dixerint, licebit sententia [g] eorum non
stari. sed si maior pars consentiat, [h] ea stabitur. alioquin pœ-
na committetur. Inde quæritur apud Iulianum, si ex tribus
arbitris vnus quindecim [i] alius decem [k] tertius quinque [l] con-
dem-

a dicta alioquin
b prolationem diei
c mutare
d Sed si per
e vt Diui
f *Ab hac sententia nō dissentit Aristot. lib. 2. c. 6. de Rep. Alc. lib. 9. parer. c. 14.*
g sententiæ
h ei stabitur
i in quindecim,
k in decem
l in quinque

demnent, qua ſententia ſtetur. & Iulianus ſcribit quinque debere præſtari. quia in hanc ſummam omnes conſenſerunt.

Non fertur ab arbitro ſententia in abſentem.

4 Si quis litigatorum defuerit: quia per eum factum eſt quo minus arbitretur, pœna committetur. Proinde ſententia quidem dicta non coram litigatoribus non valebit: niſi in compromiſsis [a] hoc ſpecialiter expreſſum ſit vt vel vno vel vtroque abſente ſententia promatur. pœnam autem is qui defuit committit: quia per eum factum eſt quo minus arbitretur.

5 Coram autem dicere ſententiam videtur qui ſapientibus [b] dicit. ceterum coram furioſo vel demente non videtur dici. Item coram pupillo non videri ſententiam dictam niſi tutor præſens fuit. & ita de his [c] omnibus Iulianus libro quarto

6 digeſtorum ſcribit. Et ſi quis præſens arbitrum ſententiam dicere prohibuit, pœna committetur.

Incerti actio ad id, quod intereſt.

Sed ſi pœna non fuiſſet adiecta compromiſſo, ſed ſimpliciter ſententia [d] ſtari quis promiſerit: incerti aduerſus eum foret actio.

a compromiſſo
b qui eam ſapientibus. eam coram ſapientibus
c de aliis omnibus
d ſententiæ ſtari

XXVIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

NOn autem intereſt certa an incerta ſumma cõpromiſſa [e] ſit: vtputa QVANTI EA RES ERIT.

e promiſſa

De reo, & fideiuſſore.

XXVIIII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

ADuerſus ſententiam arbitri fit, ſi petatur ab eo à quo arbiter peti vetuit. Quid ergo ſi à fideiuſſore eius petatur, an pœna committatur? & puto † committitur. [f] & ita Sabinus ſcribit. nam ΤΗ ΔΥΝΑΜΕΙ [g] à reo petit. [h] Sed ſi cum fideiuſſore compromiſi & à reo [i] petatur, niſi interſit fideiuſſoris non committetur. [k]

† committi
f Locutio Græca eſt.
g Cùm à fideiuſſore petitur per quandam (vt ita dixerim) poſſibilitatem à reo petitur, cùm ſi fideiuſſor ſoluat, contra reũ actionem habeat. Al. lib. 2. diſpun. c. 9.
h petitur
i à reo petam,
k pœna non committetur.

Is qui rem in iudicium deducit, incidit in pœnam.

XXX. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

SI quis rem de qua compromiſſum ſit, in iudicium deducat, quidam dicunt prætorem non interuenire ad cogendũ arbitrum ſententiam dicere: quia iam [l] pœna non poteſt eſſe, atque ſi ſolutum eſt compromiſſum. Sed ſi hoc optinuerit, futurum eſt vt in poteſtate eius quẽ pænitet compromiſſiſſe ſit compromiſſum eludere. Ergo aduerſus eum pœna committenda eſt lite apud iudicem ſuo ordine peragenda.

l iam aduerſus eũ, qui compromiſſum in iudiciũ deducit.

XXXI. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum

ITa demum autẽ committetur ſtipulatio cum aduerſus eam quid fit, ſi ſine dolo malo ſtipulantis factũ eſt: ſub hac enim condicione committitur ſtipulatio, ne quis doli ‖ ſui ‖ præmium ferat. Sed [m] ſi quidem compromiſſo adiciatur, ‖ VT ‖ SI QVID DOLO IN EA RE FACTVM SIT: ex ſtipulatu

m Sed & ſi

conueniri qui dolo fecit poteſt. & ideo ſi arbitrum[a] quis corrupit vel pecunia vel ambitione, vel aduocatum diuerſæ partis vel aliquem ex his quibus cauſam ſuam commiſerat, || ex doli clauſula poterit conueniri : || vel ſi aduerſarium callidè circumuenit. Et omnino ſi in hac lite dolosè[b] verſatus eſt, locum habebit ex ſtipulatu actio. & ideo ſi velit de dolo actionem exercere aduerſarius, non debebit cum habeat ex ſtipulatu actionẽ. Quòd ſi huiuſmodi clauſula in compromiſſo adſcripta non eſt, tunc de dolo actio vel exceptio locum habebit. Hoc autem compromiſſum plenum eſt, quod & doli[c] clauſulæ habet mentionem.

XXXII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

NOn diſtinguemus in compromiſsis minor an maior ſit pœna quàm res de qua agitur.

Quibus ex cauſsis non cogitur arbiter ſententiam dicere.

Non cogetur arbiter ſententiam dicere ſi pœna[d] commiſſa 1
ſit. Si mulier alieno nomine compromittat, non erit pecunia[e]
compromiſſa, propter interceſsionem. Summa rei eſt vt 2
prætor ſe non interponat ſiue initio nullũ ſit compromiſſum,
ſiue ſit: ſed pendeat an ex eo pœna exigi poteſt, ſiue poſtea deficiat pœna compromiſſo ſoluto die, morte, acceptilatione,
iudicio pacto. Sacerdotio obueniente videbimus an coga- 3
tur arbiter ſententiam dicere: id enim non tantùm honori
perſonarũ ſed & maieſtati Dei indulgetur, cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet. Ceterum ſi poſtea ſuſcepit, iſte quoque
omnimodo ſententiam ferre debet. Item non eſt cogendus 4
ſi de negotio tranſactum eſt, vel homo mortuus eſt de quo
erat compromiſſum : niſi ſi poſteriore caſu aliquid litigantiũ
interſit. Iulianus indiſtinctè ſcribit ſi per errorem de famo- 5
ſo delicto ad arbitrum itum eſt, vel de ea (re) de qua publicum iudicium ſit conſtitutum, veluti de adulteriis, ſicariis, &
ſimilibus: vetare debet prætor ſententiam dicere, nec dare dictæ exſecutionem. De liberali cauſa compromiſſo facto, 6
rectè non compelletur arbiter ſententiam dicere : quia fauor
libertatis eſt vt maiores iudices habere debeat. Eadem dicenda ſunt ſiue de ingenuitate ſiue de libertinitate quæſtio ſit : &
ſi ex fideicommiſsi cauſa libertas deberi dicatur. Idem dicendum eſt[f] in populari actione. Si ſeruus compromiſerit, non 7
cogendum dicere ſententiam arbitrũ, nec ſi dixerit pœnæ exſecutionẽ dandam de peculio putat Octauenus. Sed an ſi liber
cum eo compromiſerit exſecutio aduerſus liberum detur videamus. ſed magis eſt vt non detur.

De legatione.

Itẽ ſi qui[g] Romę compromiſerit mox Romam in legatio- 8
nem venerit, non eſt cogendus arbiter ſententiam dicere : non
magis

a ſiue arbitrum

b dolo

c quod etiam doli habet.

d *Nam, ſemel commiſſa pœna, ſoluitur compromiſſum, ait Paulus, l. ſi duo rei. §. vlt. infr. eod. vnde ſumenda eſt interpretatio huius loci. Itaq; falluntur qui hic legunt* ſi pœna compromiſſa ſit. *Accurſius legit* niſi pœna compromiſſa ſit.

e pœna compromiſſa.

f eſt & in

g ſi quis

magis quàm cogeretur si litē ante contestatus esset nunc eam
exercere. nec interest tunc quoque in legatione fuerit an nōn.
Sed si || nunc || in legatione compromittat, puto cogendū ar-
bitrum sententiam dicere: quia & si iudiciū sponte accepisset
cogeretur peragere. Sunt tamē qui de isto non rectè dubitant:
qui vtique nullo modo dubitabunt si de ea re in legatione cō-
promisit quā in legatione contraxit: quia & iudicium eo no-
mine accipere cogeretur. Illud in prima specie potest dispici,
an si ante cōpromisit legatus, cogendus sit arbiter sententiam
dicere si ipse legat⁹ postulet. quod prima ratione poterit vide-
ri iniquum, vt in ipsius potestate sit. sed hoc tale erit, quale si
actionē velit dictare: quod facere ei licet. Sed compromissum
istud [a] cōparabimus ordinari Actione, [b] vt non aliàs audiatur
desiderans vt arbiter sententiā dicat quàm si se defendat. Si
9 is faciat cōtrouersiam hereditatis qui cum defuncto compro-
miserat, futurū est præiudiciū hereditati si arbiter sententiam
10 dicat. ergo interea inhibendus est arbiter. Dies cōpromissi
proferri potest, nō || cum || ex conuentione, sed cum iussu arbitri
eam proferri necesse est, ne pœna cōmittatur. Si arbiter sese
11 celare temptauerit, prætor eum inuestigare debet: & si diu nō
paruerit, [c] multa aduersus eum dicenda [d] est.

Omnes coguntur sententiam dicere, nisi aliud conueniat.

12 Cū in plures cōpromissum est eá condicione vt quilibet [e]
vel vnus dixisset sententiā, co[f]staretur, absentibus ceteris nihi-
lo minus qui præsens est cogetur. At si ea condicione vt om-
nes dicant, vel quod de maioris partis sententia placuerit, non
debet singulos separatim cogere: quia singulorū sententia ad
13 pœnā non facit. Cum quidā arbiter ex aliis causis inimicus
manifestè apparuisset, testationibus etiā conuentus ne senten-
tiam diceret nihilo minus nullo cogente dicere perseuerasset,
libello cuiusdam id querentis [g] Imperator Antoninus sub-
scripsit posse eum vti doli mali exceptione. & idē, cum à iudi-
ce consuleretur apud quem pœna petebatur, rescripsit etiam si
appellari non potest, doli mali exceptionem in pœnæ petitio-
ne [h] obstaturam. Per hanc ergo exceptionem quædam appel-
landi species est, cum liceat retractare de sententia arbitri.

Officium arbitri.

14 De officio arbitri tractantibus sciendum est omnē tracta-
tū ex || ipso || cōpromisso sumendum: nec enim aliud illi licebit
quàm quod ibi vt efficere possit cautū est. non ergo quodlibet [i]
statuere arbiter poterit nec in qua re libet, nisi de qua re com-
15 promissum est & quatenus compromissum est. Quæsitum
est de sententia dicenda. & dictum [k] non quamlibet: [l] licet de
quibusdam variatum sit. & puto [m] verè non committi si di-
cat ad iudicem de hoc eundum vel se vel alium: || (in) se || vel [n]
in alium

a illud. *aliàs vtrunque deest.*
b ordinariæ actioni,
c apparuerit
d indicenda
e vt quā quilibet, vt si quilibet
f cistaretur,
g *Id est, ob id conquerentis: vnde vulgò malè scribūt* quærentis
h petitionem
i quidlibet
k & dictum est nō
l non in quolibet:
m puta de re
n vel etiam in

a Impunè ait non
b sed nec si

in alium compromittendum. Nam & Iulianus impune [a] nō pareri, si iubeat ad alium arbitrum ire ne finis non sit. quod [b] si hoc modo dixerit, vt arbitrio Publij Mæuij fundus traderetur aut satisdatio detur, parendum esse sententiæ. idem [c] Pedius probat: ne propagentur arbitria, aut in alios interdū inimicos agentium transferantur, sua sententia finem controuersiæ eum imponere oportet: non autem finiri controuersiā cum aut differatur arbitrium, aut in alium transferatur. partémque sententiæ esse, quemadmodum satis detur, [d] quibus [e] fideiussoribus. idque delegari non posse nisi ad hoc compromissum sit, vt arbiter statueret cuius arbitratu satisdaretur. Item si iubeat sibi alium coniungi cum id in compromisso nō sit, non dicit sententiam: nam sententia esse debet de re compromissa, de hoc autem compromissum non est. Si domi- 16
ni qui inuicem stipulati sint, procuratores [f] suos agere apud arbitrum velint, potest iubere ipsos etiam adesse. Sed si [g] & heredis in compromissis mentio fit, potest iubere etiam heredem eorum adesse. Arbitri officio continetur & quemad- 17
modum detur vacua possessio. An & satis ratam rem [h] habiturum? Sextus Pedius putat. quod nullam rationem habet: nam [i] si ratum non habeat dominus, committetur stipulatio.
Arbiter nihil extra compromissum facere potest: & ideo 18
necessarium est adIci de die compromissi proferenda. ceterum impune iubenti non parebitur.

c sententiæ: Pedius negat: idem Pedius probat: alii item

d satis ei detur,
e quibusque

f per curatores
g Sed & si

h rem dominum habiturum? An satisdare rem ratam dominum habiturū debeat?
i Nam & si

XXXIII. PAPINIANVS libro primo Quæstionum

ARbiter ita sumptus ex compromisso vt & diem proferre [k] possit, hoc quidem facere potest: referre [l] autem contradicentibus litigatoribus non potest.

k referre
l proferre

De duobus reis.

XXXIIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

SI duo rei sunt aut credendi aut debendi, & vnus compromiserit, isque vetitus sit petere, aut ne ab eo petatur: videndum est an si alius petat vel ab alio petatur, pœna committatur. idem in duobus argentarijs quorum nomina simul eunt. & fortasse poterimus ita fideiussoribus coniungere, si socij sunt. aliàs nec à te petitur, [m] nec [n] ego peto, [o] nec meo nomine petitur, licet à te petatur. [p]

m *Cùm à socio reo debendi petitur. Itaque pœna non committitur eo, quòd sit vetitum ne abs te peteretur.*
n licet ego petam. *Rectior Florent.*
o *Reus credendi qui vetitus sum petere.*
p *Id est, licet alius reus debendi qui mihi socius non est, abs te petat.*

De pœna.

Semel commissa pœna solui compromissum rectius puto dici: nec amplius posse committi, nisi id actum sit vt (in) singulas causas totiens committatur.

De pupillo compromittente.

XXXV. GAIVS libro quinto ad Edictum Prouinciale

SI pupillus sine tutoris auctoritate compromiserit, non est arbiter cogendus pronuntiare: quia [q] si contra eū pronuntietur,

q quia & si

tietur, pœna non tenetur, præterquam ſi fideiuſſorem dederit à quo pœna peti poſsit. idque & Iulianus ſentit.

Sententia dicta die feriata.

XXXVI. VLPIANVS libro ſeptuageſimo ſeptimo ad Edictum

SI feriatis diebus cogente prætore arbiter dicat ſententiam & petatur ex compromiſſo pœna, exceptionem locum nõ habere conſtat: niſi alia [a] lege eadem‖dies‖feriata, in qua ſententia dicta, [b] eſt excepta.

Pœna committitur aduerſus hæredem.

XXXVII. CELSVS libro ſecundo Digeſtorum

QVamuis arbiter alterum ab altero petere vetuit, ſi tamen hæres [c] petit, pœnam committet: non enim differendarũ litium cauſa ſed tollendarum ad arbitros itur.

In pœnis non inſpicimus, an interſit.

XXXVIII. MODESTINVS libro ſexto Regularum

CVm pœna ex compromiſſo petitur, is qui commiſit[d] dãnandus eſt. nec intereſt an aduerſarij eius interfuit arbitri ſententia [e] ſtari nec ne.

Parendum eſt arbitro nihil iubenti extra compromiſſum.

XXXVIIII. IAVOLENVS libro vndecimo ex Caſsio

NOn ex omnibus cauſis ex quibus arbitri paritum ſententiæ non eſt, pœna ex compromiſſo committitur: ſed ex his dumtaxat quæ ad ſolutionem pecuniæ aut operam præbendam pertinent. Idem [f] contumaciam litigatoris arbiter punire poterit, pecuniam eum aduerſario dari [g] iubendo. quo in numero haberi non oportet ſi teſtium nomina ex ſententia arbitri exhibita non ſunt. Cum arbiter diem compromiſsi proferre iuſsit cum hoc ei permiſſum eſt, ‖alterius‖mora alterius [h] ad pœnam committendam prodeſt.

Species, in qua excuſatur is, qui non paret arbitro.

XL. POMPONIVS libro vndecimo ex varijs lectionibus

ARbiter calendis Ianuariis adeſſe iuſsit & ante eum diem deceſsit: alter ex litigatoribus non adfuit. procul dubio pœna minimè commiſſa eſt. Nam & Caſsium audiſſe*ſe* dicentem Ariſto ait in eo arbitro qui ipſe non veniſſet non eſſe commiſſam. quemadmodum [i] Seruius ait, ſi per ſtipulatorem ſtet quo minus accipiat, non committi pœnam.

Aetas iudicis, & arbitri.

XLI. CALLISTRATVS libro primo Edicti monitorij

CVm lege Iulia cautum ſit ne minor viginti annis iudicare cogatur, nemini licere minorem viginti [k] annis compromiſſarium iudicem eligere. ideóque pœna ex ſententia eius nullo modo committitur. Maiori tamẽ viginti annis ſi minor vigintiquinque‖annis‖ſit, ex hac cauſa ſuccurrendũ ſi temere

a aliqua lege. *legẽ pro pacto, aut conditione nõ eſſe hic accipiendam indicat l. ſi feriatis. ſup. de feri. cuius eadem eſt inſcriptio. Dua.*

b dicta eſt, fuerit excepta.

c hæres ab altero petit.

d compromiſit. *rectior Flor.*

e ſententiæ

f *Et hec refer ad Caſſium. alij legunt* Siquidem, *vel* Sed etiã

g dare

h alteri

i quem ad modum

k vigintiquinque annis. *non eſt dubiũ quin Florentina lectio melior ſit.*

mere auditorium receperit multi dixerunt.

Pœna fisco adiudicata.

XLII. PAPINIANVS libro secundo Responsorum

ARbiter intra certum diem seruos restitui iussit: quibus non restitutis, pœna causa fisco secundum formam compromissi condemnabit. ob eam sententiam fisco nihil adquiritur: sed nihilo minus stipulationis pœna committitur quòd ab arbitro [a] statuto non sit obtemperatum.

a quòd arbitrio statuto

Compromissum generale.

XLIII. SCAEVOLA libro primo Responsorum

DE rebus controuersiisque omnibus compromissum || in arbitrum || à Lucio Titio & Mæuio Sempronio factum est: sed errore quædam species in petitionem [b] à Lucio Titio deductæ [c] non sunt, nec arbiter de his quicquam pronuntiauit. quæsitum est an species omissæ peti possint. Respondit peti posse: nec pœnam ex compromisso committi. quòd si malignè hoc fecit, petere quidem potest, sed pœnæ subiugabitur.

b in petitione
c ductæ

Pœna committitur, etiamsi arbiter neutri quicquam iusserit, aut vetuerit.

XLIIII. IDEM libro secundo Digestorum

INter Castellianum [d] & Seium controuersia de finibus orta est & arbiter electus est vt arbitratu eius res terminetur: ipse sententiã dixit præsentibus partibus & terminos posuit. quæsitum est an si ex parte Castelliani arbitro paritum non esset, pœna ex compromisso commissa est. Respondi, si arbitro [e] paritum non esset in eo quod vtroque præsente arbitratus esset, pœnam commissam.

d Statillianum
e arbitrio

XLV. VLPIANVS libro vicensimo octauo ad Sabinum

IN compromissis arbitrium personæ incertum personam non egreditur. [f]

f transgreditur.

XLVI. PAVLVS libro duodecimo ad Sabinum

DE his rebus & rationibus & controuersiis iudicare arbiter potest, quæ ab initio fuissent inter eos qui compromiserunt, non quæ postea superuenerunt.

XLVII. IVLIANVS libro quarto Digestorum

SI compromissum ita factum est, vt præsente vtroque aut heredibus eorum arbiter sententiam dicat, & alter ex litigatoribus decesserit pupillo herede relicto: non aliter videtur sententia dicta esse, nisi tutoris auctoritas interposita fuerit.

Item si alter ex compromittentibus furere cœperit, 1

XLVIII. MODESTINVS libro quarto Regularum

ARbiter ad ferendam sententiam non compelletur.

XLVIIII. IVLIANVS libro quarto Digestorum

SEd || & || interpellatur [g] quo minus sententiam dicat: quia nihil

g Id est, impeditur

hil coram furioso fieri intellegitur. Quod si furiosus curatorem habet vel habuerit adhuc litigio pendente potest [a] præsente curatore sententia dici. Arbiter adesse litigatores vel per nuntium vel epistulam iubere potest. Si ab altera dumtaxat parte heredis mentio comprehensa fuerit, compromissum soluetur morte cuiusque [b] ex litigatoribus: sicut solueretur altero mortuo si neutrius heredis persona comprehenderetur.

a potest quidē præsente

1

2

b cuiusuis

L. ALFENVS libro septimo Digestorum

ARbiter ex compromisso sumptus cum ante eum diem qui constitutus compromisso erat, sententiam dicere non posset, diem compromissi proferri iusserat: alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerat consulebatur possétne ab eo pecunia [c] ex compromisso peti. respondi non posse: ideo quòd nō esset arbitro compromissum [d] vt id haberet. [e]

c pœna ex
d arbitro in compromisso permissum
e iuberet.

LI. MARCIANVS libro secundo Regularum

SI de re sua quis arbiter factus sit, sententiam dicere non potest, quia se facere iubeat [f] aut petere [g] prohibeat: neque autem imperare sibi neque se prohibere quisquam potest.

f iuberet
g parere prohibe-ret:

LII. IDEM libro quarto Regularum

SI qui [h] iussus || est || arbitro ex compromisso soluere pecuniam, moram fecerit, pœnam ex compromisso debet: sed postea soluendo pœna liberatur.

h Si quis

NAVTAE [i] CAVPONES STABVLARII
VT RECEPTA RESTITVANT
TITVLVS VIIII.

Prior actio de recepto in simplum.

VLPIANVS libro quartodecimo ad Edictum

AIT prætor, NAVTAE CAVPONES STABVLARII QVOD CVIVSQVE SALVVM FORE CEPERINT [k] NISI RESTITVENT, IN EOS IVDICIVM DABO. Maxima vtilitas est huius edicti: quia necesse est plerumque eorum fidem sequi, & res custodiæ eorum committere. Ne [l] quisquam putet grauiter hoc aduersus eos constitutum: nam est in ipsorum arbitrio ne quem [m] recipiant. & nisi hoc esset statutum, materia daretur cum furibus aduersus eos quos recipiunt coëundi: cum ne nūc quidem abstineant huiusmodi fraudibus.

i Ex hoc edicto duplex actio nascitur, prior datur propter receptas res in nauem, cauponam aut stabulum, vt si deteriores factæ sint, aut perierint, teneatur nauta, &c. ob receptionem quasi ex contractu, tū autem agitur, ad res restituendas, vel si non restituantur, ad æstimationem. Posterior actio nascitur ex delicto, vt furto commisso, vel damno dato ab ijs, qui sunt in naui, & cæt. Et competit in duplum, l. penult. & vlti. & tit. fur. adu. nau. caup. stabul. Duar. *Accursius autē sæpius in hoc tit. hæsitauit, ignoratione huius distinctionis.*

k fore receperint
l Nec quisquam
m ne quenquam, vel neque quam
n in naui

Interpretatio verborum edicti.

1 Qui sunt igitur qui teneantur videndum est. Ait prætor, NAVTAE. Nautam accipere debemus eum qui nauem exercet: quamuis nautæ appellantur omnes qui nauis nauigandæ causa in naue [n] sint. sed de exercitore solummodo prætor sentit: nec enim debet, inquit Pomponius, per remigem aut me-

a Alci. ergo lib.3. dispu.c.vlt.in posuit cum dixit in Pād. Flo.legi μησοναύτην.

b Significat exercitorem teneri, si rès dentur custodi, licet ipse exercitor, vel magister nauis præsens sit, & manus immissione signum det introducentibus vectores. videri enim poterat quòd cū præsenti ei res adsignatæ non sint, non teneri de hac dictione χειρέμβολον. Alcia lib.1.parer.cap. 44.
c vel nauicularius
d quod Græci
e vtitur.
f cuiusque
g Iulianum
h lib.35.
† intulerimus:
i si à me
k Lib.35.
l Ait enim prætor,
m si quidem enim
o ex locato & conducto.
p sed & si
q ex locato

mesonautam [a] obligari: sed per se vel per nauis magistrum. quamquam si ipse alicui è nautis committi iussit, sine dubio
debeat obligari. Et sunt quidam in nauibus qui custodiæ 2
gratia nauibus præponuntur, vt ΝΑΥΦΥΛΑΚΕΣ || & dietarij. || Si quis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dandam actionem: quia is qui eos huiusmodi officio præponit, committi eis permittit: quamquam [b] ipse nauiGularius [c] vel magister id faciat, quod [d] ΧΕΙΡΕΜΒΟΛΟΝ appellant. sed & si hoc non extet, tamen de recepto nauiGularius tenebi-
tur. De exercitoribus ratium item lyntrariis nihil cauetur. 3
sed idem constitui oportere Labeo scribit. & hoc iure vti-
mur. [e] Caupones autem & stabularios æquè eos accipie- 4
mus qui cauponam vel stabulum exercent, institorésve eorum. Ceterum si qui opera mediastini fungitur non contine-
tur: vtputa atriarij & focarij & his similes. Ait prætor, 5
QVOD CVIVS SALVVM [f] FORE CEPERINT: hoc est quācunque rem siue mercem receperint. Inde apud Viuianum [g] relatum est, ad eas quoque res hoc edictū pertinere quæ mercibus accederent: veluti vestimenta quibus in nauibus vterentur, & cetera quæ ad cottidianum vsum habemus.

Item Pomponius libro trigensimo quarto [h] scribit, parui 6
referre res nostras an alienas † intulimus: si tamen nostra interfit saluas esse: etenim nobis magis quàm quorum sunt debent solui. & ideo si pignori merces accepero || ob pecuniam nauticam, || mihi magis quàm debitori nauta tenebitur. si [i] ante eas suscepit. Recipit autem saluum fore, vtrum si in nauē res missæ ei adsignatæ sunt, an & si non sint adsignatæ, hoc tamen ipso quòd in nauem missæ sunt, receptæ videntur? Et puto omnium eum recipere custodiā quæ in nauem illatæ sunt. & factum non solùm nautarum præstare debere sed & vectorum:

II. GAIVS libro quinto ad Edictum Prouinciale

SIcut & caupo viatorum.

III. VLPIANVS libro quartodecimo ad Edictum

ET ita de facto vectorum etiam Pomponius libro trigensimo quarto [k] scribit. Idem ait, etiam si nondum sint res in nauem receptæ, sed in litore perierint quas semel recepit: peri-
culum ad eum pertinere. Ait [l] prætor, NISI RESTI- 1
TVENT, IN EOS IVDICIVM DABO. Ex hoc edicto in factum actio proficiscitur. sed an sit necessaria videndum: quia agi ciuili actione ex hac causa poterit. si quidem [m] merces interuenerit, & [o] locato vel conducto. sed [p] si tota nauis locata sit, qui conduxit, ex conducto etiam de rebus quæ desunt, agere potest. si verò res perferendas nauta conduxit, & [q] locato conuenietur. sed si gratis res susceptæ sint, ait Pomponius

nius depositi agi potuisse. Miratur igitur cur honoraria actio sit inducta cum sint ciuiles:[a] nisi fortè inquit, ideo vt innotesceret prætor [b] curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum: ‖& ‖quia in locato [c] conducto culpa, in deposito dolus dumtaxat præstatur. at hoc edicto omnimodo qui recepit tenetur, etiamsi sine culpa eius res periit, vel damnum datum est: nisi si quid damno fatali contingit. Inde [d] Labeo scribit, si quid naufragio aut per vim piratarum perierit, non esse iniquum exceptionem ei dari. Idem erit dicendum & si
2 in stabulo aut in caupona vis maior contigerit. Eodē modo tenentur caupones & stabularij, quo [e] exercentes negotiū suum recipiunt. Ceterum si extra negotium receperint, non
3 tenebuntur. Si filiusfamilias aut seruus receperit, & voluntas patris, domini [f] interuenit, insolidum erit conueniendus. Item si seruus exercitoris subripuit vel damnum dedit, noxalis actio cessabit, quia ob receptum suo nomine dominus conuenitur. Sin verò sine voluntate exerceant, de peculio
4 dabitur. Hæc autem [g] rei persecutionem continet, vt Pomponius ait. & ideo & in [h] heredem & perpetuò dabitur.

De concurrentibus actionibus.

5 Nouissimè videndum an eiusdem rei nomine & de recepto honoraria actione & furti agendum sit. & Pomponius dubitat. sed magis est vt vel officio iudicis vel doli exceptione alterutra esse contentus debeat.

IIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum

SEd & ipsi nautæ furti actio competit, cuius sit periculo:[i] nisi ‖si ‖ipse subripiat & postea ab eo subripiatur: aut alio
1 subripiente ipse nauta soluendo non sit. Si nauta nautæ, stabularius stabularij, caupo cauponis [k] receperit: æquè tenebitur. Viuianus [l] dixit etiam ad eas res hoc edictum pertinere quæ post impositas merces in nauem locatásque [m] inferentur, & si earum vectura non debetur: vt vestimentorū, penoris cottidiani. quia hæc ipsa ceterarum rerum locationi accedunt.

V. GAIVS libro quinto ad Edictum Prouinciale

NAuta [n] & caupo & stabularius mercedem accipiunt non pro custodia, sed nauta vt traiciat vectores, caupo vt viatores manere in caupona patiatur, stabularius vt permittat iumenta apud eum stabulari: & tamen custodiæ nomine tenentur. Nam & fullo & sarcinator non pro custodia sed pro arte [o] mercedem accipiunt, & tamen custodię nomine ex lo-
1 cato tenentur. Quæcumque de furto diximus, eadem & de damno debent intellegi: non enim dubitari oportet quin is qui saluum fore recipit, non solùm à furto sed etiam à dāno † recedere videatur.

a cùm sit ciuilis:
b prætorem
c locato & conducto
d Idem. *melior Florentin. l.: hoc enim capite nulla mentio Labeonis facta est.*
e si quod, qui
f dominive
g Hæc autem actio rei
h & ideo hæredi & in hæredem
i periculo res
k cauponis res
l Iulianus
m collocatásque
n *Extit. ad leg. Aquil. Duar.*
o pro opera
† recipere

VI. PAVLVS libro vicensimo secundo ad Edictum

LIcet[a] gratis nauigaueris, vel in caupona gratis deuerteris:[b] non tamen in factum actiones tibi denegabuntur si damnum iniuria passus es. Si seruo meo in naue vel in caupo- 1
na vtaris, & damnum mihi det vel furtum faciat, quamquam & furti actio & damni iniuria[c] mecum sit, hæc[d] tamẽ actio quia in factum est, etiam serui mei nomine aduersus te competit. Idem dicetur & si communis[e] sit, tu tamen quod mihi præstiteris eius nomine, vel communi diuidundo vel pro socio actione, aut si partem eius vel totum conduxisti, etiam ex conducto habebis me obligatum. Sed si damnum in eo datum sit ab alio qui in eadem naue vel caupona est, cuius[f] factum prætor æstimare solet, non putat Pomponius eius[g] nomine hanc actionem vtilem futuram.

Altera actio ob furtum factum, aut damnum datum in duplum.

In factum actione caupo tenetur pro his qui habitãdi cau 2
sa in caupona sunt. hoc autem non pertinet ad eum qui hospitio repentino recipitur, veluti viator. Possumus autem furti vel damni iniuriæ actione vti[h] cum nautis, vt certi hominis factum arguamus. sed vna contenti esse debebimus. Et si cum exercitore egerimus, præstare ei debemus actiones nostras: quamuis ex conducto actio aduersus eos competat exercitori. Sed si absolutus sit exercitor hac actione, deinde agatur cum nauta, exceptio dabitur: ne sæpius de eiusdem hominis admisso quæratur. Et contra, si de admisso vnius hominis actum sit, deinde in factum actione agatur, exceptio dabitur.

VII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum

DEbet exercitor omnium nautarum suorum, siue liberi[i] siue serui, factum præstare: nec immeritò factum eorum præstat, cum ipse eos suo periculo adhibuerit. sed non aliàs præstat quàm si in ipsa naue damnum datum sit. Ceterum si extra nauem, licet à nautis, non præstabit. Item[k] si prædixerit vt vnusquisque vectorum res suas seruet, neque damnũ se præstaturum, & consenserint vectores prædictioni: non cõ
uenitur. Hæc actio in factum in duplum est. Sed si quid[l] 1
nautæ inter se damni[m] dederint, hoc ad exercitorem nõ pertinet. Sed si quis sit nauta & mercator, debebit illi dari. Quòd[n] si quis quos vulgo ΝΑΥΤΕΠΙΒΑΤΑΣ[o] dicunt, & huic tenebitur. sed[p] huius factum præstat cum sit & nauta.

Si seruus nautæ damnum dederit, licet seruus nauta[q] non 2
sit, æquissimum erit in exercitorem actionem vtilem dare. Hac autem actione suo nomine exercitor tenetur: culpæ scilicet suæ[r] qui tales adhibuit, & ideo & si decesserint, non releuabitur. Seruorum autem suorum nomine noxali dum-

taxat

a *Hæc duo postrema capita referenda sunt ad illud caput edicti, quo agitur de actione ĩ factum in duplum, non de actione in factum quæ rei persecutionem continet.*
b diuerteris:
c iniuriæ
d sit noxalis, hæc tamen noxalis serui mei nomine. *Interpretatio est, quæ in cõtextum irrepsit.*
e communis seruus sit,
f cùm id factum
g eiusdem nomine
h vti etiam cum
i siue liberi sint, siue
k *De damno loquitur Vlp. ad l. Aquil. scribens, vt inscriptio indicat. Duar.*
l si quidem
m damnum
n Et quòd si quis sit ex his quos
o *Alc. lib. I. parer. cap. 43. legit* quos vulgo *μεσονάυτας* Græci *ναυτεπιβάτας* dicunt. *quæ lectio eum in hunc errorem impulit, vt existimari ναυτεπιβάτας & μεσονάυτας eosdẽ esse. ναυτεπιβάτας autem ait & rectè eos esse, qui nauem inscendunt, & pro pretio vecturæ, seu naulo ipsi nautarum officio funguntur. mesonautæ autem sunt (in quo ille Hermolaum temere reprehendit) qui in media naui ad imperia omnium nautisque præsto sunt: quemadmodum mediastini in media domo.*
p & huius
q seruus nautæ non sit,
r suæ imputaturus qui

taxat[a] tenetur: nam cum alienos adhibet, explorare eum oportet cuius fidei cuius innocentiæ sint: in suis venia dignus est si qualesquales[b] ad instruendam nauem adhibuerit.

a dumtaxat iudicio tenetur:

b Qualescunque

3 Si plures nauem exerceant, vnusquisque pro parte qua nauem exercet, conuenitur.

Iudicia de damno dato, & furto facto.

4 Hæc iudicia quamuis honoraria sunt, tamē perpetua sunt. in heredem autem non dabuntur. Proinde & si[c] seruus nauem exercuit & mortuus est, de peculio non dabitur actio in dominum, nec intra annum. Sed[d] cum voluntate patris vel domini seruus vel filius exercent nauem vel cauponam vel stabulum, puto etiam hanc actionem insolidum eos pati debere: quasi omnia quæ[e] ibi contingunt, insolidum receperint.

c cum seruus

d Sed si cum

e quæ ab illis

EX LIB. I. DIGEST.

Tit.j.lege vj. των νομων &c. legum ipsarum aliquæ scripto constant, aliquæ sine scripto.

Tit.ij.leg.ij.§. xviij.σοφον. sapientem.

Tit.iij.leg.v. τουτο εστιν &c. Lex est cui omnes homines obtemperare conuenit, cum ob alia multa, tum verò maximè eo quòd omnis lex inuentum ac munus Dei est, consultum prudentium hominum, coërcitio eorum quæ vel sponte vel ignorantia delinquuntur, communis sponsio ciuitatis: ad cuius præscriptum omnes qui in ea republica sunt vitam instituere par est. περι νομου. de lege. ο νομος παντων &c. Lex tam diuinarum quàm humanarum rerum omniū regina est. quo magis cōuenit, vt nō solùm rebus honestis turpibúsque præsideat: sed etiam principatum ac ducatum teneat, & per hoc regulam præscribat iustis simul & iniustis: vtpote quæ animantibus natura ad colendam ciuitatem idoneis facienda iubeat, prohibeátque non facienda.

Tit.eod.leg.iij. επι το πλειστον vt plurimū. εκ παραλογου. ex inopinato.

Tit.eod.leg.vj. το γαρ απαξ &c. Quod enim semel tantùm aut iterum exstitit, id legum latores prætereunt.

Tit.eod.leg. xxx. ρητον απο διανοιας verbis expressum, ab agitatione mentis & sententia.

Tit.iiij.leg.iiij. Αι μεταγενεστεραι &c. Cōstitutiones tempore posteriores, potiores sunt his quæ ipsas præcesserunt.

Tit.v.leg.xxiij. παρα την σποραν. à satione.

Tit.viij.leg.viij. cerycia, caducei.

Tit.xvj.leg.iiij. επιδημιας. accessus ad vrbem: quòd omnibus in vrbem proficiscentibus pateant. καταπλουν. adnauigationem. και των μητροπ. & inter matrices vrbes, siue prouinciarum capita, Ephesum.

Tit.eod.leg.vj. ουτε παντα, ουτε &c. neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus.

LIBRO II.

Tit.xiij.leg.vij.δευτερον. secundum.παλιν.rursus.

Tit.xiiij.leg.vij. συναλλαγμα. contractum.

LIBRO III.

Tit.ij.leg.iiij. βραβευτας. arbitratores sacrorū certaminū.

LIBRO IIII.

Tit.viij.leg.xxix. τη δυναμει per quandam possibilitatem.

Tit.ix.leg.j. ναυφυλακες. nauium custodes. χειρεμβολον. immissionem manus. nam iniectio manus apud Paulum de seruis exportandis & ceteros, aliud est.

Tit.eod.leg.vij. ναυτεπιβατας. remum pro naulo & vecturæ pretio ducentes.



